


S. ANSELMUS

Opera Omnia

A
15-126



1
14-126
7 IV - 4

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Sala	R
№	15
Tabla	
Número	126

Handwritten signature or scribble

L11843469

(4)

D. ANSELMI
ARCHIEPISCOPI
CANTVARIENSIS THEOLO-
GORVM SVI TEMPORIS
FACILE PRINCIPIS OPERVM
OMNIVM

TOMVS QVARTVS,
CONTINENS DIVERSAS AD DIVERSOS
AB EODEM EXARATAS EPISTOLAS TRIBVS LI-
BRIS COMPREHENS, AC HACTENVS
NVNQVAM EDITAS,

ET

R. D. IOANNIS PICARDI BELLOVACI
AD S. VICTORIS PARIISIENSIS AVGVSTI-
NIANI CANONICI INDVSTRIA ANNO-
TATIONIBVS AD EASDEM
ILLVSTRATAS.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus PETRI CHOLINI.

ANNO M. DC. XII.



D. A. M. S. B. M. I.

A. R. C. H. I. P. I. S. T. O. R. I. A.

C. A. N. T. V. A. R. I. E. N. S. I. U. M.

G. O. V. A. M. E. V. E. T. A. N. T. I. S.

F. A. C. I. E. T. R. I. N. I. T. I. S. O. M. N. I. A.

V. O. L. U. M. I.

T. O. M. V. S. Q. V. A. R. T. V. S.

C. O. N. T. I. N. E. N. S. D. I. V. E. R. S. A. S. A. D. P. A. R. T. I. U. M.

A. S. E. C. U. N. D. E. M. E. X. A. M. P. L. A. R. I. A. S. E. X. I. S. T. O. R. I. A. S. T. R. I. T. I. U. M.

A. S. I. S. C. O. M. P. E. N. S. I. O. N. E. M. A. D. H. A. B. I. T. U. M.

A. M. S. T. E. R. D. A. M.

E. T.

P. R. I. N. C. I. P. I. U. M. P. A. R. T. I. S. P. E. L. L. O. V. A. C. I.

A. D. V. O. C. A. S. P. A. R. T. I. S. I. N. I. S. A. V. G. V. E. R. T. I.

A. M. S. T. E. R. D. A. M. I. N. D. U. S. T. R. I. A. S. I. N. Q. U. A.

F. A. C. I. E. N. T. I. A. S. A. D. P. A. R. T. I. U. M.

A. M. S. T. E. R. D. A. M.

C. O. L. O. N. I. A. N. E. G. R. I. P. I. N. A.

S. A. M. P. S. O. N. I. U. M. P. A. R. T. I. S. C. O. L. O. N. I. A.

A. N. T. O. M. D. C. X. I. I.



IN TRES LIBROS EPI-
STOLARVM D. ANSHELMI
CANTVARIENSIS ARCHI-
Episcopi.

PPÆFATIO,

F. IOANNIS PICARDI, CANONICI
Reg. Sanct. Victoris Parisiens.




Vi ex tot Anselmi Epistolis, hucusq; tredecim
tatum ad nos peruenerint, meditari & mirari fa-
cilis est, quam exponere. Cui etenim potest esse
notum tredecimi, ut ita dicam, illius delectoris co-
siliium? Et vero, si de ignotis antea actisq; liceat o-
pinione augurari, existimo eum hasce pauculas
seposuisse, ad imitar illorum, qui cultissimos lustrantes hortos, legunt
tantummodo flores suis naribus gratiores & odoratiores: At quis
animæ foetenti odor medicatior suauiorq; pietate, quam iucundè
olent hæ segregatæ epistolæ? Quanquam ne vnã quidè cæterarum, quas
nunc produco, reperire sit virtutis exarmatã stimulo. Etenim quã-
tumlibet familiares sint earum aliquot: veruntamè gerunt semper
de more apum suum spiculum, quod legentis fauciet pectus. Nihil
autem habet dubitationis, illum sepositorem vsum fuisse exemplari
tam locuplete, quam nostro: Nam epistola 7. & 8. sunt libro 1.
Prima, 2. & 3. libr. 2. Quarta, 5. 6. 9. 10. 11. 12. 13. libr. 3. Atqui dũ
hic collector sibi fructum, aliis collegit fucum, scilicet Baleo No-
menclatori scriptorum Anglorum, & Matthæo Parkero Cantuar.
Nam ille post enumeratas 367. Anselmi epistolas in centuria 13.
subiungit: Aliud epistolare Seruus seruorum Dei in Beccensi cœ-
nobio, &c. Cum interea illius Epistolaris epistolæ sunt illæ ipsæ 13.
quas hactenus Docti legerunt. Parkerus in antiquit. Ecclesiæ Bri-
tannicæ monuit, Anselmum fuisse in scribendis epistolis assiduũ,
adeo ut ad sua tempora, h. e. annum M. D. LXXII. 367. reseruari
testificetur, lineis aliquot subiectis recensens Anselmi operas, Epi-
stolarum librũ vnum adnumerat, quasi alterum quidpiam & dissi-
mile

A

mile

Præfatio.

mile scriptum à superioribus. Porro memorata ab iis epistolarum Anselmi nomenclatura, nouum iniicit excutiendum scrupulum, videlicet de earum numero. Nam hæ, quas ad præses do, sunt 289. connumeratis ad illum per varios missis. Sane inter legendum deprehēdi deesse aliquas, scilicet annot ad epist. 96. l. 3. duas: scholio marginali ad epist. 134. vnam, postrema præuiam efflagitat alteram. Parkerus supra, vnam Girardi Eberacensis ad Anselmum, & inter Anselm. epist. collocatam, nobisq; desideratam profert. Nunc Lectori renuncio duas epistolas ad hoc æui, librorum de fermento azymoq; necnon de diuersitate sacramentorum, nomine citatas, me (quia eius epistolis confertas offendi) reliquisse: tum quod epistolæ faciles sint, tum quod ipsemet Anselmus in exitu ipsius (cui titulo quondam fuit de diuersitate sacramentorum) alteram de fermento & azymo nuncupatam, epistolam nuncupet. Sed age, de his plus satis: Nunc latam epistolarum materiam breui comprehendamus sermone. In primo & secundo libro scribit vt plurimum amicis & perfamiliaribus, suadens, consulens, exhortans, increpans, & obsequens, pro rerum occurrentium varietate. In tertio bonam partem reperies, quæ spectat ad sui Pontificatus munia liberius obeunda: Quæ residua est, amicis satisfacit. Ordinem in iis seruatum reor illum esse, quem ab Edinero constitutum annotat Guilelmus Malmesberiensis in Pontificib. Anglis. Stylus simplex est, scribentis candorē graphicè depingens, adeo vt aliquando vix effugiat sermonis impropriatē, ne dicam impuritatem. Cæteroqui vniuersa pura sunt, cōcinna, & eorum, ad quos scribitur, morib. personisq; plane consona. Quibus potuimus epistolis adiecimus Annotationes, vel ἀθροισμολογίαν vel ἀιτιολογίαν illustrantes. Et in illam quidam, si pro cuiuspiā stomacho nimis funda, id refundat auidius in auidius memoria virorum illustrium conseruandæ studium. His adde, quod legendæ epistolæ nonnihil suauitatis admisceāt, Lectoriq; tacitos suffigant stimulos. Vt igitur cuncta forent præsentiora, quæ licuit in ora singularum epistolarum notauimus, reliqua iisdem proxime subdentes, cæteris in calcem reiectis. In luonis autem Carnotensis citatione, priorem Iureti editionem sumus secuti.



EPISTO-

EPISTOLA PRIMA.

SVODOMINO ET
SVOPATRI, MULTVM CVM
amore Catholicis Reuerendo, & cum reueren-
tia amando Archiepiscopo Lanfranco:
Frater Anselmus suus
totus.

*De Lanfranco Abbate S. Stephani Cadoniensis, facto
Cantuaria Archiepiscopo.*



GLORIA in excelsis Deo: Qui fi-
dei & sapientia vestrae lucernam in
eminenti constituit candelabro, vt
luceat omnibus, qui in domo eius
sunt: Oramus itaque omnipoten-
tem Deum, vt illa sic ardeat, vt non consumatur:
Sic luceat aliis, vt sibi nunquam extinguatur; vt
post suae lucis diurnam (a) Anglicis impartitionem,
transferatur ad diuinam lucis aeternam cum
Anglia participationem. Sicut enim bona nostra
si qua sunt, esse vestra optamus; ita vestra quae-
que sunt, esse non nostra nequaquam putamus.
Quamuis namque tot rerum inopinatae mutatio-
nes, saepe vos mihi conentur subtrahere, nullatenus
tamen poterunt, vt non dicam cohaerentes
animas nostras abinuicem distrahere, certe adhe-
rentem animam meam a vobis abstrahere. Qua-
propter, vt taceam quod vos scitis, & ego non du-
bito, quia quem interiori si non geritis, minime
potestis fugere: vtique enim, qui vos quocunque
eatis prosequitur, & vbicunque maneat ample-
ctitur, non penitus valetis deferere. Scyphum
charum, quem chariori charissimi dedistis, sicut
Dominus Hernoctus mihi retulit, velle vos hilari
benignitate & amica confidentia dixistis: Donum
igitur vestrum nequaquam vobis reddo, ne quo-
modo minus vobis reddar obnoxius; sed libenti-
ssime vobis dono, quod in mundo carius possi-
deo. Legant dilectissimi fratres nostri, qui vobis-
cum sunt, post literas vestrae sublimitati directas,
hanc breuissimam & sufficientem sibi missam no-
stram epistolam: desiderium vestri mihi semper
crefcit, & amor, cuius olim mihi conscius fuistis,
nunquam decrefcit.

ANNOTATIO IN EPI-
STOLAM PRIMAM.

QVI fidei vestrae lucernam.] *Allusio est ad pa-
rabolam Evangelicam Matth. 6. & Luc. 11. nem-
pe lucernam accensam esse super candelabrum ponendam.
Anselmus vero per fidei lucernam intelligit ipsum Lan-
francum, fidelem & prudentem Dei Seruum, sua do-
ctrina pietatisque lumine vndique collucentem: qui in Archi-
episcopatus Cantuariensis euectus caelum talis Angliae e-
micit, vt inquit Guillelmus Malmesberiensis, lib. 3. de
gestis Regum Anglorum:*

*Qualis discedens fugientia Lucif. r. astr. a,
Cum roseo clarum prouehit ore diem.*

*Cum autem in ipso limine offenderimus illum iam Ponti-
ficiis adonatum insulis, vt sciretur, qualis antea fu-
erit, lubuit narrare ex Notationibus ad veteres Can-
tuariensium Archiepiscoporum Tabulas M.S. in Biblio-
theca nostra, his verbis: Lanfrancus eruditus fie-*

bat ab annis infantiae in scholis artium liberalium
& legum secularium, ad patriam suam morem inten-
tione laica, ortus ex nobili parentela Papiae urbis
Italiae ciuibus, adolescentulus Orator, veteranos
aduersantes in actionibus causarum frequenter
praecipitavit torrente facundiae, appositè dicendo.
In ipsa etate sententias depromere sapuit, quas gra-
tanter Iurisperiti aut Iudices, aut praetores ciuita-
tis acceptabant: Meminit horum Papia. At cum
in exilio, vt Plato quondam Philosophus philo-
sopharetur, incendit mentem eius aeternus ignis,
& illuxit cordi eius amor verae sapientiae. Anim-
aduertebat cum Ecclesiaste, quod nondum ec-
clesiasticae lectionis vsu didicit, quae mundi bona
vanitas. Repentino itaque mundi contemptu ia-
ctans mundum ac se, arripensque religionis pro-
fessionem, iugo regulari subdidit se. Cœnobium
in Normannia, loci situ & paupertate horredum,
elegit, quod prudentia ipsius vigilantissimaque
cura locuple auit, & in statum praeiit pulcherri-
mi ordinis, dum regeret collegium fraternum se-
uera disciplina, ac miti: Sanctum Abbatem humili
& utili consilio. Etenim cum propria tantum mor-
tificationi operam impendere desideraret, dep-
hendit eum atque publicauit cogitationum inspec-
tor Deus, vt lucerna sese colligens in vallem dis-
funderetur & excelsa. Effulsit, eo magistro, obedi-
entiae coactu philosophicarum ac diuinarum li-
terarum Bibliotheca, nodos quaestionum solue-
re in utroque potentissimo. Admirandum sibi co-
gnoscerent ingenium ac studium Lanfranci He-
rodianus in Grammatica: Aristoteles in Dialectica:
Tullius in Rhetorica: Legis ac scripturae ex-
positores in Sacra pagina. Cunctae Athenae qua-
do incolumes florebant, & excellentissimae sede-
bant ad praecipendum, Lanfranco in omni gene-
re eloquentiae aut disciplinarum assurgerent. Sic
Hilarion Palaestinus, & alii plures temporalis glo-
riae contemptores, quanquam assidue fugerent,
nunquam latuerunt. Sic Augustinus omnipotentis
& indiuiduae Trinitatis perspicacissimus inda-
gator. Hieronymus hebraicae veritatis fidelissimus
interpres: Gregorius Romanus, atque Nazian-
zenus, item alii quamplures almi Doctores, prius
Philosophiae, deinde Ecclesiae in libris enituerunt.
Studiosus fuit idem cœnobita verbi gladio peri-
mere sectas, si quae fidem lacerarent catholicam.
Profecto Berengarium Turonensem Hareliar-
cham, siue Andeganensem, cuius dogma telis ven-
enatis nocentibus, de hostia salutis mortem ani-
mabus propinabat, spiritualis eloqui mucrone
confodit in Synodo Romana ac Hercellenfi sancti-
ssime exponens, veracissime comprobans, pa-
nem & vinum, quae mensa Dominicae superpo-
nuntur, post consecrationem esse veram carnem
& verum sanguinem Domini Redemptoris. Eui-
ctus (b) Berengarius ad obseruantiam sententiae
huius semel Romae, denuo iuravit Turonis, si-
mul pronuncians excommunicatione feriendum,
quemcunque aliter sentientem. Omnem namque
harelim anathematizauit, praecipue de qua, cum
vanae laudis quaeritaret nitorem, sorduerat infa-
matus. Verum seductissimus homo atque perui-
cacissimus ad subuertendum in salubri proposito
fideliter non stetit, schismatis crimen iterati iurifi-
urandi violatione cumulans: Et quia timor pe-
nae retinebat, ne publice praedicaret, quod publi-
ce damnauerat, secretis disputationibus domi in-
surrebat idem, atque (c) per discipulos pecunia

b Istae videtur
Berengario
Lanfrancus
ob oculos po-
nit in epistol.
Liminari sui
Tractatus de
sacr. Eucha-
ristia. Adde
s. annot. ad
c. 1. de sacr.
altaris. ab
Anselmo
script.
c Idem scribit
Guilel. Mal-
mesb. l. 3. de
Reg. Angliae.
pag. 63. edit.
Londinensis,
anno 1396.

corruptos pariter ac fallacia, peregre trāslegebat. Pœnituit blasphemum & sacrilegum amittisse libellos pueri dogmatis, Romæ suis manibus (ne ipse cremaretur) in ignem coniectos. Proinde (d) scriptum condidit recens, vt approbatus fulciretur vetus error, & perdurabilior in annos futuros porrigeretur: ad quod destruendum p̄nominatus veritatis defensor epistolā ededit siue libellū dilucido stylo venustoque sacris auctoritatibus ponderosum, rationum consequentiis indissolubiliter constantem. Optimus enim plenitudine charitatis resuscitare satagebat per fidei reſtitutionem in heresi mortuos; cuiuslibet p̄ baptismū fratri suo verā intelligētiā de Eucharistia astruētionem relinquere sufficientem, luculentam, nec tædiosam prolixitate. Sapientes religiosique Abbates, nec non Pontifices metropolitani, & timuerunt sapientiam Lanfranci, atque religiositatem & auctoritati atque correptioni habere gauili sunt. Ipsum quantæ ecclesiæ Abbatem vel Pontificem sibi incredibili desiderio petierunt? Christiani orbis caput Roma sollicitauit eum epistolis, precatu retinere conata est, & vi. Quippe cognouerant eum peritissimum honesta qualibet & eorum contraria fecernere: diligentissimum cuique suum tribuere perpēdiculo rationabilitatis: promptissimum ardua duraque suscipere perpetique causa veri boni: similiter cautissimū gubernare manum & linguam consideratione & comitate. Cognouerant (vt breuiter & aperte loquar) hanc eius vitā, quæ (e) merito dicatur quædam directissima ac tutissima ad perennis vitæ portum via. Ille vero nimis altum sibi duxit præesse fratrib. loco secundo, infimam extremitatem corde non deferens. Abbatiam Cadomensem, quam coactus accēperat, libens deseruisset: Ad anachoretas vel procul remoto cœnobitas confugiens, nisi multę obstitissent difficultates, quas nulla potuit ratione eluctari extra animæ grauem læsionem. Fuit autem consolatio sancte dolenti pro illa prælatione laboriosum onus: nam edificatio loci tum primum confurgebat: Scientiæ atque virtutum huius patris memoriale istuc inserimus. Quapropter eadē productius non repetamus. Inuitatus ad culmen Archipræsulatus mæstus trans mare excusatum se vadit, sperans iucunditatem in reuersione: Rex tamen cum gaudio recepit adiutorem christianæ culturæ: deuicit reluctantem reculationem: adducuntur hilari festiuoque iussu Cantuariensis ecclesiæ Priores, & multa regni secularis atque religionis dignitas. Præfatus Abbas ac Archipræsul honestissima electione inthronizatur; cum honoris adornādus pallio: antea spiritali tam pallio quam rationali insignitus. Ordinationi interfuere multi præfules & abbates: maxima Cleri & populi multitudo celebratæ 4. Calēdas Decemb. Hu. usq; veteres tabule: ex quibus hac decerpere coegit me carac̄ter obscurus palliatuq; proximum denuntians interitum, ni Typographia salutē fera succurrerent mendicamentis.

Fuit autem Lanfrancus in Cantuariensem vnctus Pontificem à Gifone Wellense, & Walte Herfordensi Præsulibus. Anno 1070. Decollati D. Ioannis Baptista sacra luce.

At ne quis exaggeratione Rhetorica superius dictum putet, quod Roma epistolis Lanfrancum sollicitaret. legat Alexandrum II. Papam ad Guilhelmum Nothum Regem Anglorum sic scribentem: Ad virtutum incrementa percipienda, fratris nostri Lanfranci Cantuarien-

sis Archiepiscopi monitis, gloriam vestram hortamur acquiescere: Quem vt charissimum membrum, & vnum ex primis Romanæ Ecclesiæ filiis lateri nostro assidue non adiunctū esse dolemus: sed ex fructu, quem Ecclesiæ in regno vestro tribuit, consolationem eius absentia sumimus. Hætenus Alexander. Alterum quoque, scilicet plures Ecclesias eum Pontificem exptisse, confirmat illud Becces. Chron. in eius vita. Ea tempestate (f) ciuitas Rothomagensis viduata est sancto & venerabili Archipræsule Maurilio. Tunc Clerus omnis, & populi congregati, volebant substituēdum eligere Lanfrancum. Verūm toto conamine ille tale onus vitabat subire, humiliter magis cupiēs subesse quam præesse. Quod Rex aduertens, puidit subrogare Ioannem, quem Abricatēsum constituerat Pontificem. Sed vt hoc canonicè fieret, licentiam petendi gratia Romam direxit eundem Abbatem Cadomensem Lanfrancum: qui onus huiusce legationis perferens (sicut Ecclesiis cupiebat esse cōsultum) à Papa Alexandro impetrat; sacrum quoque pallium cum licētia huius promotionis deportauit: vnde & ipsi toti Neustria gaudiū fuit. Fortassis insimulabor *σερολογίας*, nec ab re: quod ex scripturis hypomnematiū de Lanfranco ex monacho Beccesii Cantuarie Archipræsule. à monachismo non sim exorsus: At tumultuarium quempiam texo Commē. ariūm; sed nec ferius, si serid. Lanfrancus igitur Ticini, vulgo Papiæ, Insubrium oppidi in Gallia Gsa'pina: genitus est parentibus Ticinēsis quoque indigenis & primorib. Etenim pater vir erat iuris peritissimus, senatoriq; ordinis, quem quidem mors caca Lanfranco etiam adolescenti eripuit iniquus. Is autem cum in demortui parentis esset succenturiandus locum, natale reliquit solum, aliud abreptus infans discendi amore.

Post quæ, tempore Henrici I. Franc. Regis huius nom. & Guilhelmi cognom. Conquestoris Normannorū Ducis, venit Abrincas Lugdunēsis secunda, vulgo Normannia iuuitat: m: vbi quid gesserit, hincq; egresso quid contigerit, quom: à Vinc. nr. B. llon. l. 26. sp. hist. c. 36. m. antevertit, non reuoco: tum maxime, cum agnoscā & pauca, q̄ habet ipse de p̄opta ex gestis eiusdem latius explanatis in Chron. Becc. MS. Lanfrancus t. n̄dē periculo, quod Vinc. supr. refert, exēptus venit Beccum, huius temporis & gētis tum ignobilis cœnobitū, quale à viatoribus per rat edoctusq; fuerat. Tunc forte (ait Becces. codex) Abbas extruendo fornaci occupatus ipsemet operabatur manib. Et accēdes ad eum dixit. Deus te saluet: & abbas, Deus te benedict at, inquit. Es Lombardus? at ille, sum: Quid vis? monachus fieri volo. Tunc Abbas præcepit cuidā monacho nomine Rogerio, vt illi ostēderet librum Regule: qua perlecta respondit; omnia se Deo iuuatē seruaturum. Hæc audiens Abbas. & sciens quis esset vel vnde, cōcessit ei quod petebat gaudens. At ille in faciem p̄cidens, osculatus est pedes eius. Lanfrancus humilitatem animi sermonisq; dignitatem in Abate plurimū veneratus & amans, monachus ibi officit: Erat is annus 1042 vt notat Epit. Chron. Becc. Postquam v. cucullam induit, ludumq; literariū licei grauatē aperuit, iam eius nomē per ora Doctorū celerrimè volitare cepit, vt ad epist. 16. huius lib. patefaciā testimoniis & quatuorū Scriptorum.

Sub annum 1063. Guilhelmus Nothus Cad. mi monasteium condidit in memor. à D. Stephani protonotariis, cui Lanfrancum venientem, sed tandem sua Procerumq; Normannorū importunitate expugnatum preposuit. Cōditi autem huiusce cœnobij causas & odabit notatio ad Epistolam 13. huius libri. Vix effluerat triennium, hoc est, annus 1067. latifer D. Maurilio Rothomagensium præsuli, in cuius locum suffici Lanfrancum postulabant Normanni, sed

Idem dicit Lanfrā. sup. & Guilmū. d. Auerſā. lib. 1. de corp. Esāguine Domini.

Habes eadē omnino verba in eius vita MS. Becc.

Annos ut notat Epit. Chron. Becc. MS.

ni, sed eos constanter postulantes constanti fatigauit resu-
tatione. Annus tandem 1070. honorem onusq; ad se ab eo
relictum iniecit humeris, licet pro non or. firmiter detre-
ctantis. Ea vero de causa Guilielmus Anglorum Rex in
Normanniam miserat Legatos, sed & Hermensfredus Se-
dunensis Pontifex redux ex Anglia in quam nauigauerat
cum duobus S. R. E. Cardinalibus missis ab Alexandro
Papae, ut Guilielmum Nothum Anglici regni diademate
redimerent, id enim pet erat) Lanfranco denunciati in
Concilio Episcoporum & Abbatum Normanniae petitione
Regis, si nulloq; voluntatem suam, & reliquorum Sedis a-
postolica Legatorum; Is vero protulit inducias. Perseptam
namq; & indubitatum tenebat, simul ire non posse ne-
gotium Archipresulis, & otium monachi. Precatur Re-
gina cum filio: iubet Abbas Herluinus licet inuitus, cui
tanquam Christo obedire solitus erat. Hortantur etiam
ad hoc studiosi collecti Maiores. Nam hanc urgentem
yndig. violentiā dictauerat mandatum Regis, scientis
estimationem dilectissimi Patris, cum ad aliorum inuita-
retur. Non abnuit ille praecipiente sententia (sic omne fa-
ctum & dictum discretionis norma regebat) obedientiam,
offendere cauet simul & tantos qui rogant, fauent,
hortantur. Maestus ergo trans mare excusat: in se vadit,
sperans iucunditatem in reuersione. Caeterum diuina dis-
positioni, quo consilio resisti poterit? Rex cum gaudio at-
que cum digna reuerentia recepit Christiana Religionis
coadiutorem: deuicit reluctantem pulchre pugnans hu-
militate & maiestate. In Pontificatu gesta, quonia Guili-
helmus Malmesburiensis, Mattheus Parisus in anti-
quitatibus Ecclesiasticis Britanniae. & post eos Cardinalis Baroni-
us in Annalibus minutatim computarunt, minime replico:
Vnum tantum & alterum complicaturus, deprompae ex
eius gestis, in Chronico Beccens. enarratis, ad hunc mo-
dum. Quando gloriosus Rex Guilielmus morabatur in
Normannia, Lanfrancus erat Princeps & custos Angli-
ae. sub eodem sibi omnibus Principibus & iuuantibus in ijs,
quae ad defensionem & dispositionem, vel pacem pertine-
bant Regi, secundum leges patriae. Lectori erat assiduus
& ante Episcopatum. & in Episcopatu, quantum po-
terat. Et quia Scripturae scriptorum vitio erant: nimirum
in corrupta, omnes tam Veteris quam Noui Testamenti li-
bros, necnon etiam Scripta Sancto-um Patrum secun-
dum orthodoxam fidem studuit corrigere: & etiam mul-
ta de his, quibus vitium nocte ac die in seruitio Ecclesiae,
ad vniuersum emendauit: & hoc non tantum per se, sed etiam
per discipulos suos fecit. Quantum poterat paupertatem
rei inebat in vilitate habitus, parsimoniam tenens
inter multimodas delicias: multa quoq; & magna offe-
rebantur sibi dona, quae ille hilariter rogantibus se, vel
iudicantibus tribuebat.

Alterum quod promisi hocce est, à Biographo Lan-
franci ad nos transmissum his prioribus verbis. In quadam
festiuitate de tribus Magis, in quibus Rex coronatus sol-
bat tenere Curiam, die festiuitatis Sancti Martini, cum
Rex diademate & indumentis regalibus sedere ad men-
sam, & Lanfrancus iuxta eum, quidam scurra videns
Regem auro & gemmis radiantem, exclamat in aula
magna adulationis voce: Ecce Deum video. Lanfran-
cus conuersus in Regem, ait: Noli talia imponi tibi: non
sunt haec hominis, sed Dei: Iube eum acriter ver-
berari, ne vniquam talia audeat iterare:

Quod Rex iuxta verbum illius fieri iussit.
Quae de Lanfranco, iupr-
sunt, apponuntur p.

41. l. 2.

EPISTOLA II.

DOMINIS AMICIS FRATRIBVS
charissimis, Sooni & Lanzoni; Frater Anselmus
Beccensis, vita peccator, habitu monachus,
pro aeternis temporalia despiciere, &
temporalibus aeterna perci-
pere.

Sanctioris vite normam rogatus praescribit.

Quoniam verus amor, sicut laudabiliter im-
penditur, sic irreprehensibiliter amado ex-
igitur; puto me impudentem non esse, si meum
erga vos aliquatenus vobis ostendo amorem, ut
vestrum mihi possim aut acquirere, aut acquisitum
reddere perfectiorem. Sed quoniam propter nimis
difiunctam conuersationem nullis aut obsequiis
aut saltem colloquiis ipsum de vobis cor meum
potestis percipere; vel epistolae salutatio sit vo-
bis signum, dilectionis vestrae memoriam in me
vigere. Cum enim primum vestra reuerenda fra-
ternitas paruitati meae se notam fecit per suam pre-
sentiam, sic eam sibi anima mea charitatis ample-
xu, alte impressit astringendo: ut eius imaginem
in se perspicuam exprimeret diligendo, per quam
vos semper praesentes tenet etiam absente: unde
licet rarus sit aspectus, non tamen rarus sed
continuus est affectus. Haecenus duobus spon-
tanea charitatis est digesta salutatio, deinceps
vni persoluetur debita exhortatio; vni quidem
vestrum, quia ab vno est postulata, adiicitur: sed
duplici emolumento laboris gaudebo, si ab utro-
que velut sibi dicta accipitur. Equidem memini
Domine mi & amice Lanzoni, sanctum tuum bene
viuendi feruorem, multis meum precibus po-
stulasse teporem: quatenus suis eum commoni-
torii literis ad spiritualem accenderet amorem.
Quod quoniam inconueniens existimabam, ut
frigidus calidum calefacere tentaret, utique vo-
lui recusare: sed rursus considerans, quia frigidus
flatus feruens ignis augetur, non omnino quod
petebas, potui excusare. Quapropter cum hoc
quod a me poscis, ubique in sacris paginis multo
melius possis inuenire, & mansuete grauitati tuae
velim ob sui reuerentiam, quantum in me est, li-
benter obedire: sic inter vtrumque incedam,
ut primum studendi in sacra scriptura tibi curam
iniungam: deinde in mea persona non ex mea,
sed ex eiusdem Scripturae sententia, pauca sub-
iungam. Moneo itaque & precor charissime, qua-
tenus sicut (a) scriptum est: *Omni custodia serua cor*
tuum. nihil sit, quod mentem tuam a sui reuocet
custodia. Sollicite discutiatur, quid quotidie acqui-
rat proficiendo, ne quid, quod absit, perdat defi-
ciendo. Sicut enim in virtutibus difficilima est,
aliquid non habitum conando assequi, quam de-
sidia carere: ita grauius est recuperare, quod per
negligentiam amittitur, quam adipisci, quod
nondum quia habuisse cognoscitur. Semper igitur
dilectissime, praeterita quasi pro nihilo sic de-
putas, ut & illa, ad quae profecisti, temere non
contemnas, & his aliquid addere, licet per infir-
mitatem nequeas, tamen per importunitatem sem-
per contedas. Quoniam namque inter multos vo-
catos pauci (b) sunt electi, certi sumus oes veritate
dicere: sed quam pauci sunt, incerti sumus cuncti:
veritate tacente. Quapropter quicumque nondum
viuit ut pauci, aut vitam suam corrigendo inter
paucos se colligat, aut cum certitudine reprobationem

^a Prouer. 4.

^b Matth. 20.

tionem timeat. Qui vero se de paucis esse iam iudicat, non statim de securitate electionis confidat: Quippe quoniam nemo nostrum scit, in quantā paucitatem redigantur electi, nullus utiq; nouit, si iam sit inter paucos electos, licet iam paucorum sit similis inter multos vocatos. Nullus igitur retro respiciendo penset, quam multos in via celestis patriæ pcedat: sed indeclinabiliter in anteriora interitus sollicitè consideret, si iam pariter cum iis, de quorum electione nemo fidelis dubitat, incedat. Vide igitur dilectissime, ne qualibet occasione timor Dei, quem concepisti, tepescat, sed semper quasi indeficienti studio uelatus, indies feruescat, donec tibi in securitatem mutatus eternam luceat. Valde namq; cauendum est, frater amantissime, illud q; multi, & non tam numero multi, quam sensu stulti, faciunt, qui quanto diutius uiuunt, tanto maiorem sibi spem uiuendi nutriunt, & timorem festinantis mortis abiicientes, à proposito sanctæ uitæ deficiunt. Verum namq; est, quia quāto diutius uixit aliquis, tanto breuius uicturus est: & quanto fit longius à die natiuitatis suæ, tanto fit propior diei mortis suæ, & retributioni totius uitæ suæ. Sicut igitur uides per singulos dies in præteritum uitam tuam crescere, ita certus esto, spatium bene uiuendi quotidie tibi decrescere. Esto itaq; amice mi, sollicitus, ut spatium uitæ, q; tibi restat, quia nescis quā breue est, sic expēdas, ut de die in diem sanctum meritum propositum ad meliora extendas: Quatenus si quid te grauat bene uiuere, quanto magis laborem tuum ad finem festinare, & te ad requiē & coronam appropinquare consideras: tanto fortius instādo, & lætius perseverando uiriliter confortatus proficias, Ab inceptis ergo nulla lassitudine deficias, sed potius quæ tibi expediunt, & q; nondum es aggressus in spe superni auxilii pro amore felicitis præmii incipias, ut ad sanctorum beatum cōsortium Christo ducente peruenias. Excedit iam modum nostra epistola: sed ut illis pariter desinat, quibus communiter incepit, attendite duo amici mei, audite ambo dilecti mei: tenete, rogo, finem fatuæ meæ allocutionis in memoriam mutua nostræ dilectionis: fatuam dico locutionem, q; meum est: sed non sententiā, quod Dei est. Audite ergo, & ne propter id, quod meum est, id q; Dei est contemnatis. Si quando mundus in aliquo sui generis fauore uobis ridet, nolite illi arridere: utiq; non ad hoc ridet, ut in fine rideatis, sed ut sub Principe suo irridente cum ipso lugete lugeatis. Potius ergo quoties uobis riserit, risum eius horrete: hortendo ridentem irridete, ut post irriditorem eius irrideatis, & ipso lugete rideatis. Amici (a) mei, nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt: ueraciter enim scriptum est, quia (b) mundus transibit & concupiscentia eius: & quia (c) amicus huius seculi, inimicus Dei constituetur. Non (D) habet fœnum in cornu: aurum habet in cornu: sed posteriora uidete, fœnum habet in cauda, cauda ferit ille, caute: Cauete inquam & ualete.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM II.

Non (D) habet fœnum in cornu. Scite Anselmus, ut ostendat, mundum esse quoddam noxium & fallax animal: dicit non habere fœnum in cornu, sicut olim boues petulos, de quorum cornibus id appendebatur, quo sibi canerent, qui forte occurrissent: sed contra, aurum

habere in cornu, ut coruscantis metalli splendore insipientes excacet, & se fugientes cautius mihi inq; comprehendat. Aurum quoq; cornubus alligatum aperte designat superbiam ex opum abundantia manare solitam. Nam sumere cornua, tollere cornua, superbum esse nemo non scit. Quibus astipulatur illud Græcorum: *γερῶν & ἔκβαλαυτίου*, indicans, opes superbiæ ceu filiam parere. Mūdus ergo aurum habet in cornu, quia nihil nisi splendidum suis ostentat amatoribus, sed in cauda alligatum gestat fœnum, quod in huius uitæ sine per caudam animalis postremam partem significato, decoquet sordidā & luteam hominum cupiditatem. Porro hic versus Anselmi argute cōpactus est ex duobus hemistichis Horatii & Virgilij conuersis. Ille enim 1. ferm. sat. 4. ait:

Fœnum habet in cornu.

Hic autem Ecloga II:

Occurrere capro, cornu ferit ille, cauteo.

EPISTOLA III.

DOMINO DILECTISSIMO, REVERENDO monacho Roberto: Frater Anselmus Becensis, inter sancte conuersantes tantum minimum: sic in temporalibus uelle eternitatem, ut in æternis nolit temporalitatem

Eius preces, & Anastasii Commonachi amicitiam requirit.

CVm considero, strenue miles Dei, & mihi charissime, tuæ prouectus strenuitatem, & meæ sterilitatem inertia, vix suggerere sanctitati tuæ præsumo, mutua nostræ mentionem amicitia. Quia enim in cunctis tepidæ uitæ meæ actionibus nihil est, q; beneficiis tuæ dilectionis possit compensari, erubescō, vel à te debitum amici exigere, vel saltem amicū tuum nominari: Sed rursus, cum in reditum patriæ supernæ alios facile currere, me uero peccatis & tempore grauatum, in eadem uia vix moueri intueor, magna necessitate cogente ad præcurrentes me ex intimo corde clamare compellor, non ut uelocitas eorum p̄stolata lentum, reddatur tardior: sed ut tarditas mea à currentibus rapta, fiat uelocior. Quapropter eū orationes meæ tales sint, ut uel nihil uel parum p̄sint mihi, quas tuas esse proposui offerre non p̄sumo tibi: sed precor, ut feruore tuarum accēdantur, quatenus efficaciter mihi prosim & tibi. Sic enim coram Deo uult cor meum, & sic ad Deum orat os meum: Et quicquid prodesse debet mihi, non minus p̄sit tibi quā mihi. Age ergo uir uenerabiliter amabilis, & amabiliter uenerabilior, certus esto dum uiuo de hac nostra uoluntate, & sollicitus esto de perficienda in me, quæ tua erit charitate. Si enim oraueris pro pximo, scio uerū esse, quod tibi retribuetur, & si impetraueris, scito tuum esse, quicquid mihi tribuetur. Quod ut efficacius efficias, precor obsecro, ut illi sancto uiro Anastasio, cuius desiderabili societate frueris, me commendando, quantum absentē postea notum facias, ut & illum amicum tuum meum cōmunices, & me seruum tuum cum illo participes. Quatenus ex hac die dum uiuimus p̄ te & tecum & ego illū uenerer amicum alterū Robertum, & ille possideat seruum eundē Anselmum. Quatenus enim non sum dignus, non audeo petere, quod tamen uelle præsumo, ut ego uelut alter Robertus utar eodē Anastasio, & ipse me fruatur quasi altero Roberto: Cuius bon⁹ odor iam p̄ multos huius patriæ

a 1. Ioan. 2.

b Ibidem.

c Iacob. 4.

a suo proposito lepide accommodat. uersiculum Psalm. 136. b sic uocat. uenerabiliter in principio uita Anselmi.

c huius fit mentio infra epist. 7. 19. 22. 23. 31. 66. & 42. lib. 2.

d Huius Odoribus adolecentis & Becensis monachi petu-

patrię suauiter diffusus: quãtò delectabili⁹ anima meã fragrat, tantò ipsa ad eius amicitiam & notitiam ardentius flagrat. Quasiã ex quo vitam eius audiui habeo & amplector, quãtum possum & oro, oret & ipse mecum, vt tãto nobis crescant, quantum in Deo crescere possunt. Ambo charissimi valete. Obsecro in Babylonia sentite id ipsum, vt in Hierusalem participetis in idipsum, Non hoc dico quasi timens vobis aliquando discordiam venire, sed verè cupiens à vobis nunquam concordiam abire.

EPISTOLA QVARTA.
DOMINO REVERENDO, FRATRI CHARISSIMO, amico certissimo, Domino Gondulfo: frater Anselmus salutem.

Esif infrequentius scribat, non tamen obliuisci eius, ad quem esset frequentius scribendum.

Cvm tibi propono scribere anima dilectissima anima meã, cum tibi propono scribere: incertus sum vnde potissimum exordiar allocutionem meam. Quicquid enim de te sentio, dulce & iucundum est cordi meo: quicquid tibi opto, id est, quod optimum excogitat mens mea. Talem enim te vidi, vt quomodo tu scis te diligere: talem te audio, vt quomodo scit Deus, te desiderem: vnde fit vt quocunque tu vadas, amor meus te prosequatur: & vbicunque ego remaneam, desiderium meum te complectatur. Et cum rogitas me tuis nunciis, hortaris me tuis literis, pulsas me tuis donis vt memor sim tui: (a) *Adhæreat lingua me tuis acibus* n. *eis si non memor sim tui*: si non propinui Gondulfum in præcipuis amicitie meæ. (b) Nò hie dico Gondulfum laicum meum patrem, sed Gondulfum monachum, nostrum fratrem. Qualiter namq; obliuiscar tui? Is enim qui cordi meo velut sigillum ceræ imprimitur, quomodo memoria meã subtrahetur? Præterea cur, sicut audio, tanto mærore quereris, quod nunquam literas meas videas, & tanto amore quaris vt eas sepe accipias, cura meam conscientiam tecum semper habeas? Te quippe silente, ego noui quia diligis me, & me tacente, tu scis quia amo te. Tu mihi conscius es quia ego non dubito de te: & ego tibi testis sum, quia tu certus es de me. Quoniam igitur nobis nostrarum conscii sumus conscientiarum de inuicem, hoc tantum restat, vt ea quæ erga nos sunt mandemus adinuicem, vt patiter vel gaudeamus, vel solliciti simus pro inuicè. Quæ autem erga me sint, & pro quib. te velim mecum gaudere vel esse sollicitum, melius discas per huius scedula latorem, quam per epistolæ scriptorem. (c) Saluta Dominum Lanfrancum iuuenem nepotem reuerendi Domini & patris nostri Lanfranci Archiepiscopi, & offer eis fidelis nostri seruitii voluntatem: Quoniam enim tam propinquus & dilectus est eius quem sic amando veneror, & venerando amo, vt amem, quod amat, & quia mores eius amabiles audio: si dignatur & ei fidelitatem nostram offero, & eius amicitiam expostulo. Saluta Dominum Osbernum qui vobiscum est, sicut dilectum fratrem nostrum (d) pro Osberno defuncto dilectissimo meo: vt rogem te, & omnes amicos meos, quàm scio sermone minori, & quàm possum affectu maiorii, vbicunque Osbernus est, anima eius, animi mei petu- ma mea est. Accipiam igitur in illo viuus quic-

quid ab amicitia poterã sperare defunctus, vt sunt otiosi me defuncto. Vale, vale mi charissime, & vt secundum importunitatem tuam retribuam tibi, precor & precor & precor memento mei, & ne obliuiscaris anima Osberni dilecti mei. Quod si te nimis videor onerare mei obliuiscere & illius memorare. (e) Domino Henrico misi alteram epistolam, sed commutatis vestris nominibus per omnia, & tua sit sua, & sua sit tua.

EPISTOLA QVINTA.
DOMINO ET FRATRI CHARISSIMO Henrico: frater Anselmus salutem.

Se Henricum impensius amare propter bonos mores & religiosam conuersationem.

Quantò dilectissime conuersationem tuam erga cunctas ad morum honestatem cum religione sanctitatis indies crescere mihi fama testatur: tantò vti que cor amici tui desiderio videnti quod amando audit & finiendi quod audiendo amat inflammatur. Quoniam autem nos ad inuicem non dissimiliter amari non ambigo: nosmet quoque ab inuicem similiter desiderari non dubito. Quorum enim mentes in vnam ignis (a) dilectionis conflant, his non immeritò molestum est, si eorum corpora locus conuersationis disjungat. Sed (b) quoniam siue viuimus, siue morimur, non nostri sed Domini sumus; plus est attendendum nobis, quod facit de nobis Dominus, cuius sumus; quàm quod nos volumus, qui nostri non sumus. Sic ergo seruemus desiderium fraternæ charitatis, vt seruamus imperio supernæ voluntatis, & sic exhibeamus obedientiam subiectionis, quam exigit omnipotens dispositio vt retineamus affectum dilectionis, quam largitur diuina distributio. Non enim melius Dei ordinationem nostræ utilitati valebimus contemperare, quam si in nostra dispositione eius voluntati uoluerimus obtemperare. Denique quoniam vtrique plures præsentis quos ab iis dilecti pariter diligimus habemus, ipsis cum rationabili delectatione fruentes, eisdem non cum delectabili ratione fruendos aptemus: & vt quandoque cum præsentibus & absentibus amicis simul præsentibus ipso Deo confrui possimus instanter oremus. Cum enim superna ducente clementia ad patriam, ad quam anhelamus veluti non eodem tramite perueniemus eo lætiores quo quasi ex diuersis exiliis reuocati conueniemus. Non sic hortor serenitatem tuam charissime timendo quod ita non facias, sed cupiendo quatenus ad id quod bene facis, indeficienter proficias. Commendo tibi Dominum Herluinum (c) dilectum & dilectorem nostrum, sicut ex eius conuersatione cognosces, qui melius tibi quæ sint erga me, & pro quibus tuam rogem dilectionem poterit dicere, quàm ego epistolari breuitate. Literas quas Domino (d) Gondulfo misi, mutato nomine tuas, & tuas illius puta. Quicquid enim dilectio nostra aut se se intimando, aut aliquid rogando scribit, aut tibi aut illi, hoc ipsum dicit & tibi & illi: Sed quoniam pro dilectissima mihi anima (e) Osberni defuncti fratris nostri, nec Deum orare, nec homines rogare possum quod mihi sufficiat: Iterum inculco tibi, quia quicquid Domino Gondulfo pro ea scribo, tibi dico. Salutat te & Dominum

lanissimi in Anselmii ordium, ac post ea amorem & vna amedatione refert Edine- rui lib. 1. ubi scribit Anselmum pro illius anima sacrificiū obtulisse anno integro. hanc videlicet sequens.

a. Alitò vob.

b. ad Rom. 12.

c. Plurimum gaudet Anselmus his parano- mias.

d. sup. epist. 4.

e. de Osberno sup. epist. 4.

a. Sup. propo- sio lepidè acrimoniat. versiculum Psal. 136. b. sic vocat. Edinorus in principio viti Anselmi.

e. huius sit mentio infra epist. 7. 19. 22. 23. 31. 66. & 72. lib. 2.

d. Huius Osberni adole- scentis & Beccis mo- nisti petu-

Gundulfum Dominus Abbas & tota fratrum nostrorum congregatio: gratias magnas agentes pro vestris donis, sed multo maiores pro moribus vestris & studiis bonis. Vale & animam Osborni alteram meam, non ut eius, sed ut meam habe.

EPISTOLA VI.

DOMINO MERITO SANCTITATIS reuerendo, & fratri debito charitatis diligendo Hugoni: frater Anselmus in hac vita sancte viuere cum prosperitate, in futura feliciter cum aeternitate.

Breuitér, doctè pieque instruit Hugonem ut se gerat cum Pralato moroso & duro: epistola digna est qualigatur à cœnobitis & aliis, quibus res est cum austeris rectoribus.

Literis vestrae beatitudinis breuiter respondeo, quia in praesenti opportunitatem multa dictandi non habeo. Si cum eo cum quo vobis res est onus concorditer ferre non potestis, salubrius ambobus est, ut vos humiliter ab eo postulata & concessa licentia ab ipsius oneris solitudine quiescatis, quam sub ipso pondere discordantes inuicem, vos grauius lædatis. Quod si ipse vobis non concesserit, melius est vobis onus etiam inutiliter sustinere per obedientiam, quam proicere impatienter per inobedientiam. Et si experti estis, quia consilio vestro non corrigitur, sed læditur, melius etiam ut obmutescendo & silendo à bonis cum (a) Propheta, secundum Apostolum, (b) quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habeatis, quam bona inutiliter loquendo occasionem maligno præbeat. Nam quoniam non vobis sed illi principatus curæ commissus est, non à vobis exigitur si neglecto vestro consilio, pastoris culpa grex bene non regitur; nec vobis tamen consulendum est quamdiu ipse vos non cogit à bono in malum diuertere, ut subiectionem stabilitatemque, quam professi estis, audeatis, nisi eo concedente migrando, contemnere: si sub eo vnumcunque consilium facultatemque bene viuendi vobis videtis suppetere. Quod si in aliquo vestris studiis est impedimento eius pralatio, ut tamen viam salutis non obstruat, satius est ut occulto Dei iudicio vos indignos maiori gratia iudicantes, in minoribus bonis humiliter sine peccato viuatis, quam ad maiora per peccatum mortis tendatis. Non enim quis sponte mortem debet incurere, nisi cum aliter peiorem mortem non potest euadere. Omnipotens Deus, & Dominus noster Iesus Christus admirabilis consiliarius, & magni consilii Angelus sic doceat vos facere voluntatem suam, ut donet vobis videre gloriam suam, Domine sancte & frater charissime.

EPISTOLA VII.

GONDVLPHO ANSELMVS.

Roberti & Abbatis Beccensis iussu gratias agit Gondulpho propter beneficia ab eodem in Beccenses collata.

Ideo tam amicus tam amico salutationem meam tam breuiter prænotare volui, quia sic dilecto

affectum meum opulentiùs intimare non potui. Quisquis enim bene nouit Gondulfum & Anselmum cum legit Gondulfo Anselmus non ignorat quid subaudiatur vel quantus subintelligatur affectus. Quod ut quomodo velis intelligas tibi quod est alteri mihi existimo relinquendum, & ad executionem epistolae stylum conuertendum. Instat Dominus Robertus, & cogit Dominum Abbatem & me & totam congregationem nostram, ut multorum beneficiorum tuarum charitatis gratias tibi referamus: sed nos inuiti hoc facimus, quia totius vitae tuae gratias in ore mentis assidue tibi & libentissimè susurramus. In iniuriam quippe tuam fieri videret, si inter tot tua bona vnum hoc tacitis maioribus cum gratiarum redditione velut singulare prædicetur, vel si tuae charitatis propositum, foimento laudum & inclinationum adhuc indigere iudicaretur. Denique sic te per supernam viuere gratiam amando optamus, optando oramus, orando speramus: ut cum aliquid in operibus tuae charitatis gratius inuestigatur dignum, nihil in actibus tuae voluntatis laudibus inueniatur indignum. Quatenus vita tua non tantum amantium te linguas laxet quaedam laudanda exhibendo quantum admirantium te voces lasset se simul totam probabilem ingerendo. Et dum ora laudantium inquirunt partes in quarum prædicatione aperiantur, incurrant totum, à cuius plenitudine obstruantur: Sicque mentem tuam familiaris virtutum consuetudo & consuetus amor quasi inebriatio afficiat: ut non solum quicquid in actionem depromperis, internum affectum sapiat, sed vel posse quenquam eandem ebrietatem non sentire in se animus in te stupeat. Cui enim tale viuendi tonsat esse propositum, quò amplius in proposito succedit profectus eò liberius non tantum admirantium fauorem sectatur, quantum sectantium errorem miratur: ut igitur tandem nostram, & ut credo tuam sententiam super tuorum actuum acceptione propalemus, quicquid erga nos vel quemlibet alium laudabiliter agis, gratissimum habemus; sed laudes eius in illum diem, cum (a) laudabuntur omnes recti corde: & (b) cum laus erit vnicuique à Deo, seruandas cessemus. Reuerendum & diligendum Dominum & patrem nostrum Archiepiscopum Lanfrancum, & (c) nepotem eius & dilectos fratres nostros qui cum eo sunt ex nostra parte sicut tibi videtur saluta. Præterea quoniam omnes adherentes mihi, adherent tibi, cui adhaereo quos tibi per Dominum (d) Herluinum mandauimus nostrae penitus astringi velle familiaritati: eos interiori cubiculo memoriae tuae ibi, vbi ego assiduo affideo, quod & ipsi mecum precantur. colloca mecum in circuitu meo, sed animam Osborni mei rogo, chare mi, illam non nisi in sinu meo. Vale, vale amice ideo dulcissime, quia verissime: vale, & mei certe serui tui, certe amici tui, certe dilecti tui si obliuisci non potes reminiscere: Cum tibi loquor, Dominum (*) Henricum alloquor. Ambo igitur valete.

EPISTOLA

a Psal. 83.
b ad Rom. 12

a Psal. 63.
b 1. Cor. 4.

c Cui & nomen erat Lanfrancus episcopus. 48.

d Herluini meminit supra epistolae s. & sequenti.

e ad eum est epistolae s. supra.

a Agnominatione est in his verbis: ut et in D. Bern. charitas affluit, non desinit.

b Iacob. 4.

c quoniam amicus saluti.

d mūdus nobis aridet, ut tandem irideat.

e qui mūdus irideat.

f lepida correctio.

a Is Gerbertus fuit Abbas Fontanensis in Northmannia, ut apparet ex histor. dogolphi: qui sub illo, & monachum est. & Prior obiit m. n. inter fuit aut Gerbertus exequit Guil. l. m. c. quaestor ex frangito, quod est ante Val. Franciscus: ubi vocatur Fontinellensis Abbas, obiit eadem

EPISTOLA VIII.

DOMINO: FRATRI DILECTO:
Herluino frater Anselmus salutem.

Paranetica est epistola ad seculi odium vehementer accendens.

INcēpisti mi charissime gustare, quoniam dulcis est Dominus: Caue ergo ne sic implearis sapore sæculi qui tibi opulenter (a) affluit, ut euacueris sapore Dei, qui citò & furrim incautis * defluit. Pensa mi frater sepissimè, & scito certissimè, quia quos allicit dulcedo sæculi, eos occupat æterna amaritudo: & quos attrahit suauitas Dei, eos fatiat perpetua beatitudo. Certè verum est, non est falsum, verum, inquam est, quod dicit Scriptura Dei per os amici Dei; (b) quia amicus sæculi huius, constituitur inimicus Dei; utique sic est omnino est immutabile. Non sunt verba tantum audienda, sed est res terrificè metuenda. Si igitur non amas constitui inimicus Dei, horre ex crādo esse amicus huius sæculi. (c) Amicus autem sæculi huius est, quicumque sæcularis delectationis amicus est. Rogo ergo te amice, ne ames sæcularia oblectamenta. Cum absunt noli ad ea cor extendere, cum adsunt noli illis cor apponere: sed cum absunt & cum adsunt, semper te velis ab illis abscondere. Si mundus vel aliquid eorum quæ sunt mundi ridet tibi, noli aridere illi. (d) Certè frater non ridet tibi, ut in fine risus tu rideas: sed simulat risum ut te irrideat. Esto igitur dilectissime semper cautus ut anticipes eum, & retorqueas fraudem eius in eum: & cum ille tibi fallaciter ridet, tu veraciter irride eum. Et certè nunquam (e) veraciùs irridebis illum, quam si, cum ipse riserit contra te, tu fleueris contra illum. Ad has quidem lachrymas tantò studiosius te debes exercere quantum melius est contra falsum risum ad modicum ex voluntate flere, quam sub vera irrisione in æternum ex necessitate lugere. Legat hanc epistolam Dominus Gondulfus; (f) non, ut faciat quod legit, sed ut legat quod facit. Quod si feruor eius deuotionis hanc epistolam vult esse suam, pro tuo nomine ponat suum, & sit sua. Ambo valete.

EPISTOLA IX.

DOMINO ET PATRI VENERABILI Abbati (a) Gerberto: frater Anselmus suus.

Gratulatur Abbati, quod suo rogatu vidua afflictata succurrerit.

Sicut nobis credendum est, quia ubi abundauit peccatum superabundauit gratia, ita nobis faciendum est, ut ubi abundet miseria superabundet misericordia. Si enim ibi dilatatur gratia ubi maior est offensio, quomodo contraheatur misericordia, ubi maior debetur compassio? (b) Quoniam enim quæ seminauerit homo hæc & metet: (c) beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Hac itaque consideratione de vestra benignitate confidens ad sanctitatis vestræ vestigia mente profertino intercedens pro eadem vidua pauperula, cuius animam in tribulatione viduitatis & paupertatis misericorditer propter Deum refrigerastis, cum ei illud tantillum seruicium, quod à pauperula vestræ magnitudini

soluebatur me interueniente relaxastis. Precor igitur quantis valeo supplicationibus, ut manum consolationis, quam ei porrexistis, cum tantum viduitate & paupertate premeretur, nunc ne retrahatis cum multiplicatis ærumnis etiam dolore defuncti filii anima eius miserabiliter torquetur. Et quidem scio quia præsumptionis existimari queat quod homuncio (cui nihil debetur, & qui nihil retribuere potest) quicquam sua intercessione concedi querat. Si adeo mutæ dilectionis immensitas me & prædictum fratrem filium eiusdem viduæ vita eius hoc exigente duos videlicet conglutinauit, ut eo defuncto matri eius me velim filium pro eo substituere, quatenus pro matre mea iam me non pudeat vel importunè sollicitum esse. Verum esto ut hæc importunitatis meæ impudentia à quolibet iudicetur: dum vestræ benignitatis clementia à viduis & orphanis prædicetur: & à Christo, (d) qui in illis recipiet, & pro illis retribuet, approbetur.

EPISTOLA X.

MERITIS ET MORIBVS REuerendo Domino: charitate & proposito dulcissimo fratri, Domino Rodulfo: frater Anselmus.

Purgat se de mendaci relatione cuiusdam nebulonis, qui dixerat Anselmum obstitisse, ne Beccenses libri Rodulfo commodarentur.

Literas vestras, literas, inquam, verè dilecti & veri dilectoris mei olim accepi, quæ ex his quæ interiori à facie ferebant, pia compassione me compunxerunt, sed ex his quæ exteriori à tergo gerebant intolerabili mœrore me vulnerauerunt. Cuius liuoris dolorem nisi prius per satisfactionem deterfero, & noster animus ad ea quæ amica desiderat compassio mœrore languidus & pudore mutus deficiet & nostra mens sinceritatis dicta velut simulationis ficta quasi iure despiciet. Omnino enim pati non potest mens vobis & cæteris dominis nostris dilectissimis vestræ, immo quod lubentius dico si dignamini nostræ congregationis fratribus denotissimis: omnino inquam pati non potest ut vel suspicemini ex ore meo exiisse, quod non amplius vobis libros nostros præstabimus: hoc namque si vnquam dicere potui: & vos credite & ego confitebor me nunquam vobis amicum fuisse veracem: sed simulatorem, fallacem. Quomodo enim, quantum ad me attinet, aliquid illis possum negare, pro quibus animam non dubitem dare? Quod tamen si qua mea non cruditas ventris sed crudelitas mentis euomisset tam sublimi illud humilitate, tam admirabili patientia, tam summissa satisfactione & satisfaciendi summissione retulisset, ut me nihil vnquam simile dixisse profundius puderet, vel alius pœniteret. Literas quoque, quæ vobis pro remittendis libris missæ sunt, nec ita fieri iussi, nec ante recitationem eorum qui libros attulerunt ita factas esse sciui. Domino igitur Abbate concedente, me volente, nullo fratrum resistente, nostro pariter & vestro compensato commodo libenter vobis quoscunque libros, vel potius quæcunque habemus mittemus quādo exigetis, quos vero de nostris vos habetis dimitemus quādiu indigetis. Delectabilis

Gerbert. anno 1089. ex epitom. MS. Chro. Beccē. b ad Gal. 6. c Matth. 5.

d ut proficitur in hæc verba Mat. 25. Quādiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

*a Agnominatione est in his verbis: ut et in D. Bern. charitas * affluit, non defluit.*

b iacob. 4.

c quisnam amicus sæculi.

d mundus nobis aridet, ut tandem irideat.

e qui mundus irideatur.

f lepida correctio.

a Psalm. 63. b 1. Cor. 4.

c Cui cognomen erat Laurentius e. b. 48.

d Herluini vocemini supra epistol. s. sequenti.

e ad sum est b. s. sup.

a Is Gerbertus fuit Abbas Fontanensis in Normannia, ut apparet ex histor. Ingolphi: qui sub illo, & monachum egi. & Priorus obiit minus: inter fuit aut Gerbertus exequis Guillemi cōquestoris ex fratre gmeto, quod est ante Valingia. edit Francofurt. ubi vocatur Fontinellensis Abbas, obiit talem

lius scripsissem charissimo meo in spiritali certamine anhelanti, & amici compassionem piis gemitibus prouocanti, licet non indigēti sed tamen cupienti qualem possem confortationem: quam nē quid de me inimicum amicus crederet mei excusationem. Sed quoniam & illud erit recuperabile, & hoc pati amico erat intolerabile, ne epistolaris angustia poterat in utroq; affectus capere latitudinem: distuli quod delectabat ut excluderem quod lædebat. A deo enim frater dilectissime de tuę puritate charitatis omni modo sum certus, ut si de mea erga se quicquā crediderit imminutū, id te sine tristitia vel cogitare nō posse nullo modo sim incertus. Quomodo igitur non transferre illum dolorem in animū meum vel potius quomodo non dicam illum dolentem animum esse meum qui sic dolet propter amorem meum. Rogo igitur, charissime, ut si quid deinceps audieris de me quod erga te extra regulam videatur charitatis, non credat hoc indiscussum animus tuus alter meus, ne lædatur animus meus alter tuus. Saluta ex nostra parte omnes dominos meos fratres tuos. Inter quos enim nullum inuenire possum nō dilectum: ex illis nullum eligere possum, ut dilectum. Qui tamen diuturniori experientia plus tecum de mea confidant fidelitate, nec tuam nec illorum latet sinceritatem. Vale tu, & valeant illi.

EPISTOLA XI.

DOMINO RODULFO FRATRI
verē dilecto: frater Anselmus.

Post amicitiam in Rodulfum meam ratam, eundem erigit animo consternatum propter ingruentia sua prepositura negotia, quæ à frequentioris lectionis & orationis opere reuocabant.

VT non taceam animi affectu admonitus, quod dicere non audeo vestris literis prohibitus, quem timui dominum meum vocare in salutatione, audebo saltem ostendere me seruum eius in epistolæ prosecutione. In qua enim charitate diligo Dominum Rodulfum ut fratrem meę non carnis sed animæ, in ipsa eidem seruire paratus sum ut seruus. Quapropter si hoc me iubetis tacere, quod utiq; ut ex conscientia loquar, mihi estis ex motū qualitate, vel hoc mihi liceat confiteri, quod vobis sum ex prima voluntate. Taceat igitur frater Anselmus Domino suo Rodulfo & loquar fratri Rodulfo seruus Anselmus. Literas frater charissime tuæ charitatis accepi, & in illis desiderium meū legi. Quod enim te charitas tanto desiderio succendit, ut ubicunq; maneam, tu sis mecum: idem est quod cor meum flagrat, ut ubicunq; sim ego, viuā tecum. Et ut tu petis à me cōsiliū, ut ita possit esse: sic ego à Deo precor auxilium, ut aliter nō possit esse. Qui si nos audire dignabitur, talis sit eo iuuante nostra cōhabitatio, ut tota in vita nostra sit illi gratiarum actio. Quoniā autem nec ego, nec tu nostri sumus: (a) *Sive enim viuimus, sive morimur, Domini sumus*; si aliter, quam velimus, disposuerit nos, qui nouit melius nobis, quid placeat sibi, vel expediat nobis: patienter toleremus quicquid illi de nobis senserimus placere si nolimus ipsi nos displicere. Quam n. breuis est vita nostra tam prope est, ut de ipsius & nostra mutua presentia iam non amplius diuellenda congratulemur, si ipso dante in omnibus illi acquiescendō hanc ipsam breuitatē transcurrere vitæ curemus. Inte-

a ad Rom. 4.

rim tamen quæcunq; nos locorū vel propinquitatis contineat, vel longinquitatis distineat: charitas semper vnū de duobus nobis animum conficiat. Ad illud verō quod me tam sollicitē rogas impetrare ab Archiepiscopo Lanfranco cum de Anglia venerit si mecum esse non poteris; respondeo quia sicut de te quod Deo gratius & tibi intelligo utilius desidero, ita conabor ut fiat si poterō. Interim hilariter, quod agis, age, quod operaris operare: (b) *hilariter enim datorē diligit Deus*. Quod verō per hoc quod agis, conquereris, à legendi vel orandi te præpediri instātia, sit tibi hoc non modica consolatio, quia (c) *charitas operit multitudinem peccatorum*. In quo enim tu retraheris, alius attrahitur; in quo tu curuaris, alius erigitur: in quo tu grauaris, alius portatur. Et memento, quia seruus, qui vacuus domum redit, velocius currit, sed onerato domus tota lætior occurrit: Nec quia tardius venit, à quoquam corripitur: sed quia utiliter est fatigatus quiescere præcipitur. Si verō dicis, quia iniuncto tibi officio strenuitas vel industria tua nō sufficit: respondeo secundum tuam de te existimationē, non secundum meam: quia nec oculus lippus & solus in capite videndi officium explere sufficit; & tamen ab eo quod potest, quia solus id in suo corpore potest, non deficit. Quoniam verō iam modum excedit epistola, & alia quæ scripsisti, plus egent colloquio, quam scriptura qua abundant sacri libri: ea interim Deo fidenter committentes & assiduis orationibus prosequentes colloquium pari voto expectemus, & epistolam communi consensu terminemus.

b 2 Cor. 9.

c 1. Petri 4.

EPISTOLA XII.

DOMINO REVERENDO, PATRI
diligendo: venerabili Archiepiscopo
Lanfranco: frater Anselmus suus.

Ex ingressu epistolæ iudicatur penetratia. Is autem Lanfrancus est ad quem scribitur epist. 1. supr. & infra 13. 19. & 24. 31. 41. 48. 57. 63. 68 huius primi libri.

GRatias magnas dicit vobis epistola nostra pro magnis muneribus quæ suscepimus de vestra largitate, sed valde maiores in cordis arca vobis seruamus, pro maioribus quæ prompta scimus in vestra bona voluntate. Cum enim ex sola spontanea vestra benignitate exundantia, tanto seruo vestro affluant, latis claret quanta opulentia se benignus ex intimo vester affectus effunderet, si qua dilecti vestri, quod non impudēter nec inexpertus dico, necessitas exigeret. Nec hoc dico quasi munera præfata vestra paternitatis affectum erga me nunc primum me doceant intelligere, sed quoniam ignoranter quantum de ea confidere debeā, hinc possum ex parte colligere. Nequaquā enim ad plenum beneuolentiam vestram ostēditis per palliū & aurum: de eo quem arctē diligitis super palliū & aurum. Quod quamquam vos nō ingrato facere benē sciatis, tamē non piget me scribere, quia hoc opto, optando oro, orando propono, ut nunquā id immerito faciatis. (a) De Girardo, quia propter multa debita à nostra conuersatione retrahitur, & de quo id, quod in vestra promptū erat misericordia mandastis, D. Robertus vobis dicit, quid mihi videatur & quid pro possibilitate vestra fecerim ut eleemosyna vestra proficiat. Qui si ad vos venerit & inter vos & ipsum vsq; ad summum

a Ad Girardum vide epist. sequentem.

mum
ego se
tem;
& no
bita
accrē

G I F

ol

V
rio, &
to vi
pedi
ta m
esset

Centum so
lii Angli
vobis qui
ingina li
vni, seu Pr
es Gallic
maret. So
liber et em
Anglicus
quod Afri
vni, decus
sim seu dec
Gallicus
epistolar
vni, decus
Richardus
Stephanus
Anglus a
micum meo

scop
val
dat
lit
fici
dei
ter
con
ho
dis
in
Si
mi
n
ice
m
en
tib

I
qu
no
de
D
ep

b epist. prae.

num aris effectum non conuenerit: hoc postulo ego seruus vester misericordem vestra benignitatem; vt propter iter, quod faciet, vestra fiducia, & nostro consilio eius nec debita crescant nec habita decreuant, nec ex labore dolor & mœror accrescant.

EPISTOLA XIII.

GIRARDO MONETARIO DE Attrebat, fratri Ainerii: frater Anselmus salutem.

Obaratum & seculi relinquendi cupidum monet adire Lanfrancum, a quo accipiet, quo ad alienum distulit. Attrebatum vero est oppidum populorum, quos Casar lib. 2. vocat Attrebatenses finitimum Ambianis Tornacensibus & marinis, gallicè Arras.

Venerabilis Archiepiscopus Anglorum Lanfrancus (qui fuit Prior in nostro monasterio, & Abbas de (A) Cadomo, quem tu ipse vt puto vidisti) nuper audiuit voluntatem tuam & impedimentum tuum. Itaque sanctitas eius commota miseratione tui, mandauit nobis, quia si certus esset te venturum ad nostram conuersionem, daret tibi propter Deum (a) certum solidos de Anglica moneta adiutorium ad soluenda debita tua. Addidit quoque, quia si necesse esset, adhuc aliquatulum adderet. Quapropter damus tibi consilium, vt quam citius poteris, pergas ad eum: & si quamlibet securitatem quaesierit a te, aut fidem tuam, aut sacramentum, per eandem securitatem vel quomodocumque iusserit: expone ei quantum debes & quantum te de tuo habere confidas, & constitue ei terminum quem bene possis seruare, intra quem ad nostrum monasterium venias ea intentione vt monachus fias, si tantum miserus fuerit tui vt pecuniam quam debes, reddere possis. Ne dubites facere quod consulimus: quia (c) misericordissimus est idem reuerendus Archiepiscopus, & precipue erga salutem animarum; & est valde deditus eleemosynis, & sufficienter abundat auro & argento. Et si tantum debes vt tibi non sit tantum dare quod tibi ad te exoluendum sufficiat, certi sumus quia primum propter Deum, deinde propter nostrum amorem, qui confidenter de eius magna misericordia damus tibi hoc consilium, tantum tibi dabit, vt in eundo ad eum non te poeniteat vel laborasse, vel aliquid expendisse. Porta etiam illi has ipsas literas vt sint tibi in testimonium, quia nos te mittimus ad illum. Si autem te poteris a debitis exoluere, fac vt Dominus Engelardus hoc sciat; & vt cum veneris ad nos, det tibi aliquod signum, quo possimus agnoscere eum tibi esse testem quia sis exolutus. Ne moreris facere quod monemus. Mandauimus enim (b) eidem Archiepiscopo hoc ipsum, quod tibi scribimus. Valete.

ANNOTATIO IN EPISTOLA XIII.

DE (A) Cadomo: Emendatius, expressiusque diu Campidomam Cenalis lib. 2. de re Gallica perioche quartae demonstrat. Vnus tamen potentior obinuit, nec non vulgi (quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi.) auctoritate, & nolo, vt concisius diceret Cadomum non Cadomum, vt in excelsi Genouicensis lib. 7. histor. Normann. Ducum cap. 2. Est vero Cadomam Normannæ oppidum episcopo B. A. o. c. ensis obnoxium, academiæ non continenda

celebre, vulgo Caen. At h. c. in loco Anselmus posuit pro monasterio S. Stephani Protomartyris memorie statuto, a Benedictinis sodalibus hodie habitato. Quod quidem magnifice curauit condidit.

Nobilis ille Notus (quem pridem fata tulere) Pat. erat Augustus, mansit illa subgit Anglos: sic regem iuxta nduit; arbor in altum Fudit radices &c. ---

Elogii seu epigrammatis 400 abhinc annos a Rienallensi monacho Anglo scripti, & apud nos MS. de Wilhelmo conuatore dicto. Suburbanum vero solum, vbi id Abbatia stat extructum, eam ob rem vocatur Abbatia Burgus. Porro secreti ad sicut causam Biographus Lanfranci hancce producit. Lanfrancus contra se habebat nuptias filie comitis Fladria (quam ipse sibi Dux copulauerat matrimoni) quia proxima carnis consortia coniugate ungebantur. Vnde auctoritate Roman. Pape t. a Neustria fuerat ab officio Christianitatis suspensa & interdicta. Quapropter Lanfrancus iterum Romanum Papam adit, iam enim antea Romam petierat causa cuiusdam clerici nomine Berengarii, qui de sacramentis altaris aliter dogmatizabat, quam tenet Ecclesia. Lanfrancus autem locutus cum Papa Nicolao ostendit, quia eius sententia illos tantum angustabat, qui eos nec coniunxerant, nec separe poterant. Nam Dux puellam, quam acceperat, nullo pacto dimittere volebat. Hoc audiens & verum esse aduertens Sum. Pontif. x. d. spefactione habita coniugium concessit, eo tamen modo quatenus Dux & vxor eius duo monasteria construerent, in quibus singulas congregationes virorum aut mulierum coadunarent, qui ibi die noctuque sub norma sancte religionis Deo deseruirent, & pro salute eorum supplicarent. Paruit Dux Apostolice dispositioni, & edificauit duo monasteria in praedio quod antiquitas Cadomum nuncupabat; Dux vnum monachorum in nomine S. Stephani protomartyris; & vxor eius alterum sanctimonialium in nomine sancte & indiuidue Trinitatis.

Misericordissimus (c) est idem Reuerendiss. Archiepiscopus. Sanè Guillelmus Malmesburiensis lib. 1. de gestis Pontificum Anglorum hac vna virtute potissimum commendat Lanfrancum his verbis: Interea cum pater Lanfrancus omnibus virtutibus solidaret ingenium componeret animum: tum eleemosyna precipue ai. ut eius (c) prognosticon f. 156. De te eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quo ille accepto ab a. cl. manibus h. l. a. vultu ad Dominum dixit: Certum ergo mutua v. c. istudine. tu dante, ego dispartiendo. Respondit celestis pietas predicabilis viri voto: affluantque sibi tanta, que quantumlibet ambitum possent explere, & vincere. Nec ille segniter erat in e. ogando auaritiam familaris Longobardis v. tui ex sua persona propulsans & cœcutiens. Et erat non inconsideratus Doctor, nec deperibat eius liberalitas, qua d. seretio & animi condiebat alacritas. Lux v. l. us eius non cad. bat in terram, sed erat accipienti gratissima sicut sol mane nouo ex. riens, qui discussis nubilibus tranquillat v. etos, & serenat aera. x. pendebatur ergo par. peribus (d) panes, alcer, & prorsus que ad victum pertinent & v. fluit. Denarij non (e) dabantur maturiori tractatu, profundiori consilio, quod huius temporis & vulgus (f) suffar. cinato etiam marsupio

--- Sicco conuocat ore famem.

Et quasi sacrosanctum vitat dare pro victu nummum, ne debilitet numerum. Clericis egentibus, & monasteriis immensum quantum nummorum cumulat, plerumque ver eundiores ad rogandum inuitans. Nec pudebat Archiepiscopum aliè su. cinctum pauperibus cibos apponere, & tenuioris fortuna scholares ad disputationum pugnam committere. Post verba vtrique leti abibant, dum & victor scientie premium, & victus acciperet verecundie solatium. Et rursum

c. Idè notat Becc. Chron. prognosticon vero illud est Christi, Luc. 11.

d. Auaritia familiaris Longobardis: idem rursus legi in Becc. Chron. Lid. transtulit ex Job 29.

e. Cur Lanfrancus non daret argentum egenis. f. Petronii Arbitri He. mistichium.

Centum solidi Anglici reddunt quincenta a li. l. seu F. r. Gallica moneta. Solidus etenim Anglicus valgo Africus, decem seu decem Gallicos impleritur, vt notat Richardus Stephanus Anglus a. missa m. 116.

b. epist. prae.

a. Ad Girardum vnde e. p. 3. sequentem.

sum; Nec in ævum abolebitur communis in omnes, singulari in vnumquemq; charitas illius. Quod nullum vnquam iristem permittere; sed si quem subnubilum videret, statim scis itaretur casam & quærere, cognita impiger mederetur: vltioneus iuuenib; offerre denarios, quibus necessitudinum propria: um inopia occurrerent. Si autem datum fortuito excideret, geminare. idq; clam aliis esse præc. pere. Hæc Guillelmus de Lanfranci verè Christiana & perfecta misericordia in egenos: quæ etsi forsitan prolixiora, non tædium exscribere, vt lector virtutis amans habet at quidpiam de tanti viri & Catholici doctoris sanctimonia præterquam quod maxime Anselmi verbis conuenient.

EPISTOLA XIV.

DILECTO DILEGTORI DILECTUS dilector: Domino Gondulfo frater Anselmus quod Gondulfo Anselmus.

Verbis amica dulcedine conditis testatur singularem in Gondulphum amorem, conser. epist. 4. & 7. supra.

INSTAT & instat mihi conscius alterius suæ conscientia, id est, meæ vt ad se trans mare volitæt, & volitent sapius literæ meæ quasi volens discere statum amicitia meæ. Sed quid te docebit epistola mea quod ignores o tu altera anima mea? Intra in cubiculum cordis tui, & considera affectum veri amoris tui, & cognosces amorem veri amici tui. Quanquam enim pares non sumus morum æqualitate: tamen non audeo dicere impares: sed certe dissimiles non sumus mutui amoris qualitate. Namque fateor quamuis erubescens, fateor inquam, quia tepida mea charitas à tuâ feruida charitate superatur. sed non dissimiliter, quia eadem regula formatur. Sicut enim tu satagis vt nõ minori feruore diligas me, quam te ipsum; ita ego studeo vt non maiori tepore amem te, quam me ipsum. Si plus exigit, certè nec minus volo, nec plus possum. Denique impetret mihi orando amor tuus vt me amem, quantum expedit, & amabit te amator tuus vt ipse dicas nunc sufficit. Memento non dico mei, quia id te facere ipse pro te assero, sed eorum quos tibi olim commendare curavi. Saluta eos quos ex nostra parte soles salutare. Scito quia domino Abbati & nobis fratribus tuis grata valde sunt dona tua, sed multo gratius est nobis quod adiuuas de vita tua. Optamus igitur & oramus, vt omnipotens Deus bona quæ in te operatur augendo seruet, & seruando augeat: vt sit vnde tibi retribuatur regnum æternum, idem benedictus Dominus in æternum, fiat, fiat.

EPISTOLA XV.

DOMINO ET FRATRI DILECTISSIMO Henrico, frater Anselmus salutem.

Ne amicis dissuadentibus, Italiam contendat ad sororem iugo seruitutis librandam.

QVONIAM teste conscientia mea minus te quam me diligere nolo: valde mihi repugno, si aliter tibi quam mihi cõsulere volo. Consilium autem nullum vtilius vel vniuersalius inuenio quam illud, quo nobis per sapientiam cõsultitur, vt ne pœnitentia nostros actus subsequatur: omnia faciamus cum consilio. Quod quoniam sicut est sapientissimè datum, ita est verissi-

mè ratum: in quantum illud quisque negligit, in tantum de actibus suis non lætari, sed pœnitere eligit. Quisquis igitur tibi cõsultat, vt hoc vtaris consilio, non negligentius consilium eius est audiendum, quam illud ipsum cui ab omnibus & in omnibus est obediendum. Ideo tecum hæc dilectissime loquitur amicus tuus de consilio, quia de quodam negotio audio te disponere contra amicorum tuorum consilium. Vis enim, vt mihi dictum est, ire de Anglia in Italiam sororem tuam defendere, quam audis quendam diuitem indubitæ seruituti calumniosè subiicere. Quod charissime obsecro per, si qua in te est, mutuam nostram amicitiam, per, si quam mihi vis esse de te, lætitiã, ne facias. Quid enim, dilectissime monachorum interest & eorum, qui se profitentur velle fugere mundum, qui quibus vel quo nomine seruiant in mundo? Denique nonne (a) omnis homo ad laborem nascitur, & auis ad volandum. Nonne omnis vel pene omnis homo, aut sub nomine præstandi aut sub nomine famulandi seruat. Nonne (b) seruus vocatus in Domino libertus est Domini, & liber vocatus in Domino seruus est Christi? Si ergo sic omnes laborant & seruiunt, & sic est seruus libertus Domini, & liber seruus Christi: Quid refert, excepta superbia, quantum vel ad mundum, vel ad Deum, quis vocetur seruus vel liber? Apostolus dicit: (c) Si seruus vocatus es, non sit tibi cura: & nos quod pro nobis curare vel prohibemus vel non indigemus, pro aliis tanto opere curabimus? (d) Et si enim bonum sit velle liberare hominem violentæ conditioni addictum: hoc vtique, quod intendis, non tam bonum est vt dignum sit pro quo tenens aratrum Christi tam longè retro respiciat; pro quo monachus profutum suum tanta interapedine interrumpat; pro quo se tot corporis & animæ laboriosis periculis, & periculosis laboribus tanta & tam singulari voluntate committat; pro quo, vt secundum charitatem conscius, conscium amicum increpet, tam solitaria, tam rigida sententia omnium amicorum, minorum, parium, maiorum, & prælatorum consilio resistat. Cum igitur hæc tot, etiam tanta certa incommoda vel potius mala sint, si illud vnum tam inopportunum, tam incertum, tam noxium bonum conferatur, quis intelligens illud bonum ac non potius non bonum vel magis malum dixerit? Crede igitur charissime plus consilii amicorum, si te solum sapienter omnibus illis non æstimas, quam tuæ deliberationi. Quia enim meis tua magnum affectum suum cum aliquantulo bono illo ponderat, idcirco ea quæ sola compensanda sunt seipsam fallens æquã librã non trutinat. Quod si in propria voluntate perstiteris, quod Deo protegente non erit, sicut eris contra omnium amicorum tuorum sensum, ita nullum eorum in re tibi noxia habebis assensum. Salutat te Dominus Abbas, vt filium charissimum: qui cuncta hinc à me scripta, sua dicta vult esse. Acquiesce igitur eius & nostris monitionibus, vt obediendo benigno patri, & concordando amico fratri, lætificates si diligis patrem & fratrem. Saluta ex nostra parte dilectos fratres nostros Dominum Herluinum, & Dominum Osbernium: Vale, & si quid apud te possum, cum citius poteris, manda mihi qualiter in voluntatem, carnaliter alium diligentis tuam dico te reclines, vel in sententiam te spiritualiter diligentium declines.

EPISTO-

Vera est amicitia, ubi bona voluntas. Obiectum Peris versus argute & modo diste retorquet in auro popularis contemptum: dicens, suum scire esse scire Soeratis: Locum a. Peris est legere Sat. 1. d. Is est Guillelmus Scti Leofredi monachus nostri temporis in Normannia eloquentissimus. postea Episcopus Auerसानus, inquit Guilb. Mal. l. 3. de gest. regum Anglia suo Carn. ep. 31. pietatem tribuit & eruditionem. Nec mirum fuit enim & pii & eruditi didascali, nepe Lanfranci discipulus, illo ipso teste li. 2. de sacr. Euchar.

EPISTOLA XVI.

DOMINO ET AMICO CHARISSIMO
Anegoto: frater Anselmus
salutem.

*Causatur impedimentum ob quod commendati iuuenis
curam nequeat suscipere.*

IN principio nostrae responsionis praefigo; quia
nostra testatur conscientia quod loquitur epi-
stola. Gratias itaque ago, quoniam aliud ad
praesens non possum charitati vestrae, quae sic se
ad obsequendum vilitatibus nostris promptam
reddit, quemadmodum scriptio vestra patefecit.
Cui certe simili voluntati respondeo, sed utique
doleo, quia id in prima petitione vestra opere
probare non valeo. Non enim eiusmodi studii (in
quo possit proficere dilectus ille vester, de quo
scripsistis) est mihi nunc licentia, nec intentio,
vel opportunitas, sicut fuit olim, vel putat vestra
sanctitas. Precor ergo, ne aliquatenus vestra er-
ga me dilectio turbetur, cum mihi semper animus
sit amicitiae vestrae obsequendi, quaquam facul-
tas non pariter comitetur. Potest enim esse vera
(a) amicitia, ubi semper viget bona voluntas, et-
iamsi nunquam instet flagitandi necessitas, nec
praesto sit prestandi facultas. Denique ad id quod
mihi dicitur in epistola (b) vestra:

*Scire tuum nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter:
Quamquam id Persius dixerit, ut ostentationem
reprimeret, non ut exprimeret: respondeo:*

*Scire meum nihil est, si quale sit, hoc sciat alter.
Quod vero quaeritis, cur fama (c) Lanfranci, at-
que (d) Guitmundi plus mea per orbem volet:
utique quia non quilibet flos pari rosa fragrat o-
dore, etiamsi non dispari fallat rubore. Valet.*

ANNOTATIO IN EPI-
STOLAM XVI.

CVR (c) fama Lanfranci.] *Guilhelmus Mal-
mesberiensis loco nuper citato sic in hanc rem scribit:
Exiuit fama (eius Lanfranci) remotissimas lati-
nitatis plagas, eratque Beccum magnum & famo-
sum litteraturae gymnasium. Et iterum libr. 3.
de gestis Reg. Anglorum eum vocat virum antiquis sci-
entia & religione comparandum: De quo serio
dici potest; TERTIVS E CAELO CECIDIT
CATO: adeo caelestis sapor peccus eius & palatium
infecerat, adeo latinitas omnis in liberalium
artium scientiam per doctrinam eius se incitabat.
Sigbertus in Chronico ad annum 1080. Claret in An-
glia Lanfrancus doctrina & pietate conspicuus,
ex Abbate Cadoniensi ordinatus Cantuariae Ar-
chiepiscopus. Ingulphus Abbas in Historia s. a sic scri-
bit. Stigando Cantuariensi Archiepiscopo succes-
sit Reuerendissimus Patriarcha Lanfrancus, ex
Abbate Cadoniensi omnium liberalium artium
Doctor laudatissimus & luculentissimus. Sed pe-
ne vnum mihi excidit tanta celebratis a gumentum il-
lustre, quod Guilhelmus Malmesberiensis refert libr. 1. de
gestis Pontificum Anglorum his verbis: Erat Lanfran-
cus tunc temporis in doctrina & mundi sapien-
tia famosissimus, & quem venerabiliter suspice-
ret Alexander Apostolicus: honoris maximum
indiciu fuit, cum Romam venienti sequestra-
to illo Romani supercilii fastu dignanter assurge-
ret, professus, hanc se venerationem, non illius
Archiepiscopatus, sed magisterio litterarum de-*

ferre: Quapropter se fecisse, quod esset honoris,
illum debere facere, quod esset iustitiae; ut pro-
more omnium Archiepiscoporum Sancti Petri
Vicarii vestigiis aduolueretur. Reddidit ille de-
bitum. &c. Id etiam repetit libr. 3. de gestis Regum
Anglorum, sub finem: Hinc pedem non refero, nisi addi-
dero & alium Guilhelmi Gemneticensis locum ex libr. 6.
historiae ducum Northmannorum cap. 8. his verbis. Or-
tus Italia quidam vir erat, quem Latinitas in anti-
quum ab eo restituta scientiae statum tota, supre-
mum debito cum amore & honore agnoscit, no-
mine Lanfrancus. Ipsa quoque in liberalibus stu-
diis gentium magistra Graecia discipulos illius li-
benter audiebat & admirabatur: Et paulo post de
eodem facto Beccensi monacho inquit: Rumor, ut hoc
factum prodidit, longe lateque protulit, & fama
viri praeclearissima Beccum & Abbatem Herluinu
breui per orbem terrarum extulit. Accurrunt Cle-
rici, Ducum filii nominatissimi, scholarum lati-
nitatis magistri, laici potentes, alta nobilitate viri,
multi pipius amore multas eidem Ecclesiae ter-
ras contulerunt. Haecenus ille ex Gilberti Beccensis ver-
bis ipsissimis, in vita Herluini Protocenobiarcho Beccen-
sis MS. in Chronico Beccens.

EPISTOLA XVII.

DOMINIS ET FRATRIBVS SV-
is sponte diligentibus, & merito dilectis Guilel-
mo & Rogerio: Frater Anselmus
salutem.

Suarum Orationum communionem pollicetur.

Dominus & Amicus noster Ermerna, postquam
Roma rediit, vestram mihi postulationem,
ut vestri memor in orationibus meis essem, tanta
supplicatione retulit, ut & pudor me egeret da-
re, quod tam obnixè petebatur: & conscientia
prohiberet, quoniam non erat in me quo spera-
batur. Cum igitur & libenter & verecunde plenius
concessissem, quod prius quoque faciebam,
vestrae erga Deum deuotionis, & erga me dilecti-
onis per alios mihi sinceritate iam cognita, non
minori aliquanto tempore post, idem amicus noster
& vester poposcit instatiam, quatenus hoc vobis no-
stra testaretur epistola. Superna igitur annuente
clementia me pro vobis oraturum promitto, & si quod
boni diuini in me respectus operatur, eius vos
mecum pariter participes in vera charitate promitto:
sed utrum vobis profuturum sit, illi a quo omne
bonum est committo. Minus autem charitatis vobis
peragentes, quod ex nobis est, humiliter petimus,
ut id ipsum nobis persoluant, quod ex vobis est.
His itaque concessis, quae si vobis profutura
sint, conscius mihi meorum meritorum ignoro:
ea vos ut charissimos amicos & fratres ad-
moneo, quae sicut noxia si negligantur, ita salubria
si obseruentur non dubito. Ad hoc solum dilectissimi
discite, ut veritatis, quae (a) Christus est,
possitis esse capaces, & sic viuere, ut Christi, qui
veritas est, probetis vos esse velle sequaces. Do-
minum Lambertum magistrum vestrum (quem
cunctis amabilem, & ingenii sinceritate, & morum
probitate, plurimorum didici relatione) qui me
salutare, & ut pro eo orem, rogare dignatus est,
per clericum ab illis partibus venientem, vestrae
que dilectionis mihi nuncium deferentem, sic volo,
ut ex nostra parte salutetis, & illum amoris mihi
vinculo colligatis. Valet.

B EPISTO-

a Vera est amicitia, ubi bona voluntas.

b Obiectum Persii versus argute & modeste retorquet in aure popularis contemptum: dicens, sua scire esse scire Soeratis: Locum Persii est legere Sat. 1.

d Is est Guitmundus Scti Leofredi monachus nostri temporis in Normannia eloquentissimus.

postea Episcopus Auerसानus, inquit Guilb. Mal.

lib. 3. de gest. regum Angliae luo Carn. ep. 31. pietatem tribuit & eruditionem.

Nec mirum fuit enim & pii & eruditissimi didascalici, nepe Lanfranci discipulus, illo ipso teste li. 2. de sacr. Euchar.

Huc refer D. Basilium constit. monasti c. 21. & Petrum Damianum c. 27. Apolog. ad quos explicandos con-ducet D. Th. 2. 2. questio. 187. art. 2.

a Ioann. 14. Ego sum via veritas & vita.

D. ANSELMI CANTVARIENS.

EPISTOLA XVIII.

SVIS REVERENDIS DOMINIS
dulcissimis nutritoribus dilectissimis Auunculis:

Lamberto & Folceraldo frater Anselmus
sic transire per bona temporalia con-
temnendo, vt maneat in æ-
ternis perfruendo.

*Rogat se certiore fieri de auunculorum incolumi-
tate.*

VTinam in legendo epistolam meam sentiāt
auunculi mei, quem affectum in dictando
eam testantur oculi mei, velociter enim fuit in ip-
so initio animus meus lachrymis exprimere, quā
stylus meus literas imprimere. Sicut enim nec
temporum diuturnitas, nec locorum longinqui-
tas corpori meo valuit adimere quod nascendo
de genere vestro incepit, & quod crescēdo de nu-
trimento vestro accepit; sic nulla sollicitudo, nul-
la occupatio animæ meæ, potuit minuere amo-
rem vestri, quem & naturā & beneficio concepit.
Quapropter quorum amore cor meum ardet in-
definēter, eorum fœlicitatem semper sitit arden-
ter: Precor igitur quatenus per huius nostræ la-
torem epistolæ, vestræ statum incolumitatis filiū
vestrum docere velitis; per quem, si placet, quæ
sunt erga me discere valeatis. Quamquam enim
sit Dominus iste, qui noster dignatur esse nūcius,
valdè diues, & de Normannorum nobilissimis;
tanta tamen ipse cum matre & fratribus suis & so-
rore me sibi dilectionis familiaritate iunxerunt,
vt non aliter me quā filium mater, & fratrem
proles nominent, nisi quia pari concordia primog-
eniti mihi dignitatem concesserunt.

EPISTOLA XIX.

SVO DOMINO SVO PATRI CVM
reuerentia amando, cum amore reuerendo, Ar-
chiepiscopo matri Catholicæ amplecten-
do Lanfranco frater Anselmus
suus, quod suus.

*Gratulatur Lanfranco quod Beccum potius quam a-
liud miserit nepotem ad induendum monachum.*

Gratias paternæ vestræ dilectioni, qua nos
semper præsentis habetis: semper vtique
debemus: sed cum eas semper loqui nō possimus
modo certè tacere non debemus. Tantam enim
eiusdem dilectionis exuberantia plenitudinem,
vt eam nuperrimè & integerrimam, q̄ nos quoq;
scribamus argumento necessario probaretis, &
inviolabilem, quod similiter sperabamus pigno-
re charissimo assereretis. Nam dilectissimum
vobis nepotem vestrum Dominum (a) Lanfran-
cum ad nos misistis, & eum magis in nostro mo-
nasterio quam in quolibet alio monachum fieri
voluistis. Sicut ergo quod quis dilectissimum sibi
non dilectis velit credere, non est credibile, ita vt
non diligat vbi quē valde diligit cōuersatur, non
solet esse possibile. In quo vestro actu non solum
monstratis vestræ dilectionis erga nos constan-
tiam permanere, sed etiam quod non aliter gratū
habemus nostræ dilectionis erga vos certitudinē
vos habere. Gratias igitur agimus primum illi, à
quo est omne bonum, deinde paternæ vestræ sub-
limitati, quia sic nos diligitis: gratias, quia de no-
bis sic confiditis: gratias, quia tale pignus nobis

*a Huius me-
minit epist.
4. & 7. sup.*

committitis. Hæc dicta sint non solum pro me,
sed pro tota nostra cōgregatione. Pro me autem,
intelligenti breuiter dicam: quia onus inæquale
(b) Prioratus (quo me non leuiter olim grauastis)
vtiq; augēdo nō modicè nuper leuigastis. Cumq;
imbecillitas animus generet sub pondere, effecistis
vt iam, non dico nolit, sed pene nolit, quod pre-
mit, deponere. (c) Girardum vestrum de Flandria
per vestræ pietatis largitatem, Deo, de mūdo no-
stra suggestione redemistis: vnde me, si vester non
essem, cōfiterer seruum vobis emptum: die à vo-
bis cōstituta sciat sanctitas vestra sine graui iactura
esse non potuisse absolutum à creditorib. fuis:
venit tamen prima Dominica quadragesimæ ve-
stram in se magnificè misericordiam prædicans,
& qualiter nostræ non tam petitioni quā leui
voluntatis significationi in eius causa dignatio
vestra fauit, & semper se velle fauere intimaui.
Qui dixit se velle, & quātum attinet ad hoc quod
habet posse sic reddere quod debet, vt aliquid q̄
secum afferret haberet; sed pro quibusdam impedi-
mentis non potuisse secundum conditum vt
oporteret. Rediit igitur promittens se in Pascha
Beccum Deo annuente venturum & mansurū si
non quomodo volet, vel sit quomodo poterit. Si
quid igitur peccauit, quia promissionē vobis factā
ad plenum nō est executus, quoniā non id admi-
sisse malitia videt. Peto securus vt soleo, de vestra
benignitate, quatenus filio vestro vice patris, li-
ceat eum hōc reatu absoluere, cum nobiscum in-
cipiet viuere. In qua re hanc certam præsumā con-
cessionem, si nullam legero prohibitionem.

EPISTOLA XX.

DOMINO GONDULFO, FRATER
Anselmus quod Gondulfo An-
selmus.

*De aliquot orationibus ad B. Virginis laudem à se com-
positis: quas habes lib. 2. orat. & meditat. eiusdem
part. 1. §. 1. & sequent.*

NON est opus vt multa de incolumitate pri-
stine amicitie loquatur os meum, illi, quem
in mutua dilectione scio esse alterum cor meum.
Vt igitur breuiter quod nosti dicā, sicut amor tui
ex quo incepit, nunquam in me mutatus est mi-
nuēdo: ita sollicitus sum vt semper alteretur augē-
do. Quidam frater non semel sed sæpè me roga-
uit, vt de sancta Maria magnam quandam oratio-
nem componerem: quod cum ipse præsens roga-
ret exterius, tu absens persuadebas interius. Quo-
niam enim id tuum futurum, si fieret, prospicie-
bam: idcirco quod volebat, libentiùs suscipiebā.
Feci igitur orationem vnā, vnde fueram postu-
latus; sed in ea me non satisfecisse postulanti cog-
noscentes, alteram facere sum imitatus. In qua,
quoniam similiter nondum satisfeci; tertiam, quæ
tandem sufficiebat, perfeci. Accipe igitur eas,
quæ factæ sunt tua intentione; & ne reprehendas
magnitudinem, quæ facta est aliena petitione. Et
vtinam ita sint longæ, vt antequam ad finem cui-
uslibet earum legendo, vel potiùs (a) meditando
perueniatur, ad id quod factæ sunt, compunctio
scilicet, contritionis vel dilectionis in eis per su-
pernum respectum inueniatur. Denique idcirco
volui eas ipsas orationes per sententias paragra-
phis distinguere, vt anticipando longitudinis fa-
tidium vbi volueris possis eas legendo incidere.

EPISTO-

*b Beccum sem
intelligit
quem susce-
pit anno post
editam pro-
fessionem. 117.
110. ut sup.
dicit epist. 7.
lib. 3. Id aut
oneris et im-
positum est
annum cir-
citer 1003. ut
Wilhelmus
conquestor
Norman-
norum dicit.
Lanfrancum
tunc Becci
Priorē, præ-
fecit Abba-
tis S. Stepha-
ni Cadome-
sis à se extru-
ctas. Edin.
in vita eius.
& Wilhelm.
Malme. lun-
ge notat. ad
epist. 12. sup.
c. De Girar-
do moneta-
rio Astreba-
rensi loquitur.
(huc refer-
pistol. 12. &
13.) q̄ sem di-
cit est: Lan-
franc. ob pe-
cuniam gra-
tuito datā.
qua se alieno
leuaret ara.*

*a sic Anselm-
eas esse leg-
das in adu-
nitione, quā
isdem præsi-
xit, docet.*

EPISTOLA XXI.

DOMINO ET FRATRI CHARISSIMO Rodolpho frater Anselmus beatam aeternitatem & aeternam beatitudinem.

Rodolphum obtestatur describere notis antiphonarum.

R Euerendus Dominus Prior Helgotus dilectus & dilector noster & vester, suis vos precibus ad notandum (a) Antiphonarium adhortari desiderat, sed nonnullis in re ipsa pondus laboris imminere considerat. Cum igitur suas preces venerabili humilitate nolit quantum possit tanti pendere, vt pondus impendens possint suspendere, obnoxè flagitat, quatenus nostras cum suis contra prefatum laborem curemus appendere. Sed quoniam necipse nec nos operis optati, sic onus amicis postulationibus leuigare tentamus: vt indiscretis vos supplicationibus onerare nitamur: contemplantes & vobis proponentes proximorum vilitatem & charitatis & obedientiae vestrae mercedem hoc vestram rogamus fraternitatem, hoc vestrae consulimus dilectioni vt tempus quod aliis quibuslibet scripturis sponte vos non piget infumere, vel hoc ad opus exigimini, non grauemini addicere. Quod si dicitis esse nihil vel minimū, id ipsum nihil vel minimum sicut vos certi estis quod minimè sufficiat ita nos non dubii sumus quod aliquatulum proficiat. Vt autem vestrae largitatis amplitudo aliquid plusquam praesumit nostra petitio superadiciat: sic bonam vestram cum gratiarum actione annuimus voluntatem vt penitus abnuamur grauem incommoditatem. Vir ille qui a vobis nuper moriens monachicum sumpsit habitum, si etiam benedictionem assumpsit, mandate nobis nomen & diem obitus eius, vt in nostro (B) calendario scribatur.

ANNOTATIO IN EPISTOLA XXI.

VT (B) in Calendario.] Calendarium proprie significat tabulas Almanachistarū per ordinem dierū dispositas, & potissimū has quas habemus prae fixas coadice horarij. vbi dies festos profestosq; cernere licet suis rubricis & titulis distinctos. Porro Anselmus hic accipit pro codice, in quo singulae regulares ecclesiae annotant diem quo quisq; fratrum vel beneficorum obierit: hinc est quod nonnulli hanc Ephemeridem, obitiorū vocitent: alij dictione l. tinogra. ca mortilogium, quida aptius, necrologium, id est, librum defunctorum seu mortuorū. Sic Beda li. 4. cap. 14. h. 7. Anglicana appellat codices in quibus defunctorū adnotaretur depositio. Hac autem diaria s. nebria origine habuerunt ab illis duplicibus tabulis (quas Graeci βιβλία dixere) ex quarum singulis pagellis D'aconus etc. v. ce sub sacris missarum solemnibus recitabat suo loco & visorum nomina oblationesq; defunctorū, vt latius explicat Ioan. Stephanus Durandus vir vndercung, doctus mus, lib. 2. de ritibus ecclesiae Catholicae, cap. 34 & 43. in quo vt aduertit apud Alcuinū corruptè legi dicitur pro diptychis: Itē obseruauit in; lerijsq; Gratiani codicibus impressis perperā haberi dicitis etiam in his quos eu. lganit Antonius Conruius, Care sanè 2. 4. quast. 2. Stephanus Tornacensis Episcopus horum de. retorum primus Cōmentator (non Ioannes Seneca, vt scribit Genebrardus in Chron.) vir politioris literaturae, & Ioannes Flaudentinus eiusdem Gratiani: scho-

liafies, ambo MS. in nostra Bibliotheca viderunt, hoc nondum d. centes, alijs legi diptychis: sic etiam legunt duo Gratiani MS. nostra exemplaria.

EPISTOLA XXII.

DOMINO PATRI, FRATRI, AMICO Anselmo: Lanfrancus peccator perpetuam a Deo salutem.

Est Lanfranci Cantuariensis Archiepiscopi, preces & Anselmi & aliorum, per Anselmi supplicationes efflagitantis.

Q V I D mihi expediat, beatitudo vestra optime nouit. In Anglorum enim terram veniens, siue (a) Romam proficiscens, omnia sanctitati vestrae reseruauī quae reseruanda esse tunc temporis pro mearum necessitate iudicauī. Sic ergo orate, sic ab amicis ac familiaribus vestris oratum iri deposcite, quatenus omnipotens Deus aut ad meliore fructum me pducāt, aut de ergastulo huius carnis animā meam in sui sancti nominis confessione educat. (B) totū n. tantisq; tribulationibus terra ista (in qua sumus) quotidie quatitur, tot adulterijs alijsq; spurcitijs inquinatur: vt nullus ferè hominum ordo sit, qui vel animā suā consulat, vel proficiendi in Deum, salutarem doctrinam saltem audire concupiscat: Literas, quas per Dominum Robertum transmisiistis, lætus suscepi, lætior legi: cum quāto autem gaudio adhuc eas relegendo recolo & recolendo relego: literis explicare non possum. Pro eo videlicet, quod (sicut in eis scriptum est) dulcissimum mihi fratris mei filium, (quem sicut animam meam diligo) cum ingenti lætitia suscepistis: quod maiorem ergo vos mei amoris fiduciam ex hac occasione concepistis, & præcipue ac super omnia, quod onus Prioratus quod importabile antea videbatur, ex eius aduentu leuigatum vobis prohibuistis. De quo breuem veracemq; sententiā vobis dico. Si inter paganos etiam ipse viueret, plus cæteris paganis ego ipsos diligerem, & prodesset eis si quid in hoc sæculo possiderem. Quibus de rebus quantas possum Deo & Dom. Abbati, vobisque omnibus gratias refero, quia quales volo, tales vos erga me & omnes qui diliguntur a me semper esse cōperio. Sed quia accedēs ad seruitutē Dei, & maximè id ætatis homo multis varijsq; tentationibus per tentatorum spirituum suggestiones intrinsecus laniatur, mulis diuersisque carnis titillationibus intus & exterius cruciatur, oportet valde vt vestri eum colloquiū participem sapissimè faciatis: omnesq; quorum doctrina salubris ei esse potest, colloquiū cum eo quoties expedit, iubeatis. Discedenti ipsi a me rogādo præcepti & præcipiendo rogauī, (b) ne hoc anno aliquam vel in refectorio, vel in capitulo aut monasterio lectionem legeret, quoad vsq; psalmodum scientiam suiq; ordinis aliquem vsum haberet. Hanc voluntatem meam omnino despexit, & vt legeret suarum precum nimietate a vobis extorsit. Pro qua re amatissimas literas transmittere libi disposui, sed visis alijs literis vestris, conceptum aduersus eius temeritatem mentis rancorem omili.

B 2 ANNO

ponendus est: donec vsum & ordinis disciplinam perfectius sciat. Quod si sacerdos, vel diaconus, vel subdiaconus fuerit, nunquam ad officium altaris ponetur, donec Abbas iusserit: sic nostra statuta. Ioannes Monbournus sui Roseti exercitiorum spiritual. alphab. 13. tit. 4. quod hic Lanfr. præcipit incogitauerit tribuit Anselm. nescio an Veneti Typographi hunc lapsum viderint.

a Anno 1071. Romam profectus est Lanfrancus tum pallij recipiendi gratia, tum diuinae litis inter se & Thomā Eboracensem Archiepiscopum electi: qui de more nolebat Archiepiscopo Cantuarie obedi. ritibus polliceri.

b Est pene idem sed paulo moderatius interdicitur lib. 2. Statut. S. Victor. Paris. in hac verba: Nouitius ad legendum in refectorio, & ad graduale non ita cito

b Beccensem intelligit, quem supe. pit anno post ediam professioni, 117. 110, vt ipse dicit epist. 7. lib. 3. Id aut oneris ei impositum est, annuū circiter 100. ad Wilhelmus conuictor Northmannorum dux, Lanfrancum tunc Beccæ Priorē, præfecit Abbatē S. Stephani Cadomiensis a se extructus. Edouardus in vna eius, & Willelmus Malmesburien. ad epist. 12. supr. De Girardo moneta. nio Atrebatensi loquitur, (huc referre epist. 12. & 13. quod dicitur) Lanfrancus ob peccuniam gratia dicit, quae se alieno leuaret etc.

a sic Anselmus esse legendus in adnotatione, quod isdem prescribit, docet.

ANNOTATIO IN EPI-
STOLAM XXII.

TOT(B) enim tantisq;] *Hæc mala vniuersè re-
nouata, quanto p. reulerint mæore Lanfranci ani-
mum, altera, quas reperi in MS. V. C. N. Fabri Parisiensis,
Alexandri II. Papa auiibus, distinctius multoq; lugubrius*
opplorant, & his omnino la. hymis: (a) Summo sancte
ecclesiæ pastori Alexandro Papæ Lanfrancus indi-
gnus antistes canonicam obediētiam. Nescio cui
aptius meas calamitates explicem, quā tibi Pater,
qui ipsarum mihi calamitatum causa existis. Nam
cum de Beccensi congregatione (in qua habitum
religionis assumpsi) à Principe Normānor. Wil-
helmo abstractus, Cadomēsi præfessum cœnobio,
imparq; existere paucorū regimini monachorū:
incertum habeo, quo iudicio omnipotentis Dei
factus sum, te cogēte, speculator multorū nume-
roq; carētiū populorum. Quod cum præfatus
Princeps, iam Rex Anglorū factus, multis variisq;
modis laboraret efficere: cassatis tamē laboribus
suis à me nullo modo potuit impetrare: quoad-
usq; Legati tui Hermenfredus videl. Sedunensis
Episcopus, atq; Hubertus S. Rom. Ecclesiæ Car-
dinalis in Normanniā venerunt: Episcopos, Ab-
bates, eiusdemq; patriæ nobiles conuenire fece-
runt: atq; in eorum præsentia, vt Cantuariensem
Ecclesiam regendam suscipere, ex Apostol. Sedis
auctoritate præceperunt. Aduersus hoc imbecil-
litas mearū virium, morumq; indignitas prolata
in mediū nihil p̄fuit: excusatio incognita liugue,
gētiumq; barbararum nullū apud eos locū inue-
nire p̄ualuit. Quid plura? Assensum præbui, veni,
suscepi: in qua tot molestias, tot tædia, tantumq;
ab omni fere bono defectum mentis quotidie su-
stineo: tot aliorum in diuersis personis perturba-
tiones, tribulationes, damna, obdurationes, cupi-
ditates tantumq; S. Ecclesię calum incesanter au-
dio, video, sentio: vt tædeat me vitæ meæ doleāq;
plurimum me vsque ad hæc tempora peruenisse.
Mala si quidem sunt, quæ in præsentia cernuntur:
multo vero deteriora ex istorum consideratione
in futuro cōiiciuntur: & ne diu celsitudinē vestrā
multis magnisq; negotiis occupatā, proluxæ ora-
tionis ambitu protraham: rogo quatenus propter
Deum & animam vestram: sicut vestra, cui cōtra-
dicti fas nō fuit, me auctoritate alligastis: sic quoq;
alligatum abrupto huius necessitatis vinculo ab-
soluatis: vitamq; cœnobialem, quam præ omni-
bus rebus diligo, repetendi licentiam concedatis.
Nec in huius rei petitione sperni debeo, quā tam
piē, tam necessariis, tam iustis ex causis cōcedi mi-
hi à vobis depono. Meminisse siquidem debetis,
nec tradi obliuioni oportet: quam benignē con-
sanguineos vestros, aliosq; à Roma scripta deferē-
tes in præfatis adhuc cœnobiis constitutus saepe
recepit: quam studiosè pro captu meo, ingenique
iporum tam in sacris quam in secularibus literis
erudiui: vt taceam multa alia, in quib⁹ vobis ve-
strisq; antecessoribus pro rerum ac temporū qua-
litate, nonnunquam seruiui. Nec hæc iactando,
aut impropere, teste conscientia, dico: nec fa-
uorem gratiæ vestræ quasi prælatis obediētie meę
obsequis solito maiorem captare requiro. Hoc
tantum studeo, harumq; literarū hic solummodo
finis est: vt congruam rationem, iustamq; causam
possim ostendere, quæ id quod peto, à vestra mu-
nificentiā Christo aspirante, valeam obtinere.
Quod si fortasse considerata aliorum utilitate se-

cus agendum, mihiq; id denegandum esse decer-
nitis: valdè vobis cauendum atq; timendum est,
ne, vnde mercedem vos habere apud Deum exi-
stimatis: inde, quod à vestris actibus procul sit,
peccati periculum incurratis. Nullus est enim à
me, aut per me in hac terra animarum profectus:
aut si vllus existit, tam paruus est, vt detrimentis
meis comparari non possit. *De his hæcenus (inquit
Lanfrancus) & nos cum illo. In his tamen sanctissimi cu-
iusdam ac verè pastoralis sollicitudinis ardorem maximè
agnosco. Nam Lanfranci industria (inquit Wil-
helmus Malmesberiensis) monachicum germen efflo-
ruit, eo viuente vigor Pontificalis induruit: Ipsius
etiam impulsu, ambitum, nebulonum rex frege-
rat, qui cōsueto more, mancipia sua Hyberniam
venditabat. Cetera quæ idem narrat lib. 1. de gestis Pon-
tificum Anglorū, missa facio; quæ adibi, qui volet subiun-
cturus alterum Chron. Bec. ens. MS. in vita eiusdem Lan-
franci elogium, quod sic habet: Cuius (Lanfranci) quā-
tus postea extiterit fructus, latissimè testatur re-
nouatus vsque quaque institutionis ecclesiasticæ
status. Cœnobialis ordo, qui omnino ad laicalem
prolapsus fuerat dissolutionē, ad probatissimam
reformatur disciplinam monasteriorum. Clerici
sub Canonicali coercentur disciplina. Populus
rituum barbarorum interdicta vanitate, ad ve-
ram credendi atque viuendi formam eruditur.
Hæc ibi; quæ subiunxisse placuit, vt appareret expositus
Lanfranci querimonias potissimum ortas esse ex illius
molestiis, quæ semper occurrunt noua sanctag, moiu-
tibus.*

EPISTOLA XXIII.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS

Lanfranco & Guidoni fratres Lanfrancus
perpetuam à Deo benedi-
ctionem.

*Et hæc epistola est Lanfranci Archiepi. copi ad nepotem
eiusq; sodalem cum Bec. ag. ntes tyrocinium mo-
nachi: in te, im. obserua. exim. am. vi. i. humilita-
tem.*

QVia diuinitus, vt credo, vos dilexistis in sæ-
culo: rogo vt rogetis Deum quatenus ipso
cooperante vos diligatis in eo quod assumpistis
sancto proposito. Alter alteri sit in tribulatione
solatium, alter ab alterius vita & doctrina su-
mat sanctæ conuersationis exemplum. Humili-
tatem omnibus ostendite, linguas vestras ab om-
ni fraterna derogatione salubri censura com-
pescite. Si quis cuiuslibet fratris vitam (a) Theo-
dino dente rodere delectatur, si correctus à vo-
bis emendare neglexerit, à vestro colloquio ar-
ceatur. Quicquid alii de vobis dicant laudantes
fortasse & magnificantes, quod parentes, pos-
tiones, carnalia oblectamenta pro Deo con-
tempistis, vos semper introrsus ad conscientias
vestras redite, peccatores vos esse cognoscite, &
peccatis vestris continuis orationibus Deum pro-
pitium fore deposcite. Aduersum te charissime
nepos magnum mentis rancorem concepi: quia
videlicet transgressus es præceptum quod de hoc
ordine primum tibi iniunxi. Sed (B) interuenien-
te venerando patre Domino Anselmo, cui sicut
Deo obedire desidero: sincero tibi corde il-
lam noxam indulgeo. Et moneo ne tale aliquid
amplius facias: quia quod impensius amicum di-
ligo, eò amplius maiorem contra eum iram pro-
parua

a Baleus cœs.
13. scriptorū
Brytānia ob
vnam aut
alterā à Lan-
franco datā
epist. nume-
rat lib. 1. epi-
stolar. sic in-
stat vense, sicut
homo, quæ
non videt.
Hunc locum
offendi rela-
tum ab eius
Biographo
in Chron.
Bec. MS.

a Sic quidem
ne. r. am. Er.
N. Fabri ex-
emplar (in
quo sunt col-
lecta Lanfrā-
ci epistola)
legunt. Sed
Eras. Adag.
chil. 2. cent.
2 legit Theo-
nino, sicut no-
mine à Theo-
ne Poeta pe-
culantissima
maledictio:
quam vt vi-
ru fugere
nepotem Lan-
francu mo-
net.

parua etiam culpa concipio. Omnipotens Dominus sua nos gratia protegat, benedicat, atque ab omnibus peccatis clementer absoluat.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM XXIII.

SED (B) interueniente venerando patre Domino Anselmo, cui, sicut Deo, obedire desidero: *Hinc adverte est insignem modestiam tanti victoris, tam humiliter de se, tam magnifice de discipulo sentientis. Ita & in extrema suarum epistolarum se vocat peccatorem, consiliis diuini ignarum, Anselmum vero Dei spiritu plenum. Gilbertus Crispinus in vita Herluini reliquit posteritati mutuam humilitatis ceram inter Abbatem & illum. Abbas, inquit, ex grandæuo laico verebatur subditam sibi tanti doctoris celsitudinem. Ille nullam pro eminenti scientia gerens insolentiam, humillimè ad omnia parebat, attendebat, mirabatur & prædicabat quæ ipsi in intelligendis scripturis gratiam Deus concesserat. Anonymus Beccensis MS. in vita eiusdem obseruat quod Herluinus Beccensis Archimandrita profectus in Angliam. Cum ad Archiepiscopum, inquit, peruenisset, quæ tunc inter eos submittendi pia contentio? Summus Antistes, & in transmarinis vices Apostolicas gerens, submittebat se suo quondam Abbati, vt alius quiuus monachus. Secundus vbiq; ab eo, (nisi ad missarum solemniam) residendo, & manum illius, cum aliqua ab eo accipiebat (nisi raptim ille retraxisset) osculando. Illi sedes eminentior, ac imperandi ius omne tribuebatur. Donabat famulorum delinquentium reatus, ac cætera in domo pro velle faciebat. Domini nomen alius, ille auctoritate gerebat. Quantò curia sua frequentior, quantò vtriusq; ordinis personarum totius regni excellentium conuentus fiebat numerosior, tantò maiori coram omnibus illum Archiepiscopus præferebat obsequio. Multum mirabantur vniuersi, maxime Angli, Cantuariensem Archiepiscopum sic summitti. Abbas vero, quam debebat dignitati tantæ summisionem conabatur exoluere: sed nullatenus permittebatur. *R. vsus ibidem referens, & in Beccum templi dicandi causa aduenisset, subiungit: Cum venisset ad descensum montis, qui ipsi cænobio imminet, fertur anulum de digito extraxisse: nec postea quamdiu Becci moratus est, nisi ad missarum solemniam resumpsisse. Ad Abbatis (Herluinum signat) iam senio incuruati osculum accedens tam magnus Antistes, ad pedes aduoluit conatus est. Verum illo econtra ad ipsum conante, longo vtrinque luctamine, dum alter alterum sustentat, neuter expleuit quod fagebat: Post multos diuque optatos amplexus, cum fratribus in claustro sedit Archiepiscopus vt quiuus alius, iuuenes, senes, atque infantes, & vnumquemque sigillatim compellans, & iuxta vnius cuiusque qualiratem debita confortatione adhortans. Quis enarrare sufficienter queat, quantam humilitatem, & benignitatem omnibus condescendendo exhiberet: Ad mensam dextrorsum, & sinistrorsum fratres cum Archiepiscopo sedere, ac communi calice & scutella cum eo coguntur cibum sumere.**

D. Anselm. Tom. 4.

EPISTOLA XXIV.

DOMINO REVERENDO, PATRI
verè diligendo & dilecto, Catholicæ matris amplectendo Archiepiscopo Lanfranco: frater Anselmus suus,
quod dignius potest
totus suus.

Lanfrancum gaudere de suo nepote Becci suscipio ad religiose probationis & omnium. confer. epist. 22.

QUOTIENS vobis est gratum, aliquid mihi esse gratum, vtiq; mihi & hoc est gratum: & illud fit gratius, quod prius erat gratum. Significatis vos inter letos, esse quia ego, vt de aliis taceam dilectissimum nostrum nepotem vestrum valdè gaudens suscepi. Tanto igitur & hac vestra lætitia sum lætificatus, & gaudium quod habueram de prædicto charo nostro quamuis semper vigeat, augendo est renouatum: quantò, id quod non verecundor fateri, me scilicet ex magna parte illum sic suscipiendo intendisse, ad votum prouenisse cognoui de meo meritis Domino, fide fratre, sollicitudine filio Mauricio, quem vos pro vobis separatis ab illo, à quo plus amabat quam ab alio, & quem plus amabat quam alium: vos ipsi iudicate quo illi debeatis. Quamlibet namque vile fit quod sic amat, & à quo sic amatur: nimirum hoc illi debetis quod non minus amet, & à quo non minus ametur. Quoniam igitur & ego noui iustitiæ vestræ rectitudinem, & vos nostis mutuam nostram dilectionem omnem eius supersedemus commendationem. De ægritudine capitis eius, vestram pietatem, quantum apud vos possum rogo præcipuè quatenus propter Deum & æternæ salutis retributionem, vobis instantibus à dilecto amico nostro Domino Alberto medico, quantum potest perquiratur & curetur.

EPISTOLA XXV.

DOMINO ET FRATRI DILECTISSIMO Henrico: frater Anselmus diurnam præsentis vitæ incolumitatem, & futuræ æternæ felicitatem.

Mauricium Beccensem monachum ex capite laborantem commendat: vt eius cura sedulam Albertus medicus impendat peram.

CREDO quod confecti mihi estis qualiter dilexerim Dominum & fratrem & filium nostrum Mauricium, quem vobis mittimus. Quoniam igitur dilectos nostros à dilecto & dilectione nostro diligere non dubitamus: securè vobis illum vt dilectum dilecto commendamus. Inueniat me in vobis, quem quasi relinquo pro vobis. Idcirco namque hunc & non alium paternæ dilectioni vestræ misimus, quia hunc eam petere specialiter audiui. Estote igitur (a) nostro Mauricio frater Anselmus, & ego ero vestro Holuardo Dominus Henricus. De infirmitate capitis eius vos rogo præcipuè quatenus vestra instantia Dominus Albertus dilectus amicus noster eam inquirat, & quantum Deo dante poterit, ei subueniat.

a confer. epist. stol. 24. sup.

B 3 EPISTO-

EPISTOLA XXVI.

DOMINO GONDVLF0: FRATER
Anselmus.*Pro transmissis muneribus amico non esse habendus
gratias, cum amicorum omnia sint communia.*

SI nescirem me totum esse tuum, & te totum esse meum, referrem gratias pro muneribus tuis. Quoniam autem tua mea, & mea tua sunt, cum das mihi tua, ego cur tibi inclinem cum non accipiam aliena, sed quæ mea sunt? Si te cognoscis non meritis quibus me præcellis, sed reu- tua dilectione alterum Anselmum: sentiat hoc dilectus frater & (a) filius meus Dominus Mauricius. Precor ut in omnibus gerens eius sollicitudinem, propter Dei & proximi charitatem nostram erga eum exhibeas vicem. De infirmitate capitis eius te precor quantum possum, ut te precante & adiuvante quantum potes à Domino & amico nostro Alberto medico curetur quantum potest.

*ad hoc Mau-
ricio supr. e-
pist. 25. & 26.*

EPISTOLA XXVII.

DOMINO ET FRATRI CHA-
rissimo Herluino frater Anselmus
salutem.*Se in dies orationem Deo fundere nomine Herluini li-
cet suarum monitionum obliti.*

QUAMVIS nostram vix aliquando legas admo-
nitionem; notum tibi sit tamen charissime,
quia quotidie tui curam habens Deo pro te qual-
lemcunque possum fundo orationem: Memento
amice mi eorum quæ præsens sæpe admonen-
do tibi dixi, & quæ postea absens scripsi. Cauere
frater amantissime illud, quod multi stulti faci-
unt, qui quanto diutius viuunt, tanto maiorem
spem sibi viuendi nutriunt, & timorem festinan-
tis mortis abiicientes à proposito sanctæ vitæ de-
ficiunt. Verum namque est, quia quanto diutius
vixit aliquis, tanto breuius victurus est, & quan-
to sit longius à die natiuitatis suæ, tanto sit pro-
pius diei mortis suæ, & retributionis totius vitæ
suæ. Sicut igitur vides per singulos dies in præ-
teritum vitam tuam crescere, ita certus esse debes
spatium bene viuendi quotidie tibi decrescere.
Esto itaque dilectissime sollicitus: ut spatium
quod restat, quia nescis quam breue est; sic ex-
pendas, ut de die in diem sanctum propositum
ad meliora extendas. Quatenus quanto magis
laborem tuum ad finem festinare, & te ad re-
quiem & coronam appropinquare consideras,
tanto fortius instando, & latius perseverando vi-
riliter confortatus proficias. Ab incæptis ergo
nulla lassitudine deficias, sed potius quæ tibi ex-
pediunt, & quæ nondum es aggressus in spe su-
perni auxilii pro amore beati præmii incipias: ut
ad sanctorum beatum consortium, Christo du-
cente peruenias. Dominum Mauricium, quem
esse meum dilectum & dilectorem non ignoras,
sic tibi commendo; ut & ipse gaudeat se inter
barbaros fratrem inuenisse, & tu probes te
etiam longè absentem in amici-
tia nostra perman-
sisse.

EPISTOLA XXVIII.

DOMINO FRATRI, AMICO CHA-
rissimo Alberto: frater Anselmus sic transire
per bona temporalia contemnen-
do, ut maneat in æternis
perfruendo.*Antiqua necessitudinis memoria renouata etiam reli-
giosa conuersionis pollicitationem suggerit, & fra-
trem Mauricium sibi curæ esse rogat.*

AFFECTUM meæ dilectionis, quem tam subli-
mi humilitate per epistolam suam vestra
petiuit dignatio, non nuper literæ vestræ reue-
renter supplicando mihi persuaserunt, sed eum
olim vestri mores amabiliter se commendando
menti meæ impresserunt. Ex quo namq; mihi ve-
stra contingit plena potiri cognitione; non utiq;
fuit cor meum sine vestri desiderio & dilectione,
de qua re dubitare non debuistis, si itineris illius
quo de Becco vsque Rotomagum simul quon-
dam perreximus meministis. Ibi enim tanta collo-
quendo familiaritate cohasimus, ut & mutuus
noster amor iam pridem ex quo nos inuicem pri-
mum noueramus mente conceptum plenius mon-
straretur: & quiddam quod adhuc opto, optado
oro, orando expecto, à vobis mihi promitteretur:
Hoc est, quia si quando cælestis fœlicitatis desi-
derium in mente vestra gratia cælestis intantum
accenderet, ut terrenæ falsitatis concupiscentiam
penitus combureret: nulli conuersationi nisi aut
* Cadomensis aut Beccensis monasterii se vestra
dilectio committeret. Sed quoniam iam de Ca-
domo ablata est causa quæ vos illuc maxime ad-
uocabat, iam nunc solū (B) Beccum certius vos ex-
pectat, quod prius pro Cadomo dubitabat. Quam-
obrem cum maxime propter vos ut pro terrenis
cælestia, pro perituris æterna, pro falsis vera, pro
miseria mortalitate beatam incorruptibilem
certius expectetis, & copiosius capiat, vestram
desiderem conuersationem: eò tamen ardentius
illam expecto quod per illam si euenerit vestram
mecum spero conuersationem. Dom. Mauricium,
nostrum meritis Dominum, conuersatione fratris,
curâ filium charissimum, quem ad reuerendi Do-
mini & patris nostri Archiepiscopi iussione in An-
gliam mittimus, quantum apud vos nostra potest
amicitia & eius exigit infirmitas, & vestra sufficit
operante Deo medicina, vestris manibus curan-
dum propter Deum committimus. Quatenus
& illi temporaliter salua per vestram operatio-
nem tribuatur, & vobis æterna per diuinam
miserationem retribuatur, & frater Anselmus
quem iam possidetis amicum, in seruum à vobis
ematur.

* Recte Ca-
domensis, ut
Cudomen-
si aut Cadom-
ensis in mil-
ti codicibus
pressi men-
dote legunt.

Ipissimus
est, de quo
epist. supr.

ANNOTATIO IN EPI-
STOLAM XXVIII.

BECCUM (B) certius vos expectat.] Quandoqui-
dem creberrimè occurrit occurretq; id nominis &
loci, iuuat exponere, etenim exposuisse iuuabit; sed de eius
conditore, Herluino viro splendidis virtutum ornamentis
decorato, & ordo & ratio, l. Florisq; nō mediocre commo-
dum nonnulla proloqui suadent: imò compellant, quia (ut
inquit Gilbertus Crispinus in proemio vitæ eius.) mun-
dum sibi & ad votum arridentem ea penitus caritate reu-
fauit

fact, quæ reuoluntus alij se ingerunt recusati, & in patria, in qua tunc incolamem armis militem, non chum fieri, portentum habebatur. Sed ipsius Gilberti verbis inchoatam carptim prosequimur expositionem. A Danis, qui Normanniam primi obtinuerunt pater eius originem duxit. Mater proximam ducum Flandriae consanguinitatem attigit. Ansgotus ille, ista Heloye nomen habebat.

Gillebertus Brionensis Comes primi Ricardi Normannia Ducis nepos ex filio consule Godefrido illum nutritum penes se inter omnes curia sua primates habuit acceptissimè. Habilis hic ad arma plurimum erat, nec minori ea animositate gestabat. Omnes totius Normannia familiae in electis illum habebant armis; omniq. rai militaris vsu & cultu corporis sui attollebant. Ab inhonestis auertebat animum, honestis, quæ curiales magnificiunt, impendebat omne studium. Vita huus iocundissimo statu annos iam ille excesserat triginta septem: cum tandem diuino metu, succendi amore illius mens cepit, & ab amore mundi tepescere. Ab exterioribus oculum cordis conuertens ad seipsum, ibat frequentius ad ecclesiam, orabat deuotè, ac saepe prorumpibat in lachrymas, sepe totum ieiunium transigebat diem. In armis, in cultu corporis non idem studium, quod prius satis indicabat alterationem animi illius, quam adhuc seria dissimulatione celabat. Militia accetera rei secularis summa erat voti: verum, quos conferret, quod viuendi genus assumeret, ignorabat. Rursum in Normannia tunc reditramitis index aut prauus erat. Sed sicut spiritus ubi vult spirat, ita quæ aspirat, vnctio eius docet de omnibus. Abrenunciatis ergo militiae, vili tegumento indutus, barba & crine intonsis inter aulicos diu seruiuit, vt prædica sua Deo secum lucraretur exiturus ab Aegypto verus ille Hebraeus. Iam domini sui asidens mensa, inter multimodas epulas pane asperiori vescebatur & aqua. Ridebatur ab vniuersis, amentia, quicquid agebat reputabatur. Minis, promissis, iniuriis, officiis, dominus & vniuersi satellites non poterant à proposito suo cum auertere; nolebat tamen sine domini, cui seruebat, discedere. Interea Comes Gillebertus ob damnum sibi perniciosum, quod quispiam compatriota moliebatur, misit Herluinum ad Robertum Normannia Principem. At vir pice ferre damnosa alicui machinamenta penitus recusauit: perstat dominus in sententia, hortans, comminans, vt consilij sui verbum ad dominum suum perferendo referat. Agitur vt iam offendat miles ad vtrumlibet positus, cui seruire superno an terreno domino malit. Abdicata igitur omnino legatione discedit à curia. Quod vt cognouit Comes, iussit mox abripi vniuersa eius bona, pauperesque eius clientes: quorum nomine ad Comitum rediit, innoxiorum causam acturus; inter quæ dixit: Quæ meâ sunt vniuersa distrahantur, modo pauperibus, qui vestram nullo crimine iram meruerunt, sibi restituantur. Motus ad pietatem Gilbertus quem mundana festus consuetudinis plurimum obtinebat, adducto in partem Herluino perquisiuit animi tantam commutationem, & sinem consilij. Cui paucis verbis, multis lachrymis respondit: Seculum amando & tibi obsequendo nimium Deum ac meipsum hæctenus neglexi: Quæ corporis erant cultui omnino intentus, nullam animam meam eruditionem accepi. Quapropter precor, si quid vnquam bene merui à te, liceat vitæ quod superest in monasterio transigi, saluo circa me amote tuo, & da mecum Deo quæ habui. Corde in lachrymas concitato nequit sustinere, vltius loquentem clientis, expetitam suorumq. omnium facultatem. Protinus Herluinus Burneuille (Bonneuillam dicunt) extruendum Dei seruitio opus arripuit. Ipse igitur non solum

præsidebat operi: sed ipsum quæque efficiebat terram fodiens, fossam effrens, lapides, sabulum, cal emque humeris comportans, a ea in parietem componens. Quibus alij horis aberant, ipse congeriebat, quæ ad opus exigebantur, excludens ortum ab omni parte diei, quanto vanitate cum da olim delicatior, tanto vera humilitate nunc ad omnem laboris tolerantiam propter Deum patientior.

Cibum, præter quibus non licebat diebus, accipiebat nec exquisitum; & par estis, expleto cum diu opere suo. Et quia interdum nequibat studere, ediscendo psalterio noctem pene totam impendebat. His exercitiis multæ iocunditate nouus tyro Christi exercebatur.

Prima literarum elementa didicit, vni tam existeret annorum propè quadringenta, & diuina opitulante gratia eo vsque profecit, vt etiam apprimè eruditus, in exponendis ac intelligendis diuinarum Scripturarum sententiis meritiò haberetur mirabilis. Quod vilius diuine gratia tribuatur, nec tunc tantum horis studio huic vacabat: qui propter lectionem, nunquam diurni operis intermisit executionem. Noua rursus contra eum hostis antiquus inuenit.

Cenobium quoddam Herluinus abierat gratia inquirendi de vita monachorum: Oratione facta accessit omni cum reuerentia, multo cum tremore ad hostium claustrum, velut ad claustrum paradysi, desiderantibus misere scire, quis monachorum habitus, qui mores, quæ in claustris sedendi sit religio. Sed vidit longè aliam ab ea, quam cenobialis ordo exposcit grauitatem, haberi. Turbatus est, iam incertus quod viuendi genus approbaret.

Ad hæc, qui monasterij custos erat, vt illum sic introrsus attendentem conspexit, furem suspicatus, immisso, quanta vi potuit, collo illius pugno per capillos foris vsque ad hostium extrusit. At vir patientissimus pro illata sibi iniuria nullum monacho verbum impatientie respondit. Nec tantum semel sed vbique hostis ab eo victus Deo vincente succubuit.

Sacra tandem, quam construxerat ab Episcopo Lexouij Heberto, comam totondit, ab eodem sacre religionis habitum indutus, & paulo post consecratus sacerdos, pluribus iam ducatu illius iam addictis fratribus Abbas præficitur.

Tandem imitandus aliis præponebatur, qui per annos tres improperium vita spiritualis patientissimè tulit coram secularibus. Quos autem regendos acciperat, artissimè, sed more Patrum priorum, regebat.

Viderat peracto in Ecclesia officio Abbatem, collo sementem, manu rastum vel sarculum gestantem ad agriculturam præire, monachos omnes operi sub diei terminum insistere. Victus quotidianus panis siliginus, & herba cum sale & aqua. Aqua non nisi luctulenta: quia fons nusquam præter ad duo miliaria habebatur.

Cælestes prædicabant beneficium, cum panis melior, & caseus, vel aliquod aliud edulium vndecumque habebatur: exemplum magistri & conatus omnem murmurandi excludere aditum. Abbas prior ad opus, ab opere discedebat vltimus. Simi in se imbi seruitur propter Deum nobilis mater eius adixit, & concessis Deo prædus quæ habebat, ancilla fungebatur officio; seruientium Deo pannos abluens, & quicquid iniungebatur externi operis accuratissimè agendi.

Ad opus seruorum diei quadam die cum annonam torreret, nescio quo casu domus vniue succensa est. Cucurrit quidam, eiulando nuntians Abbati domus combustas, & matrem iniuri combustam. At ille, licet lachrymis suffusus, ad Deum manus leuauit: Gratiarum

tibi Deus, inquit, q̄ in officio feruientium tibi matrem meā ignis absumpsit. Fortis in amore Dei constantia, quæ tot Diaboli artribus impulsa labare non poterat: Nil tamen mali in illa conflagratione prædicta domina passa fuit. Deinde post aliquantum temporis per visum diuinitus commotus est, vt dimissa solitudine cæpestri, quæ competenti opportunitate omnino carebat, ad locum sui iuris mansionem transferret, qui à riuo hic manantem Beccus appellatur, ad miliarium à castro Brionio. Est hic locus in ipso saltu Brionensi, valle ima, montibus saltuosus hinc inde oclusa, omni opportunitate humano vsui commotus: Propter densitatem ac riui recreationem ferarum multus ibi erat cursus. Trium tantum molendinorum tres domus illic erant, & solum illic habitabile.

At verò cum sylua prædicta Gilleberti Comitis esset del cum, var arumq; soli portionum iure ad varios spectaret, tamen Deo iuuante, & Herluino firmiter sperante, integra Brionij sylua ad Beccenses.

Vsq; eò de Herluino narrauimus ipsismet Gilberti Crispini sui Biographi verbis, aliquantum sub nde interlucatis, quantum ad Beccensis Cœnobij constitutionem constitutorisq; gloriam nonnihil illustrandam facere animaduerti.

Etenim suo saculo Herluinus fuit nostræ Gallie sp̄ciatim q̄ Normannia non obscurum sydus, cuius aliquot radios alibi opportunus spargimus, & maximè, vbi decius occassu.

Quæ autem literis consignauit G. mmet. l. b. 6. histor. Ducum Normannia. cap. 9. sunt tam angusta & breuia, vt amplissimam viri gloriam iniquius constringant: Vt autem nepotes nostros minimè lateat, quantum externorum bonorum reliquerit Christi amore, recensimus ex eius diplomate, vbi ait:

Notum sit omnibus Christianæ religionis cultoribus, quod ego Abbas Herluinus filius Aulgoti, astantibus & laudantibus fratribus meis Odone & Rogerio, iubente Gilleberto Comite, & Alberto & Ranulpho consentiente, Roberto Comite, & Roberto Archiepiscopo, donauit sanctæ Mariæ tertiam partem terræ de Burneuilla, & hoc quod pertinet ad eam, & Tauileio, & de Surceio, & hoc quod pertinet ad eas, & terram de Sarnaio, & hoc quod pertinet ad eam, quæ Aulgotus pater meus in vita sua habuit. Dotem quoque matris meæ iubente patre meo ex integro mihi datam, coram testibus Fulberto sacerdote, Vitale, Rainaldo, & aliis multis.

EPISTOLA XXIX.

DILECTO DILECTVS: AMICO
amicus, Fratri frater, Lanzoni (A) Anselmus,
temporalis vitæ sanctitatem, & æternæ
fœlicitatem.

Lanzonem suis monitis vitam cœnobiti am amplexum præmonet, quæ caute incedat: Vide epistolam secundam supra.

CVM meum & tuum, charissime, desiderium, quo nos inuicem desideramus, considero, vnum est, quod me de nostra consolatur separatione, quia in futura vita æternam nostram coniunctionem per diuinam spero clementiam. Nam certus sum de mea, nec dubito de tua conscientia, quoniam, qualibet nos regionum diuersitas detineat, de duabus tamen animabus

nostris charitas vnâ conficiat. Vnde fit, vt anima nostræ & dilectione præsentis sese amplectatur, & conuersatione absentes sese deliderent. Sed consummata huius vitæ peregrinatione, illo adiuuante, ad quem tendimus, & in quo speramus: in patria ad quam suspiramus, quasi diuersis itineribus conueniemus. Vbi tanto vehementius Deo annuente de inuicem congaudebimus quantum nunc de nobis diuinam dispositionem, patientius tolerauerimus. Interim tamen, quoniam facere, quod charitatem renouat & accendit, non est Dei dispositioni reniti, sed obedire; debemus nos vel mutuis salutationibus cum licet reuifere. Quod cum hæctenus in hac epistola me fecisse possit sufficere, aliquid tamen nostræ admonitionis, quam tibi semper dulcem fecit, non mea iactitas, sed tua charitas instante Domino & communi nostro amico Vrsone, cogor subiicere. Nam etiam si nihil tibi dicere possim quod ignores, plus tamen hæc bit memoria, quo à dilecto dilectore dictum suscipies. Ingressus es, Charissime, professusque Christi militiam, in qua non solum apertè obliuientis hostis violentia est propellenda, sed etiam quasi consulentis astutia cauenda. Sæpe namque, dum tyronem Christi vulnere malæ voluntatis apertè maleuolus non valet perimere; sinentem eum poculo venenosæ rationis maleuolè callidus tentat extinguere. Nam cum monachum nequit obuiere vitæ quam professus est odio, nititur eum conuersationis, in qua est, subruere fastidio. Et licet illi monachicum propositum tenendum quasi concedat, tamen quia hoc subtilibus, aut inter tales, aut in eo loco inceptum illum stultum nimis imprudentemque multimodis versutiis arguere non cessat, vt dum illi persuadet incepto Dei beneficio ingratum existere, iusto iudicio nec ad meliora proficiat, nec quod accepit teneat, aut in eo inutiliter persistat. Quippe dum incessanter laboriosis cogitationibus de mutando, aut si mutari non valet, saltem de improbando initio meditatur, nunquam ad finem perfectionis tendere conatur. Nam quoniam illi fundamentum, quod posuit, displicet, nullatenus illi structuram bonæ vitæ superædificare libet. Vnde fit, vt qui modum arbuscula, si sæpe transplantetur, aut nuper plantata in eodem loco crebra cõuulsione inquietetur, nequaquam radicare valens, ariditatem cito attrahit, nec ad aliquam fructus fertilitatem peruenit: licet (b) infelix monachus, si sæpius de loco ad locum proprio appetitu mutatur, aut in vno permanens, frequenter eius odio concutitur, nusquam amoris stabilitus radicibus ad omne vile exercitium languescit, & nulla bonorum operum vbertate ditescit. Cumque se nequaquam ad bonum, sed in malum proficere, si forte hoc recogitat, perpendit, omnem suæ miseriæ causam, non suis, sed aliorum moribus, iniustus intendit; atque inde se magis ad odium eorum, inter quos conuertitur, intæliciter ostendit.

Quapropter, quicumque (C) Cœnobarum forte propositum aggreditur, expedit ei vt in quocunque monasterio professus fuerit, nisi tale fuerit, vt ibi malum inuitus facere cogatur: tota mentis intentione amoris radicibus ibi radicate studeat:

studeat, atque aliorum mores aut loci consuetudines, si contra diuina præcepta non sunt, etiam si inutiliter videantur, diiudicare refugiat. Gaudeat, se iam tandem inuenisse, ubi se non inuitum sed voluntarium totâ vitâ mansurum, omni transmigrandi sollicitudine propulsa delibet: & quietus ad sola piæ probatæque vitæ exercitia exquirenda sedulo vacet. Quod si sibi videtur maiora quædam ac vtiliora spiritali feruore appetere, quàm illi præsentis monasterii institutionibus liceat, æstimet aut se falli siue præferendo paria paribus, vel minora maioribus, siue præsumendo se posse, quod non possit, aut certè credat se non meruisse, quod desiderat. Quod si fallitur, agat gratias diuinæ misericordiæ, qua ab errore suo defenditur; ne sine emolumento aut etiam cum iactura locum vel vitæ ordinem mutando, inconstantia leuitatisque frustra crimen lubeat, aut maiora suis viribus experiendo fatigatus, deterius in priora, aut etiam in peiora prioribus, deficiat. Si autem verè meliora illis, quæ in promptu sunt, nondum meritis optat, patienter toleret diuinum iudicium; quod vlli aliquid iniuste non denegat: ne per impatientiam iudicem iustum exasperans, mereatur, quod non habet non accipere, & quod accepit, amittere; aut quia non amat, inutiliter tenere. Dei verò misericordiam seu iudicium erga se in illis, quæ non habet & optat, perferat, lætus ex his quæ accepit largitati supernæ gratias dignas perfoluat. Et quia ad qualemcunque portum de procellosis mundi turbinibus potuit pertingere, caueat in portu tranquillitatem ventum leuitatis & impatientia turbinem inducere. Quatenus mens constantia & mansuetudine tutantibus quieta, diuini timoris sollicitudini & amoris delectationi sit vacua: Nam timor per sollicitudinem custodit, amor verò per delectationem perficit. Scio, quia hæc maiorem aut scribendi aut colloquendi exigunt amplitudinem, vt plenius intelligatur, quibus scilicet dolis antiquus serpens ignarum monachum in hoc genere tentationis illaqueet, & econtra, quibus rationibus prudens monachus eius callidas persuasiones dissoluat, & annihilat. Sed quoniam iam breuitatè, quam exigit epistola, excessi, & totum, quod hic dixi, aut dicendum fuit, ad custodiendam mentis quietem pertinet, huius breuis exhortatio epistolam nostram terminet. Nec putes, charissime, hæc me dicere idcirco, quod suspicer, te aliqua mentis inquietudine laborare: Sed quoniam prædictus Dominus Vrsus cogit me aliquam admonitionem tibi scribere, nescio, quid potius moncam, quàm cauere hoc, quod sub specie reetæ voluntatis scio Nouitiis quibusdam solere subripere. Quapropter amice mi & frater dilectissime, consulit, monet, precatur te tuus dilectus, dilector totis cordis visceribus, vt totis viribus quieti mentis studeas, sine qua nulli licet callidi hostis insidias circumspicere, vel semitas virtutum augustissimas prospicere. Ad hanc verò monachus, qui in monasterio conuersatur, pertingere nullatenus valet sine constantia & mansuetudine, quæ mansuetudo indissolubilis comes est patientiæ: & nisi monasterii sui instituta, quæ diuinis non prohibentur mandatis, etiam si rationem eorum non præuiderit, vt religiosa studuerit obseruare. Vale, & omni-

potens Dominus perficiat gressus tuos in semitis suis, vt non moueantur vestigia tua, vt in iustitia appareas conspectui DEI, & fatieris, cum apparuerit gloria eius. Ora, vt & ego tecum, quia & ego oro, vt tu mecum.

ANNOTATIONES IN EPISTOLAM VIGESIMAM NONAM.

PRIOR.

LAnzoni. (A)] Sic quinq; nostra manuscripta Exemplaria. Edimerus in edit. ant. exp. anno 1551. Guilhelm. Malmesberienfis l. br. 5. de gestis Regum Anglorum, & libr. 3. de gestis Pontificum. Perperam igitur Exemplaria excusa habebant antehac Lauron. m. Quantos verò pietatis fructus ex hac semente ab Anselmo iacta legerit, hinc manifestum euadit, quod Cœnobium Sancti Pancratii Lexiensis in Anglia (cu præfuit) Diœcesis Selesiensis tanta religionis claruerit fama, vt cateris monasteriis sac le palmam eriperet. Is autem Lanzo Cluniaci (quod Cœnobium in Gallia diœcesi Marisconensi, Guilhelmus Pius Aquitanorum Dux tam magnificè struxit vt Faradinus lib. de antiquo statu Burgundia cap. 12. refertur, se eminus spectantem præ stupore subst tisse) prius monasticum eg rat tyro innum: & vt n. ris, quam fuer t religiosi tenax instituti, licet suprema agrotatione sic ex cruciaretur, vt nec sedens nec ambulans, n. c iacens nec stans, ne momento quid m. tranquillus fuerit: nunquam tam n (inquit Biliothecarius Malmesberienfis lib. 5. de Regib. Anglis) noctibus est locutus: rog. antibus fratribus, vt silentium solueret, non acquieuit, ne monachus sui pudicitiam libarent, ed quod nunquam postquam monasticum accepisset habitum, à Comoletorio exiens, vsq; ad sequentis diei primam locutus f. issit. Huic autem (vt pauld post idem Biliothecarius aduertit) qui præ cateris sui auct hominibus & gnam S. Benedicti obseruabat, Beatam Deæ genericem eiusq; solemnia singulari ven. r. batur affectu, contulit, vt solita sibi consuetudine, & in transitu Sancti Benedicti, & in festiuitate Sancta Maria (qua annuntiatio d. minica dicitur) maiorem Missam in Conuētu celebraret, & octauo à prædicto Sancti Benedicti trāsitu die præuentus inf. mirate, octauo nihilominus die ab Annuntiatione dominica migraret ad Christum. Porrd huius epistole nominatim meminit Anselmus epist. 104. ad Guarneum lib. 3. Edimerus bonam partem adduxit lib. 1. vitæ eiusdem Anselm cap. 15.

ALTERA.

Sic (b) infælix monachus.] Ed non insulse respicere videtur illud Lyrici epist. 14. libr. 1:

Cui placet alterius, sua nimirum est odio fors.
Stultus uterq; locū immeritū causatur inique.
In culpa est animus, qui se nō effugit vnquam.

POSTERIOR.

Qui (C) Cœnobarum aggreditur propositum, expedit ei, vt in quocunque monasterio professus fuerit, nisi tale fuerit, vt tibi malum facere cogatur, se radicare studeat.] Locus expressissimus ad confirmandos quamplurimum Cœnobarum animos, qui duri. ris vita rapti desiderio, plerunq; ad aliud trans-eunt mon-sterium, vnde pauld post, quoniam oneri sunt impares, coguntur exire non sine graui marore, & grandi, cui exeuntes obijciuntur, tentationis discrimine. Magister Adam de Sancto Victore, vir aqualis

æqualis Hugoni Ricardo, & aliis compluribus nostri Cœnobij patribus religiosissimis, in dialogo de instructione discipuli (quem nuncupauit Patribus nostris Canonicis Ecclesie archiepiscopalis S. Andree in Scotia) interrogans eundem iam de iurata religionis sacramento ligatum, hoc audit respondentem. Quid si maioris perfectionis & rigidioris ordinis desiderio accensus vitam meam emendare, & conuersationem meam augere uolero, nunquid, ubi id faciam, transmigrem consulo? *Doct.* Certe non consulo. *Dis.* Quare? *Doct.* Primum, quia suspectam habeo infirmitatem tuam: quia potes sufferre ordinem istum, non potes fortassis sufferre illum. Secundò: quia timeo ne per discessum tuum eis, qui post discessum tuum remanent, aliquod damnum inferatur & scandalum. *Dis.* Et quare hæc essent? *Doct.* Nonne vna es de decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsæ? *Dis.* Vna quidem de quinque prudentibus esse desidero. *Doct.* Aut prudens virgo es, aut fatua. *Dis.* Sum utrique. *Doct.* Si fatua es, non consulo ut quouquam discedas, ne forte fatuus sit fatui egressus. Si autem prudens es, & tunc nihilominus consulo ut remaneas, ut matri, quæ te concepit & portauit, domui videlicet tuæ, præ cunctis aliis, tua sapientia succurrat. *Et post modicum, ubi discipulus obijciens nocentissimos fratrum mores, à quibus, qui a longe abhorret, odio fit, ait:* Visne ergo ut remaneam cum odio? *Doct.* Nequaquam, sed cum dilectione. Volo enim, ut Abel habites cum Chaim: ut Isaac cum Ismaele; cum Esau, Iacob. Poterit namque tibi prodesse malitia, si tibi non defecerit patientia. Si autem tales ipsi fuerint, ut te ad peccatum trahant, nunc consulo, ut aliò, ubi Deo placere possis, discedas. *D. Bernhardus (cui & predictus noster Adam posuit Epitaphium) ex aliquot Columbensis Abbatis questionibus, & hanc, de qua nunc sermo est, sic enodat in lib. de precepto & dispensatione.* A bono, quod semel quis uouerit, descendere non licere: mutare locum, quæ sibi quisque delegerit, & cui sua se uoluntate & uoce firmauerit, omnino non consulo: *Sed nec sanctus Papa Gregorius, ait enim:* Perfecti quique magna se discretionis subtilitate conspiciunt, ne ad deteriora unquam, vel in opere vel in cogitatione dilabantur: *Et paucis additis, inquit.* Præteribat proinde stabilitatis pactum omni deinceps remisso descensui, contentioso discessui, vago & curioso discursui, totius denique inconstantia leuitati: non tamen in his, quæ in professionis serie sequuntur, morum videlicet conuersioni & obediencia, quæ secundum regulam fit. Nam si hæc ibidem improbitate nimirum atque irreligiositate cohabitantium obtineri forte ne quierint, duce spiritu libertatis indubitanter suadeo transire ad locum alium, ubi non impediatur homo reddere vota sua, quæ distinxerunt labia sua. *Post nonnulla explanatiuus suam aperit mentem, dicens.* Forte uult aliquis de Cluniacensibus institutis ad Cisterciensium sese stringere paupertatem, eligens præ illis nimirum consuetudinibus magis regulam puritatem. Si me consulit, non consulo: si non sane, id sui Abbatis usurparit assensu. Quamobrem? Primum propter scandalum ipsorum, quos deserit: Deinde, quia certa pro dubiis relinquere tutum non est: Forsitan enim hoc tenere potest, illud non poterit. Tertio suspectam habeo leuitatem, quæ id sæpe, quod facile volumus antequam probemus, experti iam nolumus, vno prope momento id ipsum & cupientes & respuentes, tam leuiter, quam & irrationabi-

liter. Hactenus illis Bernardus: multa enim præterea, quæ lectori auidiorem non præteribunt, quamuis nihil existimem me siluisse, quod scribendum fuerat necessario. *Habet tamen Coronidis uice si lubeat & illud, quod exiit in calce Apologia ad Guihelmum Abbatem, his uerbis:* Sicut non licet his, qui maius aliquid forte uouerunt, ad id quod minus est, descendere, ne apostentur: sic non omnibus expedit de minoribus bonis ad maiora transire, ne participetur. Scio quippe, nonnullos de aliis congregationibus & institutionibus ad nostrum ordinem peruolasse, pulsasse, intrasse. Qui hoc quidem agendo & suis scandala reliquerunt, & nobis nihilominus attulerunt: dum quantum illos sua temeraria discessione, tantum nos turbant sua misera conuersatione; quoniam superbe spreuerunt quod tenebant, & temere præsumpserunt, quod non ualebant. *Concludens tandem Bernhardus, addit:* Quanquam ergo nonnullos eorum nouerimus, qui & fortiter Deo auctore cœperunt, & ipso protectore fortius perseuerant: securius tamen est, ut perseueremus in bono, quod cœpimus, quam quod incipiamus, ubi non perseueremus, & hoc pariter omnesque studeamus, quod secundum Apostoli consilium, omnia nostra in charitate fiant. *Eundem tertio consulo in epist. 7. ad Adam monachum, ab his uerbis post medium:* Siquidem ut cetera taceam, &c. & 115. ad Sanctimoniam S. Mariae Trecentis. *In Bernhards sententiam t. D. Thom. 2. 2. qu. 189. art. 8. dicens.* Transire de religione in religionem, nisi propter magnam utilitatem vel necessitatem non est laudabile: tum quia ex hoc plurimum scandalizantur illi qui relinquuntur: tum etiam, quia facilius proficit aliquis in religione, quam contuetur, quam in illa, quam non contuetur ceteris paribus: *Sic ille, ubi proxime subiungit egregiam Nestori Abbatis in hanc rem sententiam.* D. Thomam plerique summularij sequuntur: *Causas uero mutandi Cœnobij ibidem productas à D. Thoma ex superioribus elicere est.* Ioannes Gerson, uir, etiam Lutheri demonachati iudicio non uulgari, à D. Thoma non recedit in Considerat. 4. sua epist. ad quendam Carthusian. tom. 1. monens: Religiosum debere aduertere, in domo Patris celestis multas esse mansiones, uiasque multas, quibus illas assequaris, & iuxta dictum Augustini in uia Dei sic alium ire, alium sic eamque ob causam unumquemque in uocatione, qua uocatus est, debere ambulare. *Rursus Considerat. 5. ait:* Diabolus autem non habet efficacius malignandi machinamentum, quam si possit religioso suadere displicentiam status sui iam assumpti atque professi: Et hoc facere conatur nunc sub figmento quietudinis contemplatiuæ, nunc sub umbraculo, quasi omnia sint inutilia quæ agit in uocatione sua. *Hæc ex Gersonis caprim.* Ioannes Ketelius seu, Catabus apud Thomam Campensem hæc meditando proponit: Est mihi uile ut magna repute exercitia domus istius supereminere alias domos, & ut habeam magnum propositum in hoc statu mori, & pro nulla re mihi aduentura ab isto uelle separari, salua semper obedientia. *Thomas uero Campensis uir illuminatissima mentis probeque gnarus harum procellarum, quibus Candidatorum aut militum Christi nuper ascriptorum corda concussantur, suos tyrones in 2. part. sermonum ad Nouitios, sermone 5. sic cautus facit.* Potest quilibet religiosus in ordine suo & loco sibi à Deo puiso animam suam saluare & uirtuosè proficere, si sollicitè seruat, quæ ordo instituit, & Prælatus facere iubet ac consulit. Nemo igitur instabilis se seducat, neque stulta & uana imaginatiuone de alio loco cogitet, & de incertis futuris iu-

audiora sibi prophetando dicat: O Deus, si in tali loco & ordine essem, quam bene & deuotè me habere vellem, nec de aliquo amplius conquiri vel turbari. *Hæc pauca ex multis quæ Thomas suos cõmonet: vbi subiicit exemplum cuiuspiam Canonici Regularis*, qui diutino huius occultæ tentationis prælio tandem prostratus defecit ad eremitas Augustinianos. Mox, vt eò peruenit, tyrocini monastici veste indutus est, & quidem tanto pectoris æstuantis feruore, vt eodem die, si patribus visum fuisset, nomen dedisset: vix fluxerant octo dies, cum grauissimo percellitur mœrore, priorisq; cœnobii desiderio, adeo, vt nec cibum nec somnum valeret capere. Quamobrem coactus aperit intestinum dolorem: mirantur patres, leuitatem puerilem obiurgant acerbissimè, reddunt habitum canonicum, redit in paternam domum, vbi castigatur, postea suæ inconstantia malo, euasit melior & constantior.

Ioannes Gerson epist. superius productæ Consideratione II. aliquantulum simile quid narrat, sed horribilius. de Ioãne Borbonio Celestino: Is n. sub nubecula districtioris ordinis receptus à Franciscanis nuncupatis de Obseruantia: paulo post abcessit & duxit vxorem, à cuius propinquis occisus est, cum reuertetetur Romã. Anno 1398.

Reuerendus Pater noster Ioannes Hurtaldus Parisiensis, Episcopo à sacris vicibus, cum ex Fõtebraldo rediens visitationis munere peracto, prætransiret Andegauos; accepit Franciscanum quendam Bammetianum, (id autem Cœnobii haud procul ab vrbe situm est) præpostero arreptum zelo expetiisse Capucinos: vbi mox à Dæmonio meridiano impetitus, & cucullam & catholicam abiecit fidem, professus Salmurii, oppidi in Archiepiscopatu Turonensi, Calvinianissimum.

Dum inuiserem aliquando Fulienses monachos in Parisiensi suburbano degentes, & cum venerabili eius asceterii Præposito hisce de rebus confabularer, asseruit, se vidisse duodecim externos monachos tyrones, quorum vnicus in eorū permansisset ordine.

Est mihi quispiam notus adolescens Canonicus Regularis, miræ simplicitatis, qui inter mutua colloquia ingenuè falsus est, se huiusmodi infana tam furenter percussum procella, vt vniuersa sui Cœnobii instituta floccifaceret, donec ad se reuersus, gratioriq; potius aura, exclamaret: Hem quid ago! est animus hinc aliò migrare, vt potius viuam? Ecquando foris euadam disciplinae Canonicae studiosior, cum eam domi negligentius seruem? Hac correptiuncula factus animosior, postea impugnantem constanter iisit Dæmonem.

Sciscitatus sum, dum hæc elucubraret, religiosissimū quendam virum (nomen verecunde sileo) quid hæc de re sentiret: dixi q; id licere, cum quis sui Ordinis Cyclopediam absoluit: sed & tum vires animi eorumq; ad vnguem explorandas. Imo licet he viderentur firmissimæ, tamen ob ingentia quæ has mutationes comitantur, salutis discrimina, maturè em tractandam. Caterum qui infirmiores videntur e' u' insu' tus diaboli, hæc religionis vires suadetis. & insidias detegeret, quotidianaq; fratrola vel ex instituti monastici remissiori custodia, vel ex quorundam licentiosorum Fratrum peru'rsitate nata, illesi perferre, docet Thomas Campensis supra, ceteriq; spirituales Patres.

Ad hæc refer vniuersa. Lanf' anci super his dubiis monastices interrogati responsum, quod noster Anselmus ex-

*scripsit sub finem sui Poematis de Contemptu mundi. Quin-
auctu. riy v ce apponam s. pientissimum D. Stephan' Mu-
recensis, Gr. ndimontensium Sodalium Institutoris decre-
tum, quo leg. in eiusdem regula calamo scripta apud nos,
vbi sic præcipit in Titulo de viris alterius religionis non re-
cipiendis. Alterius religionis, viros in hac religio-
ne recipi, omnino prohibemus. Nam vestri
mores ab eorum moribus plurimum differunt:
vos quippe fimum & lingua portantes, & elibanum
calescentes, panem & alia multa facere consu-
cistis: nullos enim nisi vosmetipsos habetis
famulos. Vobis enim talia facientibus frequenter
improperant, dicentes: Nunquam de huius-
modi vilibus in nostra religione tractabamus, fa-
cilius etiam potest in disciplina teneri, qui nunq;
in vlla fuit, quando recenter sæculum relinquit,
quam reuocari ad ipsam, qui semel eam excessit.
Insuper si post longum tempus vestris perseruta-
tis moribus ad pristinae religionis habitum reme-
are vellent, ipso pastore, cuius obedientia se prius
submiserunt, eos recipiente quali oues suas,
absque licetia, calumniam vestris facere possent,
vnde & vobis & ipsis aliquod contingat oppro-
brium, nullo modo recipiantur. Hinc Salomon
ait: Cor ingrediens duas vias, non habebit requiem.
Hinc Iacobus ait: Vir duplex animo, inconstans
est in omnibus viis suis. Hactenus v'ri sanctis-
simi scitum, in quo cum monachos ex:ernos à suis excipi
vetuerit, manifestissime præmonuit eos, ne ead suos alteriusq;
sectæ Cœnobitas debere trãsmigrare. Huc facit cap.
15. Lib. de M'rtificat'one Iulij Faciai, editi Lut. t. 1598.
Venerabilis Pater Nicolaus Grenierus, ante annos 36.
nostri Cœnobij Prior, & quidem integritate prior, nulloq;
suorum posterior doctrina. lect. 4. in regulam Sancti Au-
gustini excutiens, qui vir religiosus in irreligiosa Cœno-
biarchia queat vivere, quam deserere nolit adactus Fra-
trum chaoticitate, scandali futuri metu, aut ex fragilitate,
& propria trepidante conscientia. Tum (inquit Grenierus
noster) sperandum est, quod sine peccato in
monasterio suo irreformato persistere possit, mo-
dò tamen illic sobriè, piè & iustè viuat: has con-
ditiones obseruans, vt scilicet super sui monaste-
rii irreformatione doleat, eius reformationem in
substantialibus, & præsertim in bonorum comunitate
desiderans. Itè, vt pro reformatione introdu-
cenda, q; in se est, faciat; atq; vt bona sibi comissa
sine expressa sui Superioris permissione non dis-
penset: Nec sæculariter se habeat, sed (vt dictum
est) viuat piè, sobriè, ac iustè. Piè Deo, vt rectè &
catholice sentiat, diuinumque officium, vt potest
sollicitè & reuerèter persoluat. Sobriè sibi, vt ab-
stineat, iuxta suasum apostolicum, à carnalibus
desideriis, quæ militant aduersus animam. Iustè
aliis, vt in omnib. se exhibeat sicut Dei ministrū,
præcauens ne quemquam verbo aut facto, quan-
tum commode poterit, malè ædificet, præsertim
vt neminem eorum, quibus conuiuuit, offendant.
Sic Grenierus.*

EPISTOLA XXX.

DOMINO ET FRATRI CHARISSIMO Arnulfo. Frater Anselmus salutem.

Monacho suadet, non eligere locum vbi doceat, sed doceatur.

Qvod vestra petit fraternalis dilectio, vt simul præsentibus inuicem colloquamur, ego quoque ex quo habitum sanctæ conuersationis sum-

psistis

psistis desideravi & desidero: sed quia meus nec sum, nec esse volo, nondum communis effectum desiderii consequi potui, nec scio si potero. Breuiter igitur pro temporis breuitate literis ad ea quae mandastis respondeo. De fratre adolefcete quod petitis, nec Dominus Abbas nec nostra congregatio concederet, nisi prius eius vitam diuturnae conuersationis experimento cognosceret. Quod autem aliquod ire proponitur, ubi secundum propositum vestrum viuere possitis, laudo & hortor, hoc tamen praemoneo, ut & per licentiam Abbatis vestri hoc faciatis: & ut (quocumque iter vestrum Deus direxerit) regulariter sub Abbatis obedientia, & non in propria voluntatis arbitrio, si monachi praemium consequi vultis, viuatis, nec locum ubi vos alii praesentis aliosque instruere, sed ubi vos per alios proficere, & ab aliis ad spiritalem militiam instrui possitis, eligatis. Sic enim ordinate proficietis, si prius doceri quam docere appetieritis. Praeterea, quod studio scholarum vitam vestram, ex quo saeculo renunciaueritis, impedistis, nullatenus vobis expedire cognoscetis, si & vestri finem propositi, & quo exercitio illuc perueniatur, consulitis. Valeat mihi vestra dilecta dilectio, & licet in hac peregrinatione separati ad patriam velut diuerso itinere tendamus; oremus tamen pro inuicem ut in patria de Deo simul aeternaliter gaudeamus.

EPISTOLA XXXI.

DOMINO ET PATRI SVODESIDERATISSIMO, matri Catholicae cum amore reuerendo, cum reuerentia amando Archiepiscopo Lanfranco: Frater Anselmus suus in praesentis vitae sanctitate diuturnum fulgere, in futurae vitae felicitate aeternum gaudere.

De Lanfranci nepotis archiepiscopi sancto profectu, & quod sit valde grauediosus.

SI tam facile dictare & scribere, quam loqui possem, nunquam illi, cui tam saepe loquitur cor meum, epistolarum copia mearum deesset, nisi cum inopia mihi latorum adesset. Sed quoniam tam multa sunt, quae me dictare impediunt, ut hoc ipsum scilicet quam multa sint meditando nunc enarrare impediunt, precor, ne mihi patiens vestra succenseat sublimitas, quod raro ad se seruuli sui epistola perueniant. Quamuis namque rubigine stylus manu cessante rubescat: absit tamen, ut torpore animus lingua tacete tepefeat. Verum his nunc omissis de dulcissimo & dilectissimo dilectore meo nepote vestro, cuius conuersationis vos scio semper praesentem, habere velle notitiam; hoc vobis mando, quod mea testatur conscientia. Sic utique cauet, a quibus est cauendum, ut nulli nostrum iure videatur reprehensibilis: sic studet humili benignitati, & benigne humilitati: sic quieti & silentio atque orationi, ut merito sit omnibus amabilis. Vnde certe quotidie & ipse me de se laetum facit latiore, & ego illum, ut de communi proximorum dilectione taceam, vestro & suo merito dilectum habeam dilectorem. Sed est quidam, quod quamuis vere credam, quia clementer ei facit diuina prouidentia, non tamen illud videre possum absque charitativa compassionis molestia. Dolo namque capitis iam per plures menses sic eum paternae diuina affligit castigatio, ut & aliquando a conuictu communi eius laeta dissoci-

etur conuersatio, & omnino a lectione aut aliqua studiosa meditatione eius prohibeatur intentio. Quod idcirco vobis mando, ut & ego apud vos non sum reus huius rei silentio & vos aliquo si potestis eidem charissimo meo per (a) D. Abbatem subueniatis auxilio. Et ut per aliqua signa morbi genus medicus idem cognoscat, ferè semper quasi verberatur ei tempora, frons semper ponderosa, sed maxime inclinata. Lux omnis & sonus quanto maior tanto molestior. Saepe maxime autem post cibum vultu toto valde rubescit, & simul non solo vultu, sed toto capite ignescit. Dominum vero (b) Guidonem, quem magisterio puerorum addidimus, sic suavis commendat obedientia, & in strenuitate humilitas, ut pariter gloriari possimus, & vos per quem, & nos qui eum talem habemus. Dominus Osbertus vester, utique & pietatis affectu hilaritate condito indies venerabiliter pinguescit, & scientiae profectu per studii instantiam & ingenii serenitatem tenacem; memoriam quotidie laudabiliter crescit. Non solum igitur ideo, quia nos vestra pariter copular paterna, qua nos fraternè iactamus, dilectio, sed & eius exigentibus meritis tanta dilectionis mutuae iucundamur conglutinamurque delectatione, ut iam separari non possumus absque vtriusque animae scissura quadam, & cordis latione. Sed quando hoc vestra eum iussione reuocante continget, mea scissura in suo hiatus permanente ipse suam consolabitur per resolidationem alterius maioris, quam nunc patitur. Verum quiddam est, unde me sibi compatiendo dolere compellit. Crescente namque infirmitate quadam, quam vobis notam esse dicit, sic saepissime grauatur, ut aliquando usque ad vitae periculum perducatur. Inprimis enim subitum frigus totum caput illi, deinde cor & totum corpus vehementer afficit: & mox cor immoderata pulsatione laborans, simul cum omnibus corporis sensibus & viribus, sicut exhaustis sanguine fieri solet, deficit: Ex quo defectu, postquam quasi reuiuiscit, statim velut febricitas totius corporis ardore ignescit. Sequitur quoque dolor capitis, & quasi vomere debeat, grauis perturbatio. Saepe etiam, maxime cum cantat, sic capitis perturbatione vexatur, ut locus in quo est in vertiginem illi rotari videatur. Quem quoniam nec scio nec possum melius, quam a vobis amari, amare, supersedeo pro eo paternitatem vestram rogare. Audiui quod sanctus Dunstanus regulam vitae monachicae instituerit: Si igitur sic se res habet, vellem libenter famosam vitam & instituta tanti Patris videre.

EPISTOLA XXXII.

DOMINO FRATRI, AMICO HENRICO: Frater Anselmus, in hac vita perseverantem sanctitatem, in futura aeternam felicitatem.

Habet gratias pro Monacho diligenter curato

HOC pro certo laudabiliter soluitis, quod charitati debetis, cum communi fratri nostro Mauorcio vos, sicut ipse mihi scripsit, benignos ac beneficos in omnibus exhibetis. Sed tamen me non modice gratiarum eod vobis debitorem efficitis, quod illi beneficia vestrae charitatis ob amorem mei propensius impenditis. Verum quoniam nequaquam nunc recenter dicimus: ego & vos quid

a Is est, ad quem epistol. 28. & epist. 24. 25. & 26. sup. eius sit mentio.

b Hic Guido sodalis erat. Lanfranci huius, simulque se Becci in disciplina regulari delectant.

quid inuicem de vobis possimus pro nobis confidere: dignius aestimavi, easdem gratias in arcameteris clausulas servare, quam non ignorati in chartula describere. Cuius enim semper promptam bonam voluntatem esse non dubito, non solum cum per exhibitam sibi oportunitatem operatur, sed semper gratis dignum existimo. Quoniam tamen meritis vestris ad presens opere aptius respondere non valeo: monachis vestris, qui mecum sunt, quantum possum quod tribuitis, retribuio. Quia desideratam mihi aliisque fratribus vestris vestram presentiam super promisistis; si Reuerendus Dn. Archiepiscopus mare non esset hoc tempore transiturus: speramus, quia terminus a vobis mandatus praeteriit, quod idem Venerabilis Pater ad nos sit ante Pascha venturus. Quod utinam cum eius prospera hilaritate & hilari prosperitate fiat. Si vero ipsum sicut existimamus non viderimus, scitote, quia vos a debito promissionis vestrae, nisi vos videndo non absoluitis. Quippe quod scripsistis, vos de aduentu nostro sperare futurum: ita tenemus acti polliceremini euenturum. Valete.

EPISTOLA XXXIII.

SVO SVVS, AMICO AMICVS,
Fratri frater, Gondulpho Anselmus: pro amore
felicitatis perseverantia in sanctitate, pro
premio sanctitatis aeternitatem
& felicitatem.

Non esse scribendum amico, cuius memoria perpetua sit in corde.

ET meus Gondulfus, & tuus Anselmus testis est: quia ego & tu nequaquam indigemus, ut mutuos nostros affectus per epistolas nobis inuicem indicemus. Quoniam enim anima tua & anima mea sese ab inuicem nequaquam esse patiuntur absentes, sed sunt indefinenter se mutuo amplectentes, nihil nobis inuicem deest de nobis, nisi quia corpore non sumus nobis praesentes. Cur autem tibi dilectionem meam describam in charta, cum eius veram imaginem assidue serues in cordis tui arca? Quid enim aliud est tua dilectio erga me, quam imago in me dilectionis erga te? Inuitat igitur me nota mihi tua voluntas, ut propter corporalem nostram absentiam aliquid tibi scribam: sed quia nobis noti sumus per animarum praesentiam, nescio quid tibi dicam, nisi Dominus tibi faciat, quod ipse scit tibi placere, & tibi expedire. Vale.

EPISTOLA XXXIV.

FRATRI ET FILIO CHARISSIMO
suo Mauricio: Frater Anselmus dilectionis
suae integritatem, integritatis DEO
protegente perpetui-
tatem

Gratulatur Mauricio de bona valetudine restituta.

NON quia vel me dignum, cui a quoquam paterna debeat reuerentia putem: vel quia dilectionem meam alicuius momenti existimem huiusmodi salutatione epistolam tuae dilectioni destinatam praetulaui: sed quoniam ex quo te noui, semper erga te & fratris dilectionem & patris diligentiam, & si non potui tamen adhibere curam. Quam meam, quoniam notam & gratam esse tibi scio voluntatem, idcirco gratum fore tibi non dubito, si me dilectionemque meam apud te confido, in aliquam extollere dignitatem
D. Anselm. Tom. 4.

Quoniam igitur praecessit quasi superbae salutationis excusatio, subsequatur iam fraternae allocutionis executio. Sicut enim non dubito, quod & tua erga me ferueas, & mea erga te gaudeas dilectione: ita certus sum, quia quotidie desiderando expectas, expectando desideras, separationem, quam a dilecto dilectore tuo pateris, consolari alicuius mei nunciu auditu vel lectione. Susceptis dilectionis tuae litteris; maior animum amici tui dilatauit letitia, quam te, fateor, a nobis discedente contraxit molestia. Te namque discedente leuius dolui, quia quod euenisse mandas, hoc euenturum desiderando expectabam: nunc autem verius gaudeo, quia hoc euenisse mandas, quod euenturum expectando desiderabam. Quod quia nimis tarde videbatur ad meam peruenire notitiam, literas pro hoc ipso discutiedo dilectioni tuae dirigere, antequam tuas accepissem, proposueram. In primis igitur pro his, quae mihi scripsisti, erga te bona esse, gratias ago Deo, a quo est omne bonum: deinde omnibus illis, qui tibi exhibent nostrae dilectionis occasionee charitatis bonum. Te vero charissimum mihi moneo, quatenus gratiam & beneficia eorum, cum quibus degis, quae ante tuae conuersationis agnitionem potuisti obtinere, deinceps per eundem conuersationis ostensionem merearis retinere. De reatu tuo te desiderare significas, sub silentio adhuc decretum suppressere: donec tempore oportuniori reuerendo Domino & Patri nostro Archiepiscopo Lanfranco, cuius voluntati nos obedire oportet, desiderium nostrum rationabiliter valeamus suggerere. De (A) regula Sancti Dunstani scripsi Domino Archiepiscopo. Tu tamen iusta Domino Henrico & Domino Gundulpho ex nostra parte, ut eandem regulam, & (b) Bedam de Temporibus, propter ea, quae in nostro scis esse corrigenda, qualescunque quantum tamen meliores possunt in illis partibus quaerentes mihi cito eisdem libros remissuro debeant accommodare. Omnipotens Dominus te sibi semper & ubique custodiat frater, & quoniam hoc maius audire fili charissime, vale. Nostras literas raro expectando propter sterilia impedimenta mea, tuis rogo me saepe laetifica: Iterum dico, quod semper volo, vale.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM XXXIV.

DE regula (A) Sancti Dunstani. Sanctiss. Dunstanus Glastoniensis Abbas, postea Wigorniens. Episcopus, deinde Archiepiscopus Cantuariensis, sedit annis 27. iacet in metropolitana ecclesia S. Trinitatis supra altari suo nomini dicato iuxta maius altare eiusdem S. Trinitatis: cuius festum est 14. Calend. Iunii. Sic de Dunstano MS. Tabula Cantuariensium Archiepiscoporum in nostra Bibliotheca. Vnde fertur error Petri Equilini, scribentis lib. 8. c. 29. Catalogi Sanctorum: Dunstanum ad Superos in grasse 7. Idus Sep. emb. Plura de illo sanctissimo viro scriptis reliquere Osbernus Cantor Ecclesiae Cantuariensis, Guilhelmus Malmesberiensis lib. 1. de gest. Pontific. Anglor. & lib. 2. de gest. Reg. Anglor. c. 7. 8. 9. 10. Specialius vero in duobus libris de eius vita lucubratis (teste Balzo cent. 2. scriptorum Britan.) Henricus Hungtendonensis Archidiaconus lib. 5. sua histor. Roger Hoved. priori parte Annal. ab anno 919. (quo illum esse natum refert) ad 983. Guido Abbas Sandionysianus MS. in nostra Bibliotheca c. 5. sui sanctilogij ad 14. Calend. Iunii.

C Regula

b Librū Bedae de Temporibus. MS. Becci vult Anselmus emendat.

Regule vero Sancti Dunstani meminit Anselm. supr. epist. 31. & Balus entur. 2. nom nat m, quam inscribit Regulam vita monasti 2: Cui annumerat Benedictionarium Archiepi copale lib. 1. Ordinationes levi, super Regulam Sancti Benedicti, de o. culca Philosophia. Leges decimarum ontra sacerdotes ad Pap. m. Solution s dubiorum Eucharistia. Epistol. ad duersos. Caterum ad epist. 19 lib. 3. eum, opitulante Christo, vindicabimus ab impia Matthai Parke i Pseudoarchiepiscopi Cantuariensis scurrilitate.

EPISTOLA XXXV.

FRATRI, ET FILIO SVO CHARISSIMO Mauritio: Frater Anselmus diuinam in prosperis custodiam, in aduersis minuitionem:

Quod non scribat ob penuria Tabellariorum.

Si hoc esset, quod quæsta est tua dilecta mihi dilectio, in secunda sua mihi destinata epistola, quod scilicet te negligendo nullis te nostris litteris, postquam mare transisti, visitauerim, quolibet asserente, me nimis inconuenienter egisse, non defenderem, & omnibus tacentibus ipse me non modicè reprehenderem: Absit enim, vt quem à puero, & à prima cognitione tanto studio pro modulo meæ possibilitatis te teste dilexi, nunc te negligam: cum ad morum probitatem & amorem Dei, quantum largiri dignata est superna clementia, profeceris, & indices nitaris proficere: quod semper de te desiderauit cor meum, & fategit studium meum. Vtique antequam tuas mihi priores literas transmitters, meas tibi transmittendas per primum, qui se opportunum exhiberet nuncium, paraueram. Sed cum eundem epistolæ tuæ latorem, congruum existimarem meæ relatorem: contigit eum pter spem & votum suum & meum tam diu demorari, vt mea epistola tuæ priori respondens iam scripta à tua visione tam diu differretur, donec secunda tua mihi deferretur. Licet enim multi Normanni ad Anglos transeant, paucissimi tamen sunt, qui me sciente hoc faciant, in quibus paucissimis vix est aliquis, quem nostram legationem sine dilatione & non negligenter facturum confidam. Sed & res ipsa me apud meum excuset criminatorem, duas meas epistolas duabus tuis respondentes mitto per tuarum relatores. Et quoniam cum importuno mihi res est, quod sigillatim suisque temporibus facere non potui: saltem simul ad persuadendum incredulo, & satisfaciendum suspicioso facere disposui. Illud, propter quod tantopere me reuerendæ Domini & patris nostri Archiepiscopi instare sanctitati postulasti, quanto studiosius secundum tuam voluntatem potui, in quadam mea illi missa epistola facere tentavi. Si igitur, cum eius semper nobis amplectenda gratia, te ad nos, secundum quod tibi expedit, & ego & tu desideramus, redire contigerit: quod scriptum erit de aphorismo, tecum asser. Interim tamen, quantum sine tuo incommodo potes, de textu primum effice: deinde, si tibi licuerit, de glossis, hoc ante omnia seruans, vt quicquid ex eo detuleris, diligentissimè sit correctum. Si quid verò te redeunte residuum inde fuerit; si oportune Dominus Gondulfus per aliquem hoc per-

ficere poterit, eius curæ designatum dimitte. Multò tamen melius erit, si exemplum ipsum, vt mihi accommodetur, idem Dominus Gondulfus poterit impetrare. Saluta Dominum Herluinum, monens vt & sibi & mihi memor sit me. Vale.

EPISTOLA XXXVI.

DOMINO, FRATRI, AMICO in Christo amato, & ad Christum desiderato Alberto: Frater Anselmus pro cælestibus terrena despiciere, pro terrenis cælestia percipere.

Mirificas refert gratias Alberto Medico Anglo, de Mauritij Beccensis cura, cui assidue insistere rogat.

NON solum præmium, sed vel gratias, fateor me secundum meritum vestrum & desiderium meum, pietati vestræ non posse rependere, pro misericordia, quam dilecto fratri meo Mauritio in infirmitate sua dignatur impendere: quoniam tamen alterum utcumque valeo; ad alterum tamen hullatenus sufficio: iniustus mihi videor, si in eo, quod possum, deficio: Gratias igitur tantas, quanta mea possibilitas est, refero: sed præmium vobis multò opulentius à CHRISTO reddendum referuo, cui, (a) ipso infirmo, curam exhibetis ipso teste in suo setuo Mauritio: Precor etiam quatenus, sicut vos mercedem non tædebit perfectam percipere: ita non piget, quantum in vobis est, sanitatem inceptam perficere: Sed his præmissis, quæ debeam pro gratiarum actione; quæ sequuntur, erunt de quadam, quam vobis adhuc debeo, responsione. Olim namque, cum litteris vestræ dilectionis rescipsi, non totum, quod mentè conceperam, descripsi. Quatenus vestra prudentia minus fastidiosè perciperet, quod scriptum sibi minus verbosè perspiceret. Ad eandem igitur responsionem pertinet, quod inferius epistola plens hæc continet. Cum verè dilectam mihi honestatem vestram, tanto studio dilectionem vilis homunculi meam dico, affectare intueor: utique illam tanta sua supplicatione maius aliquid mereri, quam meus sit amor confiteor. Sed quoniam aliud quid, quod vobis dare possim, maius amore non habeo; ipsum, quam maiorem pro meo modulo possum, exhibeo. Maiorem verò dilectionem puto, quod à me nemo valet exigere; quam vt velim eum tanquam meipsum diligere. Quapropter si vobis consulo, quod me mihi, cum sic essem, sicut vos nunc estis, singulariter consuluisse, consulendo tenuisse; tenendo amare, amando habitu profiteri, & tota vita niti cognoscitis: vos ipsi iudicate, si illud respere debeatis; cum hoc ego vobis fideliter exhibeam, quod vos à me suppliciter exposcitis. Denique ipsa venerabilis Domini & patris nostri Archiepiscopi autoritas (cuius iudicium sua nec prudètia falli, nec iusticia fallere permittet) ipsa, inquam, decernat, vtrum vos deceat, aut mihi non sit iniuriosum, vt nostram vobis dilectionem expetendo asseratis placere, & eandem ipsam eius usum, in quo illa verior est, contemnendo probetis vobis displicere. Sed quantum non vos lateat, ad quid velim denenire; consilium tamè meum, imò non meum sed Dei, non me piget clarius aperire. Si igitur iam experti estis, quoniam

a Matth. 21. infirmus sui & visitasti me. Sic in lib. mil. 39. Eua. D. Greg. Pa. Christum in specie leproso collectum & portauit a Martyris monacho dixit: Marij tu me non arubusisti super terra, sed ego te in cella crebuissem.

b. i. Ioan. 3. est, est mu li c. d. Moth. 10. Mar. 10. Lwo. 10. ma vi. Ioan. 2. fide qu ni ac ha

a ad eū scribit epist. 22. lib. 2.

quonia (b) omne quod est in mundo, concupiscit in carnis
est, & concupiscit in oculorum, & superbia vita, qua non
est ex Patre, sed ex mundo est: si iam cognoscitis, quia
mundus transibit & concupiscit eius: si legistis, (c)
quia amicus saculi huius, inimicus Dei constituetur:
si creditis, (d) quia, quicumque reliquerit domum
suam, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut
matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter no-
men meum, centuplum accipiet, & vitam æternam pos-
sidebit: horro (e) vos, nolite deligere mundum, nec ea,
qua in mundo sunt: sed relinquit ea, & sequimini
paupertatem Christi, ut pro eis centuplum
accipiatis, & vitam æternam possideatis. Amen,
fiat.

EPISTOLA XXXVII.

DOMINÆ EXIMIÆ, ET MERITO
sanctitatis cum amore reuerendæ, cum reueren-
tia amandæ Frodelinæ, Frater Anselmus Beccen-
sis, vita peccator, habitu monachus, seruus ser-
uorum & ancillarum Dei, vitæ præsentis
perseueranter crescentem san-
ctitatem, & vitæ futuræ
æternam felici-
tatem.

*Preceatur sanctissima mulieris partu: ipse orationibus
& meritis.*

POSTquam odorem vestræ bonæ famæ, quæ lo-
ge lateque suaviter redolens circumuolat, præ-
senti, semper desideravi ad vestram notitiam ali-
qua commoda occasione peruenire, ut per noti-
tiam mererer aliquatenus ad amicitiam peruenire,
ut qui bonis meis meritis me video valde indige-
re, vestris me possem aliquantulum per charita-
tis communionem miscere. Sed gratias ago Deo
quia dum hanc voluntatem gererem, & volunta-
tis affectum cupidus expectarem, intimatum est
mihi per communem in Christo fratrem & ami-
cum nostrum Dominum (a) Hudonem inclusum
Cadomensem, quia sanctitas vestra non dissimili
affectu similem de se apud me præstolaretur eu-
tum. Quapropter quoniam comperio, & com-
periens gaudeo, Christum desideria vestra, quæ
nouit ex sua nasci dilectione, nobis ignorantibus
exaudiisse, atque nos etiam nescientes pari-
bus votis, similique dilectione iunxisse, iam non
timens notam præsumptionis, mitto vobis litte-
ras meas per confidentiam mutuæ dilectionis. Et
quidem, Domina charissima, & ideo Domina &
charissima, quia vitæ meritis valde præstantior:
ego scio in me nihil vel minimum aliquid esse, quod
dignum sit ad augmentum vestræ sanctitatis ex-
pectari. Quoniam tamen vestris maioribus bonis
desidero participare, nescio quâ fronte pos-
sim vobis participationem meorum bonorum,
qualiacunque sint, cum eam desideretis, negare.
Si quid igitur boni IESVS CHRISTVS Do-
minus noster in me operatus aut operaturus est,
oro ego, & concedat ipse secundum veram DEI
& proximi charitatem, ut vobis non aliter, quam
mihi imputetur. Peto etiam, licet mea merita
nequaquam vestris possint æquari, ut vestra bea-
tudo me in eandem charitatem suorum meri-
torum cõmunioni aliquatenus dignetur admit-
tere. Quamuis autem mens vestra diuino spi-
ritu feruenter afflata non indigeat admonitio-
ne: deberem tamen ego pro debito meæ professionis
D. Ansel. Tom. 4.

aliquam exhortationem scribere vestræ sanctita-
ti, nisi epistolæ timerem prolixitatem. Quod de-
bitum donet Deus, ut aliquando, vel colloquen-
do, vel scribendo persoluam. Omnipotens Do-
minus sic vos in temporali vita ab omnibus malis
custodiat, ut vos post hanc vitam in æternis bonis
constituat. Domina multum in Christo amanda
& reuerenda. Ipse sic inuicem me vestri & vos
mei memores in suo amore faciat, ut & illi placeat,
& nobis ad vitam proficit æternam. Amen.

EPISTOLA XXXVIII.

DOMINO REVERENDO, AFFE-
ctu toto diligendo & dilecto Guilhelmo, Frater
suus Anselmus, pro amore felicitatis perse-
uerantiam in proficienti sanctitate,
pro præmio sanctitatis æter-
nitatem in sufficiens
felicitate.

*De litteris Guilhelmi sibi redditis gaudet, eumque in
pietate promouere hortatur.*

LITTERÆ, dulcis mihi vestræ dignationis, quas
suscepi cor meum dilecti vestri nominis titulo
lætificauerunt, sublimis humilitatis odore re-
fecerunt, profundæ charitatis sapore satiauerunt,
piæ conuersionis affectu compunxerunt. Qua-
rum petitioni, cum nunquam velim deficere, uti-
que fateor, responsioni me nequaquam posse suf-
ficere. Cum enim in toto me & in omnibus, quæ
in me sunt, conscius ipse mihi sim, nihil esse dig-
num tanta postulatione; & vestra beneficia, & quæ
valde maius & mihi charius est, vestra erga me di-
lectio plus mereatur de me quam me ipsum: cer-
tè nulla sufficit affectui meo verborum deuotio,
qua vobis, quia plus non possum, offeram memet-
ipsum. Quatenus vestra sanctitas nec iugem me-
moriæ sui, in me velut in suo dubitet non esse,
& si quid diuinitus sit in me, certa sit, velut quod
sui est, suum esse. Quoniam igitur non solum or-
ationis, sed & monitionis & omnimodæ solici-
tudinis debitorem me scio illius salutis, cuius me
ipsum esse profiteor, rogat, monet dilectus fide-
lis vester, ne arescat (a) per amorem sæculi semen
bonæ voluntatis, quod in vobis per diuinum re-
spectum cepit germinare: ne teneantur laqueis
sæculi pedes vestri, qui iam non solum per opera
misericordiæ, sed & per celsioris tramitis intenti-
onem in via æterna cœperunt ambulare: Sed soli-
cité (b) auertedo oculos mentis vestræ, ne vide-
ant vanitatem, semper eos per indeficientem in-
tentionem conuersos habeatis ad veritatem.

*a Respicit ad
illud Christi
de semine &
seminante,
Luc. 8. Quod
autem in spi-
ritu cecidit,
hi sunt. &c.*

b Psalm. 118.

EPISTOLA XXXIX.

SVO DILECTISSIMO AMICO ET
fratri, & quoniam hoc charius auditur, cha-
rissimo filio Mauritio: Frater An-
selmus, salutem.

Se accepisse munera transmissa.

PRæciosum munus, præciosam mihi tuæ dilecti-
nis, eâ charitate, qua missum est, suscepi; &
in eum usum, ob ampliorem tui memoriæ, quæ
postulas penes me mansurum constitui: non tan-
tum, ut recipiam aliud, sicut promittis, quantum,
quia sic tibi placere, & ego scio, & tu significas

ruis dictis. Pro quo gratias tibi scribendo referrem, nisi tu scires, quia plus aliquid paratus fui tibi semper tribuere, antequam esset, quod possem retribuere. Semper enim fui, & sum memetipsum, & quod possum tibi & pro te paratus impendere. Festinat lator, cogor, quæ conantur erumpere, animi verba reprimere: hoc tamen subinfero, quod tibi fui, hoc persisto. Vale.

EPISTOLA XL.

DOMINO ET PATRI REVERENDO, amico dulcissimo Helgote: Frater Anselmus vitæ præsentis diuturnam prosperitatem, & futuræ æternam felicitatem.

Commendat Abbatis fratrem.

Dominus Abbas Rogerius certus de vobis, & de me: quia sic nos in cor unum & animam unam ignis charitatis conflavit, ut quod alter alterum scire noluerit, hoc ipse nolle non possit: petiit à me quatenus eius frater Gunfridus, qui ^(a) Cadomi moratur, vestræ sanctitati commendaretur per me. Non ut aliquando, aut eius iniustitiæ in aliqua causa à vobis fauceatur, aut aliquid de eius seruitio, quod Domino Abbati & monasterio vestro debet, per vos relaxetur: sed ut charitatem, quam vos omni proximo scitis debere, familiarius illi, cum id ratio videbitur exigere, propter amorem vestrum dignemini exhibere. Si igitur iudicat prudètia vestra, quia quod tantus amicus me postulat, non indecenter, nullatenus possum negare decenter. Nihil aliud restat, nisi ut, quod omnibus est honestum amicis, concedatis libenter. Salutate Ducem & Venerabilem Patrem & Dominum nostrum Abbatem, & omnes dilectos dominos & fratres nostros, qui vobiscum sunt. Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras.

EPISTOLA XL I.

SVOD DOMINO ET PATRI ARCHIEPISCOPO, reuerentia, culto & amoris affectu dignissimo Lanfranco, suus subiectione & amore seruus & filius, Frater Anselmus quod suus.

Lanfranci modestiam de munerum tenuitate prædicat.

Sicut paterna vestra dilectio nescit non esse mihi, & cum non largitur munifica; & cum secura est, sollicita: Ita scitote, imò scitis fidelitatem nostram, & cum tacet, nunquam esse ingratham. Cum enim mihi, non mittitis ex usu dilectio dilectori vestro prætiosa munera, blandè satisfaciendo prætiosorem mandatis excusationem, & cum certi sitis, me nihil contra Christianam fidem sentire, satagitis tamen, ne quam de me prauitatis vel falsam aliquis possit habere opinionem. Quippe talis, qualis illa fuit, quam mihi fecistis, munerum excusatio: cum à tanto, tantillo sit: munus est multo prætiosius purpura & auro. Quod utiq; munus non misistis, ideo quod eo me indigere putaretis, cum nequaquam ignoretis illud mihi in cordis arca semper recòditum: sed quia benignitas vestra nū-

cium à se ad me vacuum transire pati non potuit. Neque enim cum vestra suscipio dona, opus habeo eorum commendatione, quæ nullatenus dubito vera mei dilectione fieri: neque cum non affluunt, indigeo exultatione; quia certus sum, ea cessare aliqua iusta ratione: quam si vobiscum intelligerem, eligerem vobiscum. Quod autem percipitis, ut circa quasdam non meas, nec alicuius Christiani assertiones simpliciter quam me scitis tenere veritatis sententiam, proferam, gratissimè accipio, & libentissimè obedio. Didici in schola Christiana quod teneo, tenendo assero, asserendo amo: quia ^(a) si quis eorum, qui habent substantiam mundi dederit indigenti vel calicem aquæ frigidæ, propter verum amorem Dei & proximi, elemosynam facit, & non perdet mercedem suam. De monachorum vero abstinentia, hoc sentio; quia ^(b) quanto maiore amore Dei aut proximi monachus ab appositis sibi alimentis abstinuerit, tanto maiorem & facit elemosynam, & acquirit mercedem.

a 1. Joan. 4. Math. 3. Marc. 9.

b Monachus quanto maiori Dei vel proximi amore ab appositis, tanto amplius mercedem.

EPISTOLA XL II.

DOMINO, AMICO, FRATRI CHARISSIMO Henrico Frater Anselmus vitæ præsentis prosperam diuturnitatem, & futuram felicitatis æternitatem

Dolet, quod sæpius scribere nequeat ob clausura alia impedimenta.

Quamquam vera dilectio semel accensa semper flagret sine ventilationis instantia, non tamen parum iucunditatis ab amicis ex ea percipitur, siue à præsentibus, ex mutua conuersationis; siue ab absentibus, ex alicuius commonitionis frequentia. Quoniam igitur superna sic disponente prouidentia mutuis aspectibus inuicem non possumus iucundari, vel alternis missis salutationibus, & si non quantum volumus, saltem quantum possumus ab inuicem debemus lætificari. Quapropter si mihi tam sæpè liceret, quam sæpè vellem, utique sæpissimè schedulam & nostram vobis dirigerem, & mihi vestram exigere. Mihi quippe, meis id peccatis agentibus, sic non solum dictandi, sed & legendi & meditandi siue orandi opportunitatem video remorari ut credam à me Dei misericordiam amoram. Unde licet, non quantum ad eandem reuocandam misericordiam diuinam sufficiat, inconsolabiliter tamè doleo: quia cum tantum sit misero mihi quietis impedimentum, nullum me consolatur inquietudinis emolumentum. Quia in re cum non iniuste mihi videar viles & steriles, quas tamen negligere non audeam, occupationes accusare: nequaquam tamen rem interius discutiens, meam valeo ignauiam excusare. Adeo namque vilis mens mea quasi quadam naturali arctatur angustia, bonæque voluntatis languet imbecillitate, ut vni quamlibet parue curæ, cæteris exclusis, tota non sufficiat, & cuiuslibet oneris tentationisque grauedine victa succumbat. Quapropter mi charissime frater & domine, quoniam ex charitate, & mea merita, si qua essent, vestra esse vellem; & quæ vestra sunt, mea esse confido: De mea desperans ignauia, vestram precor & exhortor strenuitatem: ut qui me ex meo minus proficiente defectu sentio reprobati, per vestram inde-

a Hic Cadomum ponitur pro urbe, de qua ad epist. 13. supr.

a Ab hoc loc. usq; ad finem similia dicit epist. 4. supr.

b In virtutibus est difficultas conuictus quæpiam cogit, quædam carere per totum.

a Math. 20.

indeficientem profectum merear reuocari. Valeat & valeat nunc & in eternum dilecti mihi vestra fraternitas.

EPISTOLA XLIII.

DOMINIS ET FRATRIBVS ET amicis charissimis, Herluino, Gondulfo, Mauritio: Frater Anselmus, ascendendo de virtute in virtutem peruenire ad Christum summam Dei virtutem.

P. rænica est epistola ad Beccenses monachos, in Cantuariensi Ecclesia tum degentes.

Quoniam & vnum est, quod vos pari intenditis proposito, nec est diuersum, quod ego de vobis comuniter desidero: Idcirco vos simul vnius epistolæ allocutione coniungo. Si bene meminit dilectio vestra, quales vos semper optem videre presentes: sufficienter nouit, quales vos assidue desiderare audire absentes. Quoniam namque, vt vestra mihi testis est conscientia, omnibus vobis fratris dilectionem, & insuper vni vestrum patris diligentiam ex corde non dicam impendi, sed volui impendere: nullum interiuentis terræ marisque spatium affectum vestrum a me valuit abrumper. Licet igitur Reuerendi Domini Patris nostri Archiepiscopi præsens vobis consilium & admonitio, singulorumque vestrum continua, quid suus habitus profiteatur, meditatio, mutua quoque in sancto seruire collocutionis frequens actio sufficiant, quibus vestra studia bene incepta quotidie ad meliora proficiant: exigit tamē indeficiens dilectio, vt exhortationes nostræ, qualescunque sint, vobis quamuis absentibus & non indigentibus non deficiant. Moneo itaque & precor charissimi, quatenus (a) nihil sit, quod mentem vestram a sui reuocet custodia, sollicitè discutiatur, quid quotidie acquirat proficiendo, ne quid (quod absit) perdat deficiendo. Sicut enim in virtutibus (b) difficilius est aliquid non habitum conuincendo assequi, quam desidia carere: ita grauius est recuperare, quod per negligentiam amittitur, quam adipisci, quod nondum quia habuisse cognoscitur. Semper igitur dilectissimi, præterita quasi pro nihilo sic deputetis, vt & illa, ad quæ profecti estis, temerè non contemnatis; & his aliquid addere, licet per infirmitatem nequeatis: tamen per inopportunitatem semper contendatis. Quoniam namque (c) inter multos vocatos pauci sunt electi; certi sumus omnes veritate dicente: sed quam pauci sint, incerti sumus cuncti veritate tacente. Quapropter quicumque nondum viuit vt pauci; aut vitam suam corrigat, aut inter paucos se colligat; aut cum certitudine reprobationem timeat: qui verò iam sibi videretur de paucis, non statim de securitate electionis confidat. Quippe quoniam nemo nostrum scit, in quantam paucitatem redigantur electi: nullus itaque nouit, si iam sit inter paucos electos, licet iam paucorum sit similis inter multos vocatos. Nullum igitur retro respiciendo penset, quam multos in via cælestis patriæ præcedat: sed in declinabiliter in anteriora intentus, sollicitè consideret, si iam pariter cum his de quorum electione nemo dubitat, incedat. Videre igitur charissimi, ne qualibet occasione timor Dei quem concepistis, tepescat: sed semper quasi in-

deficienti studio ventilatus, indies feruescat, donec vobis in securitatem æternam mutatus luceat. Valete amici mei amantissimi, & rogo vos, per fraternali charitatem, quam mihi debetis, orate solito instantius, ne ego qui vos hortor ad profectum; perficiam quem iam olim verè incepi, & iam nunc ferè effeci miserabilem defectum.

EPISTOLA XLIV.

OLIM SOCIO ET FRATRI COEQUA familiaritate diligendo, nunc Domino & Patri cum dilectione reuerendo Rouestrensi Episcopo (a) Hernosto: Frater Anselmus in hac vita integram incolumitatem, in futura perfectam felicitatem.

Acerrimis oppressum doloribus ad patientiam excitat.

Cum audio, quod frequentibus & grauibus molestiis ferè vsque ad mortem caro vestra atteritur, contristat me humana inuestitia meus affectus: sed cum considero, quia per hæc anima vestra ad æternitatem nutritur, consolatur me spiritali lætitiâ vester profectus. Notum quippe est Sanctitati vestræ, quia in tribulatione carnis & per vitionem rubigo peccatorum exurit: & per patientiam iusti vita perficitur. Scriptum namque est, quia (b) flagellat Deus omnem filium quem recipit: Et quia (c) tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spes. sp. s autem non confundit. Et quia (d) patientia opus perfectum habet. Vnde proculdubio cognoscitur, quia tanto affectu est in tribulatione gaudiendum, quanto conatu est per spem & operis perfectionem ad filiorum hereditatem nitendum. Cum enim semper gratum sit Deo, si nunquam ab eius ordinatione dissentimus, tunc vtique valde illi placemus, si & in nostra aduersitate eius voluntati hilariter consentimus. Et quanquam sit iustissimus, nequaquam tamen, cum sit misericordissimus, cogit nos peccata in futuro sæculo vindicta repetituluere; quos hic viderit vltioni cum animi hilaritate occurrere. Tanto itaque districtum iudicem expectare poterim? leuiorem, quanto nunc patienter sustinebimus seueriorem. His igitur & aliis huiusmodi meditationibus, mi Reuerende Domine, sicut scit paterna vestra Sanctitas ex carnis defectu, animæ considerando profectum; ex carnis ægitudine, animæ salutem; ex vltione, indulgentiam trahat; ex ipsa tribulatione, consolationem, & ex mœrore, lætitiâ. Omnipotens & clementissimus Deus, sic vos in hoc sæculo per omnia suæ faciat concordare voluntati, vt ipse in futuro per omnia vestræ concordet felicitati; dulcissime mi Pater, & Reuerendè Domine, precor vt paterna vestra sanctitas non obliuiscatur serui sui, corpore absentis, sed mente adherentis: Valeat semper in Domino corpus & anima vestra.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM XLIV.

ERNOSTO.] Alias Arnasto, seu Hernosto, vt in Tabulis Episcoporum Rasensium Cod. cis Victor anilegitur his verbis: Post restaturationem à Lanfran-

Ab hoc loc. usque ad finem similia dicitur epist. 4. sup.

In virtutibus est difficilius conuincendo assequi, quam desidia carere, quam recuperare, quod per negligentiam amittitur, quam adipisci, quod nondum quia habuisse cognoscitur.

Matth. 20.

Proverb. 3. Heb. 12. Apoc. 3. Rom. 5. d. Jacob. 11.

a. 1. Ioan. 3. Matth. 5. Marc. 9. Monachus quanto maiori Dei vel proximo amore abstinere ab appositis, tanto amplius orem est recepturus mercedem.

D. ANSELMI CANTVARIENS.

co Archiepiscopo Hernoſtus monachus Becci fit
Episcopus. *Tantum illa. In huius autem Hernoſti con-
ſecratione, cum ſuper altari inuenius fuiſſet iſte verſus:*

C. ſo proferte ſtolam primam. &c.

*Lanſancus prænunciavit, eum breviter moriturum: Neq;
tuen ſu ſeſellit Sancti Archiepiscopi vaticinium: quare
eodem anno exceſſit, poſt acerrimos diuturnoſq; corporis
dolores, ad quorum conſtantem tolerantiam Anſelmus
hic extitit & ſolatur. Caterum Roneſtrenſis, Roneſtren-
ſis aut Roneſtreſis ſunt dictiones iam exoleta & forma-
ta à Roneſtria ſe: Roneſtria, vt etiam legit Henricus
Hantiſidienſis lib. 1. hiſt. in hoc verſu:*

Teſtuſ i. ly form ſaſitu; Roneſtra viſu.

*Hodie dicitur Roſſa civitas Cantuarienſis Comitatus in
aditu ſit: à qua Roſſenſes Episcopi denominati. Superius
autem de Arnoſto recenſit: recenſet Lanſanci Biogra-
phus MS. in Chronico Beccenſi.*

EPISTOLA XLV.

REVERENDIS DOMINIS, DILE-
ctiſſimis auunculis, dulciſſimis nutritoribus ſuis,
Lamberto & Folceraldo: Frater Anſelmus,
bona temporalia pro æternis deſpi-
cere, æterna pro temporalibus
percipere.

*De lethargico mundi ſomno corripiantur. Huc refer
epiſt. 18. ſuprà.*

QVAMVIS nos locorum temporumque ſpa-
tia ſeparent, arbitrio ſuperno diſponente:
nulla tamen cauſa veſtre dilectionis affectum va-
let aut valebit mihi minuere, diuinâ gratiâ prote-
gente. Et quoniam certum eſt cordibus veſtris,
ſimilem affectum erga me non diſſimiliter inhæ-
rere; vtique dubium mihi non eſt, quod ſicut
ego ea, quæ circa vos ſunt; ita vos ea, quæ circa
me ſunt, nota ſemper deſideretis habere. Sed ea
per huius ſchedulæ latoſorem plenius poteritis diſ-
cere & notificare, quam breuitas epiſtolaris ſuffi-
ciat intimare. Quale autem deſiderium cor me-
um gerat de vobis, ille à quo, & ad quem, & cui
ſoli notum eſt idem deſiderium, ſic intimet &
perſuadeat vobis, quomodo ipſe ſcit expedire
vobis: vt tamen aliquid de cordis abundantia e-
loquar, nihil magis de vobis timeo, quàm ne in
amore ſæculi & ſæculari vita perſeueretis, dormi-
entes vſque in finem; & nihil aut parum quid in-
ueniatis cum vitis diuitiarum in manibus veſtris,
cum cuiſilaueritis poſt finem.

EPISTOLA XLVI.

SECUNDVM CARNEM CONSAN-
guineo in Chriſto fratri chariſſimo Folce-
raldo: Frater Anſelmus, ſic ire de
virtute in virtutem, vt vi-
deat Deum Deorū
in Sion.

*Se miro eius viſendi teneri deſiderio, ſed detineri per
milites vbiq; ſtantes.*

COGITAVI ipſe ego ad te venire, & ad pedes
reuerendi Abbatis tui proſtratus, quanta
poſſem humilitate poſtulare; ne animæ (me &
te dico) rauto conglutinatas vinculo carnis &
ſpiritus, violenta conuerſationis ſeparatione non

tantum diſiungeret quàm ſcindere. Sed tam
crudeli, tamque effrenata malitioſorum homi-
num in Francia debachatur ſauitas, vt nec me,
nec aliquem monachum, aut quempiam equi-
tem audeam tanto committere periculo. Re e-
nim vera Dominus Rodulfus cum te reducto re-
diret, in Archiepiscopatu Rhemenſi cum famu-
lis, equis ablatis omnibus captus eſt; quanquam
ſe ſub Archiepiscopi Rhemenſis tuitione ire cla-
maret. Qui aliquandiu detenti, vix tandem vno
equo retento, relaxati ſunt. Denique etiamſi
poſſem abſque omni te adire periculo, Rex ta-
men & Dominus Abbas noſter, in quorum po-
teſtate ſum, nolunt mihi eundi dare licentiam;
nec tamen ab illis, vt te poſſim habere, vllum re-
cupero auxilium aut conſilium, nec ſui eſſe ho-
noris exultimant, quod tanto ſtudio de tam lon-
ginquo, tamque humilibus & amabiliſſimis lit-
teris fruſtra bis poſceſerunt, tertio forſitan fru-
ſtra repoſcere. Hæc ideo tibi ſcripli, chariſſi-
me, vt tu haberes, per quem mihi deſideranti
ſcire, quæ circa te ſunt, mandare poſſes, & ſimul
ſcires, quia iam nullum ab homine expecto au-
xilium, quo tuam tantopere deſideratam con-
uerſationem aſſequi poſſim: Quatenus ſolius
DEI noſtro deſiderio fauorem, ſecundum ſu-
um beneplacitum, orantes expectemus, & in-
terim eius de nobis diſpoſitionem obedienter
patienterque toleremus. Sic enim citius & be-
nignius deſiderium noſtrum proficies; ſi non quod
nos volumus, ſed quod ipſe vult, nos deſidera-
re, perſpiciet. Quanquam enim tu valde ſuf-
ficienterque te conſoleris ex ſancta paternaque
benignitate Abbatis tui, quàm à te inuentam
ſape mihi præſens gaudente prædicare ſolebas:
ego tamen, quod ex te deſidero, deſiderare non
deſiſtam. Orationes, (a) quās tibi, cum me-
cum eſſes, ſcribi feceram; neſcio per quem tibi
mittere poſſim. Lator enim præſentium eas fer-
re tibi non eſt auſus, timens, ne ſibi auferrentur.
Cum enim eum prima vice ad te miſi, dicit ſe ca-
ptum & expoliatum, veſtesque ſuas, ſi quid for-
tè in eis, quod tolli poſſet, inueniretur, diſcuſſas.
Rogo, manda mihi per epiſtolam, quæ circa te
ſunt. Dominus, (b) qui cuſtodiat Iſrael, cuſtodiat te ab
omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus.

EPISTOLA XLVII.

CHARISSIMO SVO CON-
ſobrino Petro, Frater Anſelmus, ea bona quæ
neceſſario amittuntur, ſponte dimit-
tere, vt ea quæ æternè tenen-
tur poſſit recipere.

*De Conſobrini ſanctis gaudens profectibus ad puriorem
conciat vitam.*

DICERE non poſſum, Dilectiſſime, quanto
gaudio exultauit cor meum, cum audiui à
dilecto fratre & conſobrino noſtro Domino Fol-
ceraldo, te non ſolum ad hanc, quam habes æta-
tem, perueniſſe: ſed etiam bonis honeſtiſque ſtu-
diis profeciſſe, & indies proficere. Sed & huius
meo gaudio multum eſt additum, cum mihi di-
xit, quia me deſiderabas videre. Memor enim &
ſeruator magnæ amicitiae, q̄ olim fuit inter me &
auum, & patrem, & matrem tuam: & immenſa
dilectionis, quam habui erga te, cum adhuc pue-
rulus

*a Folceraldo
Scriptor Ora-
tionum ab
Anselmo co-
poſitarum.*

b Pſalm. 124.

rulus es: eaque semper de te desidero, quibus meliora non possum: & cum bona de te audio, sic gaudeo ut plus non possim. Accensus igitur desiderio tui in Deo, oro Deum ut det nobis simul in hac vita, quam diu victuri sumus, conuersari; & in futura conglorari. Vnde hortor, precor, obsecro mi dilectissime, crede verum esse quod veritas dixit, & ama quod relinquentibus seculum propter se promisit. Incipe parare tam magnum quaesitum, accelera ad tantum lucrum: *ut (a) quae mundi sunt relinquens, centuplum accipias, & vitam aeternam possideas. Quod si tibi Deus inspirauerit, rogo charissime, ne dubites propter itineris laborem venire ad amicum, & consanguineum tuum, te desiderantem. Quoniam si simul vixerimus, quanto mutuum nostrum gaudium de nobis inuicem praesens nobis erit, tanto quicquid graue videbitur, leuius erit.*

EPISTOLA XLVIII.

DOMINO ET PATRI SVO REuerendo Archiepiscopo Lanfranco, frater Anselmus suus, quod suus.

Exposit. lat. cum Lanfranco, quod ad se scribens potius vocat dominum & patrem, quam seruum & filium.

SICUT Zacharias Propheta ad commendandam suae prophetae auctoritatem ferè per singulos versus repetit: hæc dicit Dominus. Sic mihi ad inculcandum, quis, cui, & quo animo loquatur: libet ut tam sæpè epistolae nostrae, quas vestrae dirigo paternae celsitudini, in fronte pictum praeferaut: Domino & patri; & suus, quod suus. Sic enim hanc non dicam scio simulare, sed sculpsi in mente mea cypressum: ut quicquid proponam in incipienda nostra salutatione, hoc in consummata appareat expressum. Cum igitur hoc titulo vobis tam sæpè scribã, quærendo quæror, & quærendo quæro, cur mihi nunquam scribatis; sed nescio cui vestro domino, & patri prima literarum notat: Aut si seruo, & filio vestro scribitis: cur, quod destruere non potestis per oppositam negationem, subintere tentatis per relationem oppositionem? Precor itaque ut quotiens literas dignationis vestrae suscepero, aut videam cui scribitis: aut, vel non videam, cui non scribitis.

EPISTOLA XLIX.

DOMINO REVERENDO ET AMICO, Domino Priori Henrico, frater Anselmus salutem.

Plus laudatur dantis animus, quam munus.

GRATIAS vobis magnas scribo pro auro, quod misistis: sed multo maiores corde teneo, pro bona erga me voluntate, quam retinistis. Quam quotidie multo melius & charius experior in dilecto meo communi fratre nostro Mauritio, quam in millibus auri & argenti. Ab his enim, qui ab eo veniunt, audio vos cum tanto honore & amore tractare; ut appareat vos non modico me dilectorem eius amare. Literas, quas charissimo filio vestro fratri nostro Saluino misistis, legi: in quibus tam benignè, & vestram erga

cum expressistis dilectionem, & mei, plus quam mere rindidistis mentionem: ut ibi animaduertèrem magnam quandam sapienter latentem, & latèter sapientem deprecationem; quatenus ego, quem sic describitis, benignum erga alios, illi, quem sic diligitis, impendam meam curam & dilectionem. Et ita fiat, quandoquidem ita vultis. Cum enim eum amem propter Deum & propter seipsum: & quia confitetur se amicū esse Domini Gondulfi: adhuc crescat amor, quia est dilectus Domini Prioris Henrici. In eisdem literis, cuiusdam culpe veniam spontanea benignitate eidem dilecto vestro & meo, concessam inueni: & quia seruulus vester, frater noster Osbernus, cum eo pariter se non per superbiam sed per imprudentiam, peccasse cognoscit, nec sibi sentit indultum esse; mœstum pro culpa & sollicitum de venia percepi. Precor igitur, ut quod in me laudatis, mecum in vobis exhibeatis: quatenus mecum super afflictionem eius pia gestantes viscera, sicut Saluino indulistis propter vestram solam bonitatem, ita Osberno dimittatis, si quid in vos peccauit propter vestram benignitatem, & nostram charitatem.

EPISTOLA L.

FRATRI FRATER, DILECTO DILECTUS, Gondulfo Anselmus, in hac vita diuturnam, & indies proficientem sanctitatem; in futura vita aeternam, & semper sufficientem felicitatem.

Familiaris est epistola, & dulciori suavissimi amoris melle p. r. s. p. s. a.

OMNES quotquot veniunt à Domino Gondulfo, referunt, quod literas meas desiderat Dominus Gondulfus. In quibus benè noui, quia nihil aliud expectas; nisi ut mutuam nostrae dilectionis affectum legas. Quod quidem certus sum quia non facis ut amor tuus, ne obdormiat, literis excitetur; aut, ut amor meus, quomodo vigilet, intimetur. Quippe sicut de tuo affectu erga me certus es, ita de meo erga te non dubitas. Idcirco igitur tantoperè scripta mea postulas, ut quod in intima mente formatum pariter gerimus; in charta scriptum videas, videndo legas, legendo congaudeas. Sed (a) quid si nec oculus vidit, nec auris audiuit, sed solum in cor hominis ascendit: quem affectum præparent diligentia corda diligentibus se? Testis enim mihi est experta conscientia; quia nec visu, nec auditu, sapor huius affectus à quoquam percipitur: nisi quantum mente ab vnoquoque concipitur. Cum igitur scias, quia (b) dilectionis nec oculis, nec auribus agnoscitur; sed solo cordis ore delectabiliter gustatur: quibus verbis, aut quibus literis meis, & tuus amor describetur? Et tamen tu instas mihi importunè, ut faciam, quod fieri non potest. Sufficiant nobis conscientiae nostrae, quibus nobis inuicem conscii sumus quantum nos diligamus. Omnipotens Deus sic te diligat, & diligendo protegat, ut nihil fiat à te, aut in te, aut de te, nisi quod illi placeat, & tibi expediat.

*a. Corint. 2
& Esai. 64.*

*b. Dilectionis
sapor gusta-
tur cordis non
corporis auris
vel oculi.*

EPISTOLA LI.

DOMINO, AMICO, FRATRI, FILIO charissimo Mauricio, frater Anselmus sic proficere de virtute in virtutem, vt adhareat virtuti virtutum.

De ac eptis Mauricij literis & proximo in Normanniam reditu.

Perlectis dilectionis tuæ, nuper dilectori tuo missis literis; & affectus tui expressionem iucundatus, & reditus tui promissione sum lætificatus. Sicut enim cum diligenti mihi pariter diligendo respondes, cōgaudeo: sic dilecti dilectoris mei præsentia semper frui desidero. De quo reditu tuo, nec reuerendus mihi quicquam Archiepiscopus mandauit, sicut olim te opinari in epistola quadam tua monstrasti: nec Domino Abbati, si redieris, displicebit: quod in eadem scriptura te timere significasti, & mihi valde placebit, quod vt puto nunquam dubitasti.

a Horii glossarum & aphorismorum exordium nem epist. 54 supra, eadem Mauricio inculcauit: interim lector videat. Anselmi curam in corrigendis libris non tantum sacris, veris & profanis. Libellus autem de pulchris opinor & illud esse, que habemus Galeni nomine b nota mirifica & plusquam Argi-ventoculi vigilanciam in libris per alios castigandis.

(a) Glossas Aphorismi, si omnes potes scribere gaudeo: sin autem eas, que sunt Græcorum aut inuisitatorum nōminū, deseras, admonco. Quod tamen temporis in libello de pulchris infumere deliberas, malo, vt ad perficiendum quicquid est in Aphorismo, impendas. Non enim eiusdem libelli scientia vtilis est, nisi frequentissimo & diligentissimo vsu, sc̄ illā occupantibus. Si quid tamen post Aphorismū, & de hoc potes, libenter accipio. (c) De vtrōque hoc præcipue moneo, vt quicquid feceris, studiosissima exquisicione correctum, dignum sit dici perfectum. Malo enim in ignota inuisitataque scriptura, partem integram veritate, quam totum corruptum falsitate. Ante omnia gratias tibi quantas possum, ago: quia vbicunque sic viuis, vt quanquam non ego, sed spiritus sanctus te bene viuere docuerit: tamen honor mihi etiam sit inter ignotos, & alienigenas talem nutritis discipulum. Tantò vtique eris Deo, & amicis Dei charior; quantò fueris in periculosa conuersatione inuentus probator. Vale, & caue, ne promittendo reditum, & non redeundo, amicum tuum deludas. Salutā dilectum fratrem nostrum Dominum Herluinum.

EPISTOLA LII.

DOMINO ET FRATRI REVERENDO, amico charissimo Fulconi, frater Anselmus sic in presenti vita per diuinam gratiam disponi, vt in futura sanctis mereatur apponi.

Fulconem vt in oblata dignitate suscipienda vel abicienda se g. rere debeat, breuiter præmonet. Is autem Fulco ex Beluacensi thesaurario factus Becensis monachus Anselmo Priore, tandem reluctans & inuitus postea ad Beluacensem Episcopatum reuocatus est, vt liquebit ex epist. 77. lib. 2. cap. 34. quod etiam hic innuit. Ceterum quid quis in oblato honore sit acturus, iterum docet Anselmus epist. 115. c. 134. lib. 3.

Cogit me dulcis mihi sanctitas vestra suis precibus promittere, & quod semper seruitus mea non promittendo prompta est, prout potest, efficere. Tanta namque vilitate deprimi

scio in conspectu Dei meas orationes; vt alicui eas polliceri me pudeat: Et sic me vestrum deuotui, vt pro vobis possibilitas mea quotidie orare studeat. Quapropter & in hoc, de quo mihi literis suis dilectio vestra nuper mandauit negotio: & in omnibus quæ ad vos pertinent, orationes nostras, qualescunque sint, vobis non deesse sciat. Consilio autem nostro licet vestra prudentia non egeat, tamē quia iubetis, breuiter illud schedula præsens exhibeat. Scimus quidem quam tutius est homini, infirmitatem suam semper timēdo, quantum in se est, tam magnum onus refugere, quam de viribus confidendo humeros facile summittere. Sed (a) quoniam scriptum est (b) nemo nostrum sibi viuere. & nemo sibi moritur: sed sicut viuimus, sic morimur Domini sumus: sic nos oportet inter timorem (c) propriæ infirmitatis, & obedientiam Dominicæ voluntatis, via discretionis incedere: vt neutrum videamur abiicere. In primis ergo vos diuinæ pietati puro mentis affectu, vt vitam vestram in beneplacito suo disponat, commendate: deinde simplici mente, & humili conatu, quibuscunque modis potestis, & humiliter solo peccato, onus subire recusate. Quod si nisi per peccatum declinare non potestis, obediēter subite & sollicitè portate. Omnipotens Deus nihil a vobis, aut de vobis fieri permittat, nisi quod illi placeat, & vobis expediat.

a Hoc scriptum est in loco sc̄e. rigit suo Cant. not. epist. 17. opiani exu. episcopi. consule sum. sc̄ subit. b Rom. 14. c In hanc r̄. iuni D. Grego. in pastor. D. Thom. 2. 2 q. 85. art. 1. & 2. Ino Cant. not. epist. 262.

EPISTOLA LIII.

DOMINO, ET PATRI VENERABILIBILI Abbati Gualtero: frater Anselmus Beccensis vita peccator, habitu monachus: presentis vitæ sanctitatem futuræ mereri felicitatem.

Non esse tam leuiter abiiciendam grægis commissi in-

CVM scriptum sit: Omnia fac cum consilio. & post factum non penitebis: Et alibi: (a) quoniam quasi peccatum arrolandi est repugnare. & quali scelus idolatria noli acquiescere. Valde nobis cauendum est, ne nostram contra omnium consilium, nimium sequamur voluntatem; etiam si recta nobis videatur. Neque enim quicquid singulis rectum videtur, rectum est; quoniam scriptum est. (b) via stulti recta in oculis eius: & sunt via, que videntur hominibus recta, quarum finis vsque ad profundum inferni descendit. Quapropter ne more stultorum, errorem, rectitudinem indicantes, teneamus vias quarum finis vsq; ad profundum inferni descendit; nequaquam vniquisq; suo inexaminato iudicio, vitæ suæ debet ordinem committere: sed diligenter, ne plurimorum, & maxime sapientium iudicio aut obedientiæ, aut misericordiæ, aut deniq; charitati repugnet, perpendere. (c) Vnde magis est mirandū, cur vestra sanctitas, vestraq; prudentia ferè contra omnium consiliū, contra obedientiam sibi diuina dispositione per Archiepiscopū suū & regularem electionem iniunctam, contra misericordiam & charitatem, oues sibi commissas pastorali cura destitutas, lupis infestantibus lacerandas deferendo exponit: quamdiu vel vitam considerat, sua cura ad salutem posse proficere. Acquiescat igitur vestra charitas, & tot orationibus astricta ad monasterium suū redeat; curamq; abiectam misericorditer resumat: vt desolatos consolando, & adiuuando, diuinæ consolationis & au-

Eccl. 32. im. presti codic. 9 habent, Est sine consilio nihil facias. a 1. Reg. 15. b Primitia. c Ad id ab. plures ponēdum faciens. D. Bernard. epist. 82. 86. 87. Ino Cant. not. epist. 104. Gratian. c. 7. q. 1. suggesti est.

Virum semper insidiat vitium. b 2. Cor. 6. c Psalm. 24. d Psalm. 8. 34.

xilii recompensationem mereatur. Nam calumnia, quae vos maximè terrere solet, ab Abbate S. Arnulfi sic est per communem eius & fratrum monasterii vestri consensum extincta, ut iam nullo modo vos impediatur.

EPISTOLA LIV.

DOMINO, ET PATRI SVO CHARISSIMO, Domino Priori Henrico: frater Anselmus vitae praesentis integram prosperitatem, & futuræ æternam felicitatem.

Maleolorum oculis & calumniis consternatum erigit ad patientiam: is autem Henricus erat Prior Cantuariensis, ad quem est epist. 49. supr. & 58. & 64. infra. Chron. Becc. MS. in vita Lanfranci eum appellat Decanum Cantuariensem, virum omnibus ecclesiasticis disciplinis instructum.

SI per vestrum nuncium didicissem, qua infamia diffamaretur charitas vestra, quo dolore, qua miseria afficeretur: & exinde meum consilium, & auxilium quaesissetis, sicut dicitis: & nullum reddidissem responsum: fateor, quia merito admiraremur, & diceretis me fecisse, quod non debuerim. Sed credat mihi sanctitas vestra, quia nunquam huiusmodi nuncium vestrum meminisse me audisse. Audiui tamen à quibusdam, non qui se nuncios vestros faterentur, quia non bene eratis apud Dom. Archiepiscopum: Sed cum quaererem propter quid, circummeundo significantes quaedam inconuenientia nihil certum exprimebant. Dum igitur expectarem certiore rerum notitia: audiui inter vos integram venisse reconciliationem. De desiderio autem, cuius vos velle licetiam habere à Dom. Abbate, & à me significatis: sic olim audiui nescio iam à quo, ut intelgerem meum ad hoc desiderari auxiliū, non tamen expeti responsum. Sed quoniā certissimus eram Dom. Abbatē id nunquam esse concessurū, melius rem penitus silentio tegendam, quam frustra verbo detegendam putavi, & puto. Quod autem scribitis, quod miserate Deo claruit veritas, cōfusa & obscurata est falsitas & eius inuētores: scitote me verius gaudere de soliditate veritatis, quā credo: quā doluisse de figmento falsitatis, quam nunquā credidi. De inuidis verò, quos adhuc oblatrātes insidiantesque patimini, hoc dico quod scitis: quia (a) semper inuidet vitium virtuti. Si igitur inuidia persecutione carere vultis, aut locum, ubi lateatis vitiosos, inuenite aut virtutibus renunciate. Sed neutrum horum facietis, quia alterū est impossibile, alterū execrabile. Quid igitur restat, nisi ut armati armis iustitię, à dextris, & à sinistris transeat, cum (b) Apostolo per gloriā, & ignobilitatem, per infamiā & bonam famā: & quicquid ipsi moliantur, nunquam ad eos, sed ad gressus vestros, forti & quietamente intēdatis. Si enim (c) oculi vestri semper ad Dominū, ipse euellet de laqueo pedes vestros: (d) ipsi verò incident in foueā quā fecerunt: & captio, quā absconderunt, apprehendet eos: cum, sicut iam cœpit, eminebit libera veritas, ad gloriā, & obruetur confusa falsitas in ignominia. In quo tamē sollicitē vos, sicut decet perfectū seruum Dei, obseruare oportet: ne inimicorum confusione gaudentes, eam exprobretis, exprobrādo prædicetis, prædicando diuulgetis diuulgando augeatis: ne in conspectu Dei, ultione inimicorū delectari iu-

dicemini. De vestra igitur liberatione, in secreto mentis, in conspectu Dei, gratias illi agendo gaudete: illorum verò peccatū, siue euentū pro illis orandō, miti mēte dissimulare. Quod autē vos super frequenti cōmōtione illius, quem ferè super omnes diligitis homines, affligi monstratis: nullū aliud video cōsiliū, nisi illud, quod est optimū: Sola virtutis patientiæ, quā iamdiu viriliter tenuistis, consummatione opus habetis. Nullo n. modo efficacius, aut quātū ad vos honestius, vtiliusve fugietis ad mentis quietē, aut illum placabit; aut hostem occultū, qui vos hac ipsa tribulatione impugnat, superabitis: ut coronā victorię percipiat. (e) Nō enim coronabitur, nisi qui legitime certauerit: nec legitime certat, qui non vsq; in finem, aut suū, aut impugnationis perseuerauerit. Scriptū est namque: quia (f) patientia opus perfectum habet: Et (g) in patientia vestra possidebitis animas vestras. Si verò mēte amplectimini patientiam, & tribulationē declinare satagitis: scitote, imo scitis patientiam non esse nisi in tribulatione. (h) Gaudete igitur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiā operatur, patientia probationem, probatio spes, spes autem non confundit. Dicitis vos nullo modo posse esse vobiscum sine integra Archipræsulis gratia. Hic autem respondeo vestræ prudentiæ, (i) nusquā vos bene esse posse; si eam, quod ex vobis est, nō habueritis: si verò eam habere non contemperitis, sed non poteritis, ut necesse sit vos alibi esse, quā cum illo: nusquam vos melius, quia rectius esse posse, quā vobiscū. Nulla enim ratione Dom. Abbas, & fratres vestri aliter concederent. Nam non tam parui æstimatur, aut tam parum amatur sanctitatis vestræ strenuitas: ut qui eam iuste potest tenere, spontē aut faciliē velit ea carere. Omnipotens Deus sic vitam vestram protegat & disponat, ut omnibus impugnationibus & aduersitatibus præualeatis: vnde coronam sempiternam percipiat. Orate pro me.

EPISTOLA LV.

DILECTO SVO FRATRI ET FILIO Mauricio frater Anselmus.

Gratulatur quod audiat Arnulfum Grammaticum.

AVDIVI, quod legas à Dom. Arnulfo. Quod si verum est, placet mihi, qui semper profectum tuum, sicut ipse ex parte expertus es, desideravi: nec vnquam vti que plusquam modò. Audiui quoque, quod ipse multum valeat in declinatione: (a) Et tu scis, quia molestū mihi semper fuerit pueris declinare. Vnde valdē minus quam tibi expediret, scio te apud me in declinandi scientia profecisse. Hortor itaque, & precor, & ut filio charissimo præcipio: quatenus, quicquid ab eo legeris, & quicquid aliud poteris, diligentissimè declinare studeas. Nec pudeat te sic in hoc studere etiam quibus te putas non indigere, quāsi nunc id recētissimè incipias. Quo & ea quę scis, eius auditu confirmata, securius teneas: & eo docente, si in aliquo falleris, id corrigas; & quod ignoras, addicas. Si autem nihil tibi legit, & tua hoc est negligentia, displicet mihi: & volo, quatenus ut hat quantum potes, satagas, (b) & præcipue de Virgilio, & aliis authoribus, quos à me non legisti, exceptis his, in quibus aliqua turpitudine sonat. Quod si aliqua re obstante non

a 2. Tim. 2.

f Iacobi 1. g Luc. 21.

h Rom. 5. & Iacob. 1.

i Nusquam quis melius est, quam secum.

a hanc habes Ansel. prioroc docuit inlectiones distionum.

b Poetas ca-sios etiā monachis enarrari placet Anselmo.

potes

Hoc scripsit... rā loco sese... rigis luo Cat... not. epist. 17... optāns exui... episcopatū... consule cum... sicut... b Rom. 14... c hāc hāc rē... junē D. Gre... go. in pastor... D. Thom. 2... 2 q. 83. art. 1... 2 q. 2. luo Cat... nos epist. 102.

Eccl. 32. im... pressi codic... habent, For... sine consilio... nihil faciat... a 1. Reg. 15.

b Prout dicitur.

virtuti semper invidet vitium.

b 2. Cor. 6.

c Psal. 24. d Psal. 8. & 84.

c Ad id dicitur... plures ponē... d. Bernard... epist. 82. 86... 87. luo Car... not. epist. 10... Gratian. c. 7... q. 1. suggestio... est.

potes ab eo legere, vel hoc stude, vt librorū quos legisti, quoscunque potes, & quibus horis potes, totos à principio vsque ad finem, diligentissimè sicut supra monui, declines. Ostēde etiam eidem charissim. amico nostro hanc epistolā, in quā breuiter & multum eius pro te deprecet dilectionē: peto, vt tibi ostendat quantum de vera eius confidere possim amicitia; & iudico, quia quod tibi faciet, non alteri quam cordi meo faciet. Diu enim est, ex quo ego & ipse de mutua certi sumus amicitia, si ipse, quod ego nunquam obliuiscar, reminisci dignatur. Saluta illum, quam reuerentiū potes ex nostra parte; & Dominum Priorem, & Dominum meum Gondulfum, aliosq; dominos & fratres nostros qui tecum sunt. Vale fili mi dulcissime, & ne contemnas consilium paternū te diligentis affectu. Vale.

EPISTOLA LVI.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Abbati Guillelmo: frater Anselmus in hac vita diuturnam prosperitatem, in futura aeternam (a) felicitatem,

a Impressi eo dices recedens ordine octauam.

De comite excommunicato, qui sacra se immiscebat, de presbyteris incontinentibus: & de lapsis sacros ordines habentibus. Hanc epistolam separatim memorat Trithem. & ante illum Dodechimus Abbas in appendice ad Marianum Scotum, qui & eius argumentum describit. Hic autem Willelmus erat Abbas Hirsauigiensis, ex monacho S. Emerani Ratisponensis; obiit anno 1091. 4. Non. Jul. Trithem. in scriptor. Ecclesiast. & Arnold. Vuion lib. 2. ligni vitæ, cap. 58.

EX quo vestra probitas mihi suam dignata est præbere notitiam, tantam eius concepi dilectionem, vt semper eius mihi dulcis sit memoria. Quod expertus sum non immerito fuisse, quoniam & vitam vestram amore, & reuerentia dignam agnoui existere; & paternitatem vestram non sine affectu dilectionis, erga paternitatem meam esse. Sapē namque fratres à vobis venientes, me non solum sanctitatis vestre relatione edificauerunt: sed & dignationis vestre salutatione honorauerunt. Quare licet, quicquid est in me toto, minimè possit tantis meritis respondere: meum tamen est, quantum amoris & reuerentiæ possum exhibere. Sed hæc Deo in nobis seruanda & augenda committens, ad ea, de quibus meam paruitatem vestra consulere dignata est prudentia; non presumendo, sed obediēdo respondebo; forte non quod sufficiat, sed quod mihi videretur.

(b) Comes quidem vester, qui excommunicatus, vobis diuina celebrantibus se miscet; mihi videtur humiliter admonendus: ne contēnendo sententiam eorum, quibus Deus affirmat (c) se audiri, cum audiuntur: & sperni, cum spernantur: se (d) ligare, cum ligent: & soluere, cum soluant: aggravet super se Dei iudicium, à quo fugere nunquam homo potest. Quare melius illi esse, vt per salubrem humilitatem abstinere ab his, à quibus cum Apostolica segregat sententiā: quam per presumptionis contēptū se ingerat in illa, quæ nunquam nisi per humilitatem quaesita profunt, & semper inordinate præsumpta, obsunt: Nec debere eum nullo suo commodo, & grauissimo suo malo cogere vos; vt cum eum offendere nolitis; Deum, & sedis Apostolicæ auctoritatem grauius

b Consule Jacobum de Grassis lib. 4. decis. conscientia. c. 12 n. 16. & 17. Iunge etiam si libet, Iuon. Carno ep. 81. c. Luc. 10. d. Matth. 18.

irritetis: ad quos pacandos illum adiutorem habere non possitis: Facilius quoque, atque benignius (e) Apostolicum eius rationes suscepturum: si suam illum sententiam cognouerit reueritum. Quod si Comes idem hanc admonitionem respuerit, scis quia plus est Deus timendus, quam homo. Quapropter, aut secundum iam prolatam Apostolicam sententiam, erga illum agendum: aut ipsam Apostolicam, siue aliquem eius vices gerentem, de hoc ipso denuo consulendum existimo. De presbyteris verò, qui se aperte reproba libidinis cōuersatione Deo reprobabiles exhibent; (f) omnino tenendum est, quod Apostolica prouidentia ecclesiastico iustoque rigore constituit. Nempe nullatenus conuenit, vt ibi reuerenter astetur, vbi pertinaciter aperta & impudenti libidine ferentes, Dei & sanctorum prohibitionem contemnendo, sacris altaribus deseruiunt: immo non deseruiunt, sed quantum ad ipsos, commaculant. (g) Non (c) quò quis, ea quæ tractant, contemnenda, sed tractantes execrandos existimet: vt qui Dei & angelorum præsentiam non reuerentur, vel hominum detestatione depulsi, sacra contaminare desistant. Nec vllatenus oportet, vt illi sint confortes de altari participantium, qui per immunditiam se faciunt exortes altari deseruentium. (h) De lapsis autem sacros ordines habentibus, & spontanea humilitate, secretè, quibus debent, confitentibus; (i) nequaquam est asserendum quod eisdem ordinibus amplius vti nullatenus possint: si per sacrificium spiritus contribulati, cordisq; contriti & humiliati Deum placantes, ad virtutum profectū studiose contenderint. (k) Nam nec apud Deum reprobatum officium alicuius, propter culpam quam ipse ignoscit: nec apud homines decoloratur sacri ordinis dignitas propter personam, cuius ipsi peccatum non cognoscunt: quibus duabus causis carnalis lapsus prohibet ad sacros ordines accessum, aut reditum. Sed quoniam ferè semper occultum est, (l) quorum remissa sint iniquitates, & quorum reuera sint peccata: quorum verò minimè: tutius semper est consciam sibi criminis, ab his, quæ placitam Deo personam exposcunt, per laudabilem humilitatem abstinere, quam per culpabilem securitatem præsumere. Illud namque semper potest, Deo non improbante: hoc vero non debet, nisi Deo approbante. Qui autem huic sententiæ quæ ad sacri ordinis officium reditū post lapsum concedit, nequaquam aliqua ratione nisi auctoritate fulciatur scripturarum, vult consensum attribuire: legat epistolam beati (m) Calixti Papæ, decretum vniuersis Episcopis per Galliam constitutis: & (n) beati Gregorii ad Secundinum inclusum: vbi ipsi hanc sententiam sic firmis & penè eisdem rationibus & auctoritatibus confirmant; vt nullatenus aliorum probatione indigeat. Sed quoniam idem B. Gregorius id ipsum in aliis suis quibusdam epistolis studiosè prohibet, ne sibi ipse cōtrarius sit: (o) de apertis quidem prohibuisse, de occultis vero post dignam pœnitentiā concessisse intelligitur. Nam crimen quod à Deo non imputatur, nec ab hominibus esse putatur: non reprobatur nec decoloratur, vt iam dixi: cum tamen in tali re cuique tutius sit coram Deo plus timere quam confidere. Prohiberi autem inuitum debere, qui occultum crimen humili confessione, sponte & occultè detegis, minimè existimo: ne (p) multis obstruatur via salubris confessionis; qui

e Apostolice nomine Papa designat: vide notat. c. pif. 6. lib. 3.

f Insinuat Gregor. 7. a. narhem: quo sacerdotis multieris: à diuini remouit: eorumque sacra interdixit laicis, vt testatur Marian. Scot. ad anmū 1077. Sigebert. in Chron. Scafn. in hist. German. & alij quos mitto.

g Aliquid simile dicit Iuon Carno. epist. 81. post medium. h Gratian. dist. 16. & ante eum Landus Chrysofopolitan. in suo opere. MS retulit. multa in id argumenti. i Raban. l. 1. pœnitentiæ cap. 1. idem scribit. k Porc. h. reser. l. 10. Carno. ep. 81. proxima. l Psalm. 31.

m exiat 10. 1. Concl. n ep. 13. lib. 7. o Raban. l. 1. pœnitentiæ c. 1. Qui deprehensi fuerint publici in peruiis, facto aique fornicatione & ceteris eiusmodi criminibus, secundum sacrorum Canonum Canonū infra tuta à gratia proprio depellantur. p antea con-

potius

porius eligeret penitus in mortem occultari, quam hac occasione incertitudinem vel suspicionem alicuius criminis adduci. Nec enim illi cui confitetur, statuitur ad peccatum, si confitentem absque eius consensu cessare a sui ordinis officio non cogit: sed potius magni criminis reus esse videtur, si cogit: quia sic, & confitentem penitente confessionis, & plures nondum confitentes horrere confessionem compellit. Nam satis patet quam minus malum sit, cuilibet peccatori ad altare cum amore confessionis peractæ, & spe misericordie humili mente accedere: quam se cum odio confessionis & desperatione veniæ indurato corde, deliderio aut etiam actu ingerere. Ille itaque, cui confessio fit, nequaquam particeps æstimandus est minoris culpæ, in qua alium permittit non consentiendo, sed maiorem prudenter præcauendo: maioris vero criminis author esse videtur, ad quod multos impellit, etiam si non volendo, tamen inordinatè plus quod minus, quam, quod maius erat, timendo. Sed manifestum est, quia illi qui humili continentione superbam verecundiam conculcando se in seipsum iudicantes, indocenti cessationem sponte consentiunt: multo tutius ministrant permitti, seu etiam iussu: quam illi qui verecundia humana inter Deum & se iuste iudicare refugiunt licet is, cui confitentur, valde periculosus prohibeat illos inuitos, ut supra dictum est, quam illos spontaneos. Et cum utriusque necessarium sit, vel ad tempus abstinere, puto quia illi qui non libenter cessant, ad quod non bene properant, sunt tantum relaxandi; hi vero, qui sponte abstant, ad quod non præsumunt, etiam reuocandi. Nam in illis, si reuocentur, obedientiæ tegmine presumptio palliatur: in istis vero humilitas, obedientiæ robore adiuuatur. Quæ reuocatio non indifferenter, sed magna Prælati confessionem suscipientis discretione facienda est. Sæpe namque contingit, ut quis non per immensum criminis horrorem, & per vim humilitatis humanam verecundiam superet: sed per stultitiæ tenebras, & impudentiæ duritiæ, sceditatem sceleris & pudorem non sentiat, & per negligentiam officium suum non appetat. Qui autem huiusmodi est, nunquam ad sacrum officium suum aut vocandus aut reuocandus est. Sed cum pro ipso penitente supplicat humilitas, suggerit contritio, intercedit vitæ mutatio: tunc nimirum si Prælati non tam de meritis aliquibus, quam de magna misericordia, & de multitudinis miserationum Dei illum confortans ad sui usum inuitet officii: puto quia non tam temerè quam prudenter egisse videatur. Est enim sæpe in huiusmodi prauenienda pusillanimitas, excludenda contemptus suspicio, ostendenda beneuolentia, exhibenda compassio. Hoc enim modo qui tales sunt quanto benignius, tanto efficacius ad perfectionem prouocantur, & tanto strictius in bono proposito ligantur. Potui plura de scriptis Patrum his intexere, sed quia epistolæ breuitas, quæ iam se nimis extendi reclamant, non consentit: simpliciter quid de interrogatis sentirem, paternitati vestre iussus exposui. Omnipotens Dominus vos, & in his, & in omnibus, quæ vobis agenda sunt sic in rectitudine veritatis dirigat, ut pro eis seipsum vobis retribuati si præfens essem coram vobis & coram sancta congregatione vestra (de qua multa bona à multis concorditer audio) suppliciter mente corpus totum prosternerem: & ut me bonorum, quæ Deus

operatur in vestro monasterio, in perpetuum participem in fraterna charitate concederetis, peterem. Sed quoniam ego hoc non possum, præsumo non de meis meritis, sed de vestra sanctitate rogare ut vos hoc pro me non humiliato corpore, sed benigna mente ab eisdem filiis vestris mihi petatis, & cum illis concedatis. Valet.

ANNO TATIO IN EPISTOLAM LVII.

NON (C) quò quis, ea quæ tractant, contemnenda, &c. Interdicti Pontificij Anselmus verisimam edidit rationem: cui similis in aliquam non excogitantes plerique, contendunt Gregorij VII. prohibitionem sanctam & piam: alij vero in piam & aduersantem Evangelio: Sigiberto, Gregorio alij qui insensissimus, ut apparet ex opusculis aduersus eum scriptis affirmat id nouo exemplo, & ut inquit, multis visum est inconsiderato præiudicio, lancitum contra Patrum sententiam, asserentium, sacramenta ecclesiastica æquè per bonos ac prauos ministros operari: R. liqui scriptores Sigiberto posteriores eius dicta dicunt, & sine vllodilecti aliena quæ licet inq. suis commiserunt: sci Mathæus Paris, Thomas de Valsing. in hypodigm. Neustria, Vincent. Beluacensis, Nauclerus, I.annes Frisquetius MS. in nostra Bibliothec. Achilles Gassar. in Epitome Chronicorum, vbi exemplo Henrici Ianorum Episcoporum Normacia congregatorum Anno 1077. Gregorium vocat necromanticum: Sed longe aliter de eo loquuntur omnes histori. etiam Germani. ut doctissimus Genebrardus lib. 4. Chronicorum, & Papirius Massonius lib. 5. de vitis Pontificum Romanorum diligenter obseruarunt. Nec id nouo exemplo, aut contra sanctorum Patrum mentem à Gregorio fuisse institutum liquet ex his quæ retulit Gratian. dist. 32. can. Nullus missam: & can. Præter hoc autem: in quo Urbanus Gregorij successor argumentum ex patribus ductum dissoluit. Licet Gregorius non interdixit sacerdotum conjugatorum sacrificiis ut in anibus: sed ut hæc verecundia permotæ se redirent. Reliqua quæ nonnulli obtendant incommoda & scandala hinc orta, non legis sed hominum iniquitati vertenda quilibet cordatus fatebitur. Nam ut rectè D. Hieronym. epist. ad Amanum scribit: Putridæ carnes ferro indigent & cauterio: nec est medicinæ culpa, sed vulneris, cum clementi crudelitate non parcat Medicus, ut parcat: scilicet, ut misereatur. Gregorium igitur Necromanticum cum impiè appellauit Gassar. in hoc valde difficiens à Volaterrano, quem se in Paparum enumeratione secuturum pollicetur in epistola liminari: Nam Athropologia lib. 22. si. de Gregorio scribit: Hic præter omnes, quod vitæ pius, & Christianæ religionis acerrimus defensor fuerit, labores magnos pertulit: Harmannus Schedelus Registr. Chronicorum ætate sexta, Gregorium nominat virum Deo & hominibus gratissimum, prudentem, iustum, clementem, pauperum, pupillorum, ac viduarum patronum, & Ecclesiæ Romanæ contra hereticorum improbitatem, & malorum Principum potentiam res ecclesiasticas per vim occupare conantium vnicum ac acerrimum defensorem, eumque sanctè & piè mortuum esse. Hæc Schedelus Germanus scriptor, & Gassar. antiquior, quem & Volaterranum, à Genebrardo prætermissos adduxi, ne quis testium deseret Gregorianam innocentiam.

EPISTOLA LVII.

DOMINO ET PATRI SVO RE-
uerentiaē honore & amoris affectu matri
Catholicā colendō Archiepiscopo
Lanfranco: frater Anselmus
suus quod suus.

*De Lanfranco Archiepiscopi nepote fausta rescribit,
nec non de Osberno Cantuariensi monacho, qui bo-
nam frugem Becci fuerat correctus.*

LICET rarius quam debeat, humilitatis meae
litteras paternā sanctitas vestra suscipiat: fide-
litatem tamen vobis debitam cor meum non ali-
bi quam in seipso scriptam integram seruat. De
charissimo meo nepote vestro copiosius nuncius
vester, qui ea quae circa ipsam sunt, vidit & ab eo-
dem audiuit, potest interrogantibus dicere quam
epistola mea possit describere. Quod autem ad
me attinet, sic me sibi non inuitum cum propter
vos, tum propter seipsum, vt taceam fraternae
charitatis astrinxit, vt in nullo eius commodo
quod possim me velim subtrahere. Dominus
Osbernus, quem ad se reduci auctoritas vestra iu-
bet, fateor, adeo menti meae glutino dilectionis
adhæserat, vt eius separationem cor meum non
nisi cum quadam sui scissura toleret. Testis enim
est illi non tam stylus meus, quam conscientia;
quia sic nobiscum est conuersatus, vt ab omni-
bus, bonae propositum voluntatis sincerè diligen-
tibus, plus mereatur affectum charitatis, quam a-
speritatem seueritatis. Quamuis itaque admo-
nitione non egeat sancta vestra benignitas, quae
semper bonis adesse solet: compellit me tamen
meritis praefati fratris comparata dilectio toto
precarī conatu, quatenus non solum quia ipse
meruit, sed & quia fidelis seruus vester desiderat,
desiderando postulat illum benignè suscipien-
do, benignè nisi aliter vitam eius ipsi mereri vide-
ritis, tractetis. Praeterea quoniam non audeo di-
cere vt illum ad nos aliquando remittatis: hoc, vt
puto, licenter dico, quia nunquam ab eo viuens
dissociari vellem. (a) Epistolas beati Pauli vestro
mandato libenter parentes vobis mittimus: sed
quoniam, quod in eodem Codice de vestro ope-
re est alibi non habemus, satis scire potestis quid
vos aliquando factum ire desideremus.

*a His Ansel-
mus in
Lanfranci E-
lucubratio-
nes in Diui
Pauli episto-
las à Trithe-
mio recepit
in lib. de scri-
pturis ec-
clesiasticis.*

EPISTOLA LVIII.

DOMINO ET AMICO CHARIS-
simo reuerendo Priori Henrico: frater Ansel-
mus, in terra seminare sanctitatem:
in caelo metere faelici-
tatem.

*Priori Cantuariensi commendat Osbernum ex ne-
quam factum hominē frugi post aliquantam con-
uersationem & institutionem Anselmi.*

DILECTVS meus Dominus Osbernus ve-
ster, qui ad vos redit, sic pristinae vitæ peruer-
sitatem sponte accusat, & execratur: atque, in-
quantum ex ea quam nobiscum habuit conuer-
satione palam & secretè experiri potui, sic vitæ
laudabilis amore accenditur, vt nō immerito in-
terior homo eius in melius aut iam mutatus, aut
proculdubio facile mutandus existimetur. Et ve-
strae quidem notum est prudentiae, quia nun-
quam tanta benignitatis opus est exhibitione,

quāta in noua & rudi de reprobis ad probos mo-
res conuersione: ne bona incepta, quae nutrirī,
& ad profectum duci possunt per fomenta beni-
gnitatis impediuntur, aut certè frangantur per
austeritatem seueritatis. Precor igitur dilectam
vestram sanctitatem, quatenus sicut vestri decet
discretionem regiminis & praefato fratri expedit,
omnem praeteritae peruersitatis eius dissimulantis
memoriam lacte perspicuae dilectionis propositi
nutriatis meliōris infantiam, nisi forte quod non
puto in pristinam non ex infirmitate offenderit,
sed ex voluntate redierit malitiam. Nullatenus en-
im illi opportunius probatis latuisse dilectio-
nem sub seueritate quam sensit in errore quam si
nunc patuerit in erroris correctione. Denique,
vt mihi videtur, ad rectae vitæ tramitem nullus
debet impelli, nisi qui non potest attrahi. Precor
etiam, seu potius exigo ex debito quod sibi inui-
cem debent amici, vt sicut omnes dilectae mihi
fraternitati vestrae dilectos volo diligere: sic Do-
minus Osbernus in adipiscendo meam dilectio-
nem multum sibi gaudet vestram creuisse. Valete.

EPISTOLA LIX.

SVO DOMINO, SVO FRATRI,
suo amico charissimo Domino Gondulfo:
frater Anselmus quod suo suus.

De muneribus a Gondulfo ad Anselmum missis.

CVM tu non potes precibus monere pigri-
tiam meam, vt tibi salutaris litteras mit-
tam: conuertis te ad aliud consilium, & pulsas
me tuis donis, vt vel gratias reinitam. Et quem
blanditiā nequeunt ad scribendum attrahere,
saltem pudor queat ad gratias agendum impel-
lere. Ago igitur tuae dilectioni, quae dulcis est cor-
di meo, gratias, non quātum mihi chara sunt do-
na tua, sed quātum mihi charior est charitas tua
qua fiunt & coniuuntur, & quam mihi sapiunt
munera tua. Tanto namq; charior est mihi cha-
ritas tua, quā quicquid mihi donare potes: quā-
tō ea quae donas, potes a te longè transmittere &
charitatem non potes a te dimittere. Illa enim
possunt sine te mare transire, sed ista non potest
de corde exire tuo: hanc certe siue dones, siue nō
dones mihi, aliquid semper ideo in te feruere,
huic siue loquor, siue taceam, semper scito cor
meum simili affectu respondere. Dominus (a) Hu-
go, & Domina Basilia vxor eius magnas tibi gra-
tias agunt pro gratis tuis quas mandas, pro donis
tuis quae mittis, pro orationibus tuis quas pro
eis facis, & quas eis promittis. Ego ipse praesen-
taui eis munera tua, & legi litteras tuas, & retuli
verba tua, quae omnia gratissimè & laetissimè sus-
ceperunt.

*a de hoc Hu-
gone, Basi-
liam, vxore
leges aliquas
ad epist. 20
lib. 2.*

*a Posuit in-
tium medi-
tationis qua
habes lib. 1.
ss. meditat.
d. Anselm.*

EPISTOLA LX.

DOMINO ET DILECTISSIMO
fratri & filio Mauricio frater Anselmus sa-
pientia & gratia proficere apud
Deum & homines.

*Quemadmodum vbiq; & ab omnibus amatur, sic
Deum vbiq; amet.*

Diu est quod nostris nos inuicem literis non
visitauimus, quoniam de soliditate mutuae
nostrae dilectionis non dubitauimus: & quia nun-
torum

giorum sermonibus, cum opportunum fuit nos salutauimus. Sed ne qua occasione amor ipse ab aliquo putetur tepere: expedire puto, ut aliquando scedulis quasi scintillis ab inuicem emicantibus videatur feruere. Hoc enim ipso quia desultantem te desiderans habere mecum non possum, nequaquam minus sed magis te diligo: quia cum te sic diligo a maioribus me, ut te dimittere nolint, video: plus te diligendum intelligo. Unde fit ut penè dubium mihi sit, vtrum quia sic te facis amabilem; plus gaudeam: an quia tam amabili frui non possum, plus doleam. Verum, quoniam scio, quia non tantum propter me quantum propter te a me debes amari: soluta quaestione, certum est, quia plus debeo de bonorum presentia, quam tecum est, congratulari; quam de corporis tui absentia, quam mecum est, contristari. Denique semper, ut Deo & bonis hominibus amabilis esses, desideravi: & pro mea possibilitate, ut mihi conscius es, studui, quamdiu mecum fuisti; nec tamen desiderium idcirco tepuit, quia studium operari non potuit, plus quam mecum, cum non fuisti: verum non, vbi cumque amaris, esse potes; sed vbi cumque sis, amari & bonus esse potes. ut igitur ibi, & talis sis vbi, & qualem te esse vult Deus, & tibi expedit saluo tamen mutuo nostro quod exigit mutuus amor desiderio. Exoretur Deus, & quoniam iam vbi cumque is bonis amabilem te fecit: benedictus Deus. saluta dilectos fratres & amicos nostros Dominum Herluinum & Dominum Gondulfum, Dominum Almerum & Dominum Hulnuardum consobrinum Domini Osberni.

EPISTOLA LXI.

DVRANDVS SOLA DIGNATIONE
Dei Abbas Casa Dei, Domino Anselmo
aeternam salutem.

*Anselmi laudantur scripta non propter verba, sed rem
e verbis manantem: rogatur & alia, si qua scripserit: Est autem haec Abbatia Casadei in Aueri-
na diocesi Claromonte si ad limites Burgund o-
num conlita a D. Roberto Aruernensi eiusq, pro-
tocenobi. rcha anno 1050.*

BAIO CENSES duo literis imbuti, iuuenes preclaræ habitudinis in omni modo se habendi; minor eorum vocabulo est Rogerus, alter est Willemus: duo illi & praeter eos plures, sed maxime illi distillarunt auribus nostris oleum & suauitatem tui & nominis & religionis. Deinde: (a) r-
ret me vi a mea; namque diligenter & discussa, cum eo quod sequitur. Scriptum hoc & praeter hoc alia piissimè de contrito spiritu tuo, & de pietate contriti tui cordis edita & scripta: pijs praestant nobis lachrymas tuas legere, nostras edere ita ut vtrumque miremur, & in corde tuo redundare tantæ forem benedictionis, & sine susurro descendere inde riuum in cordibus nostris. Nam ita est verè: Pietas scriptæ tuæ orationis excitat in nobis pietatem sopitæ compunctionis: adeo ut quasi mente profluendo congaudeamus ea diligendo in te, vel potius in eis te; semper ea, & per ea Deum & te. Intercede igitur, quia intercedere potes pro nobis intercedentibus, pro te, ut possumus. & mitte alia, si qua habeas a te scripta, quæ non habeamus. Notus & rogatus in dilectione, quæ continua & nobis vtròque. Rogamus etiam in cor-

D. Ansel. Tom. 4.

pore ipso congregationis vnitatem societatis, & te pro nobis in eo fungi legatione mittimus: quia redundans tu charitate fideliter poteris hoc rogare, & rogata ipse dare. Parati etiam nostræ dilectionis dare pignus, pignus exigimus a vobis: vos eligite quod possumus a nobis, nos eligimus epistolas Pauli a vobis. Neque praetendimus in eos dolos quasi primi parati accipere, & non primi parati dare, quod remotissimum est a sacramento dilectionis, quæ Deus est. Verum ardentibus charitate, non prauidemus quomodocumque potulemus, omnibus sanctæ huius professionis parati; nos & nostra commodè petita non negare. Hi igitur duo fratres tui desiderio accensi, te opitulante habeant in omnibus, quia de te pendet voluntas omnium in omnibus.

EPISTOLA LXII.

DOMINO ET PATRI MERITO
sanctitatis, cum amore reuerendo, cum reuerentia amando, Durando Abbati Cœnobii, quod dicitur Casa Dei: frater Anselmus Beccensis, vita peccator, habitu monachus, sic in hac vita perseverare in proficienti sanctitate, ut in futura gaudeat in sufficienti felicitate.

Est responsio ad præcedentem, præ laudatione Anselmi humilitate emicans.

VESTRÆ paternitatis epistola percepta, magnum se cordi meo gaudium infudit: sed vita mea respecta, non solum idem se gaudium ferè totum de corde meo refudit: sed insuper dignus meror mentem meam grauius perfudit. Nam ex eo quod vestram sanctitatem, me ignotum homunculum adeo dilexisse cognoui, ut me suis literis de tam longinquo visitare & salutare dignaretur: non immerito sibi visa est mea debere exultare humilitas. Sed cum considero me nequaquam a vobis diligi, nisi quia existimatis me aliquid esse, cum nihil sim: intelligo quia non diligitis vilem & contemptibilem coram Deo & hominibus personam (quod ego sum); sed strenuum & alicuius virtutis virum, quod ego vti que non sum. Quapropter timens non solum, ne mihi nihil aut parum proferat vester amor, quia non sum quod diligitis: sed ne mihi nimium obsit meus tepor, quæ in me non cognoscitis: precor, obsecro, ne me putetis, aut ametis, quasi iam alicuius spiritualis prouectus sim: sed ad hoc me diligite, diligendo orate ut sim. Sic enim vestra erit, & vera de me aestimatio, & vera erga me dilectio, & secunda mihi de vestro amore exultatio. Rogo itaque, quanta possum humilitate, reuerendam paternitatem vestram: agite sanctis vestris precibus, quatenus, & quod ego adhuc noxius sum, a me auferatur: & quod nondum vtiliter sum, mihi tribuatur: & vobis, quod misericorditer indigenti proximo impendetis, retribuatur. Nostras vero pro vobis orationes, quia peruiles sunt, reuerendæ vestræ beatitudini promittere non audeo, sed eas, quia postea dignamini, negare non debeo. Quare si aliquid vel sunt, vel vestris suffragantibus meritis futurae sunt: in vera charitate vestrae sint, & sanctorum, qui monasterii vobis diuinitus commissi vel sunt vel futuri sunt. Et quamuis aut minimum quid, aut nihil sit quod vobis ex me concedo: aliquid tamè magnum a vobis deprecari praesumo. Prosternit

D itaque

*a Posuit in-
tationis qua
habes lib. 1.
si. mediat.
D. Anselm.*

*a de hoc Hu-
gone; Basi-
liam, vobis
leges aliqua
ad epist. 20.
lib. 2.*

itaque se mēs mea coram reuerenda vestra paternitate, & coram omnibus vestra sanctae congregationis fratribus, humili supplicatione rogans: quatenus me seruum vestrum, vestri monasterii fratrem, velut vnum ex vobis in perpetuum concedatis, & nomen meum vltimum vbi vestra scripta sunt nomina subscribi faciatis. Ea vero quae vestris mandatis respondentur, & quae mandantur, reuerendi Domini & fratres nostri filii vestri, qui ad nos venerunt, melius loquēdo, quam nos scribendo narrabunt. Omnipotens Deus sic vos det conuersari in Casa-Dei in hoc saeculo: vt inter beatos qui habitant in domo Dei in saecula saeculorum laudetis Deum. Domine pater & domini in Christo fratres: Amen.

EPISTOLA LXIII.

DOMINO SERVVS, PATRI FILIUS, reuerendo Archiepiscopo Lanfranco frater Anselmus.

Vt legat & examinet à se editum opusculum, scilicet monologum: vide monitionem meam ad Lectorem pro for. bus illius positam.

OPVS CVLVM illud, quod paternae vestrae censurae mihi, libentius ipsemet, si opportunum fuisset, coram ipsa examinanda legissem. Quod quia nunc esse non potest, velle multum precari, quatenus dulcis mihi paterna vestra prudentia illud non dedignaretur, vel quolibet alio legente audire: & quod, ex eo fieri deberet precipere, nisi timerē indiscretē molestus esse dignitati vestrae: quam multis magnisque rerum maiorum consultationibus indefinenter occupatam non dubito. Quapropter quoniam nihil sic mihi volo placere, vt vobis displiceat: sicut solius est vestrae experientiae, iudicare, quantum vobis hoc quod me multum velle significo, liceat: ita sit vestri arbitrii eligere, vtrum vobis id libeat. Hoc tamen etiam cum importunitate à vestra auctoritate non desinam exigere, quatenus de eodem opusculo siue audito siue inaudito quid fieri debeat, vestra decernat autoritas. Titulum autem nullum illi praeposui: quippe quod nequaquam tanti existimaui, vt illud suo nomine dignarer. Si igitur vestro sederit arbitrio, vt quod scripsi scripserim: à quo habebit firmitatem, ab eo habeat & nomen: & per vos detur seruo vestro, dilecto fratri & conseruo meo Dño Mauricio, qui vnus est ex illis quorum maximè factum est instantia.

a Sic profecto Edimerus notauit, Anselmo Lanfranco cum tanta fuisse reuerentia & timore, post aperiit pectoris votum, vt si inisset in syluam manere, permanisset.

Si (a) autem aliter vestro placuerit examini exemplar, quod vobis mitto, nec mihi nec praefato fratri reddatur: sed aliquo elemento aut obrutum, aut demersum, aut consumptum, aut dispersum de medio fiat. Quicquid autem inde vestro placuerit iudicio, vt mihi aliquo modo notum fieri iubeatis, efflagito. Quatenus exemplar quod retinui, non aliam sortiatur sententiam, quam illud quod mihi. De dilectissimo meo, nepote vestro, & corde, & ore, & epistola, quantum possum, deprecor: vt cum primum illum sanitatem recepisse cognoueritis, nequaquam eius me amabili conuersatione diutius carere faciatis: verum quippe dico vobis, talem se exhibuit mihi, & cunctis nostris bonos amantibus, mores presentem: vt illum si absque illa sua incommoditate, quam nullo modo volumus, reduci possit, desiderare cogamur absentem.

EPISTOLA LXIV.

DOMINO, ET FRATRI CHARISSIMO, Domino Priori Henrico: frater Anselmus per diurnam bonam vitam, mereri aeternam beatam vitam.

De obedientia sedulo & patienter seruanda.

Dominus Abbas, & fratrum vestrorum congregatio lati susceperunt, laudauerunt, amauerunt munera vestrae charitatis: sed multo vti que magis ipsam charitatem, quae nunquam non vult, quantum potest, & semper vult plusquam potest. Gratanter quoque suscepit Dominus Abbas, & gratanter legit & audiuit mea paruitas: quae prudentia vestra consilium eius, & patris, & meum vt fratris petiuit: & secundum illud per omnia se facturum promisit. Sic nempe decet sapientem, sapienti scilicet vti consilio. Sapiens quippe consilium est, sicut scitis, quod consulit omnia facere cum consilio. Cum igitur totum rei, de qua consulisti, consistat consilium in obedientia & patientia: & scriptum sit (a) quia obedientiam manuit Deus quam sacrificium: & quia (b) patientia opus perfectum habet: nullius iustius petitis & suscipitis consilium, quam illius, cui debetis obedientiam: & nullum seruatis perfectius, quam cum fortiter teneris patientiam. Hoc igitur consulit Dominus Abbas, hoc rogat, & vt non solum consulenti, & roganti vestra strenuitas ac quiescat: quae est laudanda, sed & praecipienti obediat, quae est coronanda: hoc praecipit, hoc ego frater & amator vester consulo, & flagito: vt totius vitae status his duabus nitatur columnis, scilicet obedientia & patientia. Et quidem de patientia, bene nouit dilectio vestra: quod non solum cum meritis punitur, violenter est exigenda: sed etiam cum inmeritis affligitur, libenter est exhibenda. Ibi enim execranda est impatientia, ne nocens infelicitius damnetur: hic seruanda est patientia, vt innocens feliciter coronetur. De obedientia vero hoc mandat Dominus Abbas, quod non dubitare vos arbitror: quoniam quicquid reuerendo Domino ac patri nostro Archiepiscopo Lanfranco obeditis, sic illud accipit, velut si sibi obediretur: imo tanto gratius quod si sibi obediretis, quanto ipse per semetipsum illi obedire desiderat: & quanto in eo quod non solum ipsi, sed & alii propter ipsum, obeditis: maiorem ipsam vestram obedientiam considerat. Quamquam si consuleremus nos & illum, cui vos obedire inuitamus: multa proculdubio in nobis, & in illo sint: cur nos illi sponte studioseque obedire debeamus. Valere.

EPISTOLA LXV.

DOMINO ET FRATRI, FILIO charissimo Mauricio: frater Anselmus serui reuerentiam, fratris affectum, patris diligentiam.

De Mauricij ex Anglia reuersione ad Beccum.

SEMPER te dilectissime mihi desidero, semper: que te me desiderare non dubito. Sed quonia neuter nostrum finis est, nec sumus inuicem alter alterius nisi per charitatis affectum: Consulo & hortor, quatenus quamdiu hi, quos nobis praeposuit diuina dispositio, nos iusserint esse separata.

a de illa agitur epist. 63. supra.

a. Reg. in b. Jacob. n.

De hoc Anselmo plura ad epist. 117. lib. 3.

separatos: nullam contra voluntatem eorum exquiramus cohabitandi accelerationem: & si benignè nostro desiderio consenserint, nullam inferamus dilationem. Quapropter quod audivimus per Dominum Robertum, quia Dominus noster Archiepiscopus promisit, se nobis remissurum in proximo tuam dilectionem: si benignè tuæ fauet voluntati, nec Domino Abbati displicet: & mihi valdè placet. Si autem non benignè fauet supplicanti, sed cum aliquo rancore permittit extorquenti: nec Domino Abbati nec mihi placet, ut sic redeas. (a) Scripturam, quam te instante & quibusdam aliis fratribus feci, & quam tu tibi debere transmitti precaris, Domino & patri nostro Archiepiscopo examinandam per Dominum Robertum mitto: & per epistolam illum rogo, ut si illam destrui debere non iusserit, tibi reddat exemplar, quod suscipit. Roga igitur eum, si in proximo rediturus es, ut priusquam redeas, præcipiat de eadem scriptura quod præcepturus est: Quatenus aut confirmatam eam tecum deferas, aut destructam esse mihi referas. Quod si illa suscepta redi e tardaueris, mitte mihi exemplar illud, quamcitiùs per fidum nuncium poteris. Quatenus si quid in eo idem Dominus noster Archiepiscopus correxerit, secundum illud corrigatur, etiam illud quod mecum retinui: & ego unum ex his duobus tibi citò remittam. Si vero sic sententiam confirmationis idem opusculum suscepit, ut nullius correctionis indigere iudicetur: tene missum exemplar quamdiu volueris: tantum siue ita sit, siue aliter, quicquid inde Dominus noster Archiepiscopus iudicauerit, aut quo nomine illud titulari iusserit, manda mihi per epistolam, cum primum poteris. Saluta dilectum fratrem nostrum Dominum Herluinum: & hortare eum vice mea, quatenus à bono incepto, quod in eo vidi, nullius transitorie delectationis amore deficiat: sed sicut de die in diem ultimæ dici appropiat: sic quotidie ad contemptum temporalium & amorem æternorum proficiat. Saluta Dominum Arnulfum Beluacensem: Dominum Hulnuardum Anglum consobrinum Domini Osberni, & Dominum Vitalem, Dominum Rogerum, fratrem Samuelem, Cadonienses. Vale & profice in Domino semper charissime.

EPISTOLA LXVI.

AMICO SVO DILECTISSIMO,
& dilectori fidelissimo Lanfranco: frater
Anselmus corporis & animæ pro-
fectam salutem.

Lanfranci Beccens'is neophyti reditum in Northmaniam concupiscit.

QVOTIENS vestra dulcis mihi reminiscor dilectionis, utique tædet me tam longè vestra dilationis. Quamvis enim hæcenus spes vestra recuperanda salutis maximè consolata sit cordis mei angorem de vestra absentia: iam tamen nequeo contristari, quia tam longè & vobis ipsa sanitatis perfectio, & mihi vestra defertur amabilis præsentia. Ete im, non ut vulgò dici solet, quia quod longe est ab oculis, longè est à corde: non inquam, sic quantò benigna vestra mansuetudo longius, vel loco & tempore à me

D. Anselm. Tom. 4.

abest, tantò amor eius in me replevit: sed quanto minus illa frui voto possum, tanto magis desiderium eius in veri dilectoris vestri mente feruescit. Quapropter quamvis cum illo sitis, de quo nec audeo dicere quod vos tantum diligam, quantum ille: nec debeo exigere, ut me tantum diligatis, quantum illum: tamen rogare præsumo, quatenus quando primum cum eius benigna concessione, & sine vestro incommodo poteritis, vestro reditu me vestrum amicum lætificetis. Saluto vobiscum Dominum & fratrem meum charissimum Dominum Guidonem: Quem certè, ut simpliciter conscientiam cordis mei aperiam, mecum esse per amorem desidero indesinenter: & per obedientiam mecum non esse tolero, nisi impatienter. Quem, ut delectus dilectum moneo, & precor, ut studiosè inter ipsas suas occupationes vitam suam discutiat: & in bonis, quæ de illo ab omnibus inde venientibus audio, quotidie proficiat: & si qua in eo adhuc veteris hominis supersunt vestigia, ab his assiduè deficiat. Ambo valete.

EPISTOLA LXVII.

SVO IN CHRISTO DILECTO,
desiderato, sperato, expectato Rogerio: frater
Anselmus suus dilector, quod Deo gratius
& sibi est salubrius prudenter eligere,
perseueranter tenere, scilicet
consummare.

Desideratissime præsolatur veritutum Rogerium.

QVOD folius Dei commisimus consilio: non audeo proprio decernere arbitrio. Licet mihi tamen meū promere desiderium: utiq; vexat me dilatio tua, utique torquet me expectatio tui longitudine sua. Etenim nec vult, nec potest cor meum obliuisci, quam certo non dico promissisti, sed prædixisti mihi me posse expectare te rediturū & mansurum. Et certè quod dixisti, serio dixisti. (a) Ergo intendunt oculi mei in eloquium tuum dicentes: *Quando consolaberis me? utinam non fallat, quoniam speravi in te, utinam non erubescam, quoniam expectavi te, utinam non mirentur nec dicant illi, quas præmisisti primitias fructus tui, & pignus aduentus tui: Cur eos impigeris illuc, quod eos vel præcedere, vel subsequi contempseris: præsertim cum ipsi libentissimè sint ad nos ingressi, & à nobis suscepti spe tue subsecutionis.* Dirigat Dominus in conspectu suo viam tuam, & directo corde tuo, tribuat tibi Dominus secundum cor tuam, & omne consilium tuum confirmet.

EPISTOLA LXVIII.

SVO DOMINO, ET PATRI, AMORE
& reuerentia filiorum, ecclesie Catholice
digno Archiepiscopo Lanfranco: frater An-
selmus suus subiectione seruus, affe-
ctu filius, doctrina discipulus,
quod melius potest.

De nonnullis à Lanfranco animadu'rsis in Anselm' opusculo: cuius habe. ut men'io epist. 63. & 65. sup.

GRATIAS immensas agit cor meum vestrae celsitudini, quæ inter tot & tantas suæ dignitatis

D. 2

*à de illa agi-
tur epist. 63.
supra.*

*De hoc Arnulfo plura
ad epist. 117.
lib. 3.*

a Psalm. 138.

gnitatis occupationem, nec grauaturnec dignatur ociositatis meae verborum paterna benignitate attendere, & benigna sapientia corrigere. Quod enim rogatis ne pro his erga vos dilectio mea tepescat, quia teste Deo & Sanctis eius hoc dilectione facitis, & ego utique huius rei conscientiae vestrae testis sum. Absit ergo, ut mihi sit molestum suscipere consilium: quod de transmarinis partibus; & ego magno desiderio gero, & vos hincera dilectione mittitis. Gratanter itaque paternam admonitionem vestram suscipio, & humiliter responsionem nostram suggero. De illis quidem, quae in illo opusculo dicta sunt, quae salubri sapientique consilio monetis in stateramentis solertius appendenda: & cum eruditus in sacris codicibus conferenda, & ubi ratio deficit, diuinis autoritatibus accingenda, (a) hoc & post paternam amabilemque vestram admonitionem, & ante feci, quantum potui. Nam haec mea fuit intentio, per totam illam qualemcumque disputationem, ut omnino nihil ibi assererem; nisi quod aut canonicis, aut beati Augustini dictis incunctanter posse defendi viderem: & nunc quotiescumque, ea quae dixi, retracto, nihil aliud me asseruisse percipere possum. Etenim ea quae ex eodem opusculo, vestris literis inseruistis: & quaedam alia, quae non inseruistis: nulla mihi ratiocinatio mea, quantumlibet videretur necessaria, persuasisset, ut primus dicere presumerem. Ea enim ipsa sic beatus Augustinus in libro de Trinitate suis magnis disputationibus probat, ut eadem quasi mea breuiori ratiocinatione inueniens, eius consensu auctoritate dicerem. Quod dico, non aliquid eorum, quae dixi apud vos defendendo; sed ea me non a me praesumpsisse, sed ab alio assumpsisse ostendendo. Quomocumque enim sese habeant, scriptura ipsa vel seruandi vel delendi de vestra auctoritate iussionem expectat. Quaedam tamen quae ibi dixi melius aliter potuisse dici, & a me sic esse dicta non bene ut facilius possint intelligi male quam bene: & sic diffido de mea insipientia, ut non negem: & sic confido de vestra sapientia, ut ea posse corrigi sperem. Quapropter quod de eodem opusculo vobiscum conferendo dicitis, utinam secundum benignam voluntatem Dei fieret, ut & de illo & de quibuscumque vellem liceret.

EPISTOLA LXIX.

OLIM DILECTISSIMO FRATRI,
nunc dulcissimo patri, olim & nunc reuerendo
Domino venerabili Episcopo Gondulfo:
frater Anselmus semper suus, sic ex-
plere episcopale officium, ut
aeternum consequatur
beneficium.

De Pontificio gaudet honore, dolet de casu acerbior.
Hic autem Gondulfus ex Beccensi monacho su-
sceptus in locum demortui Herosti Rosensis Epi-
scopi (ad quem est epist. 44. supr.) a Lanfranc.
anno 1071. ut constat ex Biographo eiusdem MS.
in Beccen Chron. Ediner lib. 2. de vita Anselm. c. 2.
Et MS. tabulis Rosensium Episcoporum in nostra
Bibliothec. ubi hoc eius elogium. Gondulfus
Becci monachus Deo amabilis, qui praefuit
Westmonasterio: Ex quibus habemus
eum antea fuisse Westmonasterij coenobiartham.

Willelm. Malmesber. lib. 3. de gestis Pontif. Angl.
eius gesta perstringit, notans ludicrum omen sui
episcopatus ex reuolutione solorum. Cuius euen-
tus simile est exemplum epist. 30. Blesen. Gondul-
fus autem Non. Mart. anno 1108. excessit Rogero
Honed. supra.

ANTE QUAM mihi liceret dulcissima san-
ctitati vestrae literas exultationis pro vestra
exultatione mittere, audiui quod non ad regi-
men, sed ad laborem, non ad iucunditatem, sed
ad tribulationem vobis prouenerat pontificalis
electio. Ex vna igitur parte, volo vestrae paterni-
tati congaudere: sicut illi, cuius praeteritam vi-
tam diuinam gratiam sibi placere ostendit: in
hoc quod vos inter Principes Ecclesiae suae con-
numerare dignatur. Ex altera vero parte cogor
vestrae fraternitati condolere: veluti illi qui eo
ipso quod magis exaltatus est, maiori tribulatione
grauatur. Sed item cum considero, quoniam te-
ste diuina Scriptura de tribulatione nascitur pa-
tientia, quae opus perfectum habet; & probatio,
quae operatur spem, quae non confundit: utique
non intelligo non tantum esse condolendum
vestrae sanctitati in tribulatione propter labo-
rem quem ex illa suscipitis, quantum congratu-
landum propter perfectionem & spem, ad quas
per illam proficitis. (a) Gloria igitur in excelsis
Deo, cui vita vestra sic placuit, ut eam ad exem-
plum exaltaret: & gloria in excelsis Deo, qui sic
vos dilexit, ut vos in igne tribulationis colloca-
ret. Quatenus opera vestra usque ad perfectio-
nem, & spem vestram, usque ad debitum robur
excoqueret. Nam (b) si diligentibus Deum om-
nia cooperantur in bonum, cur diligentes eum
non in omnibus exultantes gratias agant pro
bono. Sic tamen hoc agere debent, & quo-
niam nescit homo, utrum amore dignus sit an
odio; seruiant Domino in timore, & exultent ei
in tremore. Hoc tamen omnis seruus Dei ob-
seruare debet, ne tribulationem putet, quod tri-
bulatio non est: Ne, cum id quod nec sentire
debet, tribulationem deputat, ibi iudicandus sit
eo ipso quod dolet, quod dolere non debet ex
infirmitatis temeritudine succubuisse, ubi se pu-
tat per patientiae fortitudinem superauisse. Sic
enim aestimando se esse aliquid, cum nihil sit, ip-
se se seducit. Hortor itaque sanctitatem vest-
ram, ut nullo modo tribulationem putetis,
quod nec corpus, nec animam laedit. Nec si ad-
uersitas earum rerum, quas seruus Dei contem-
nere debet, vos contristat: probetis vos plus
quam oportet transitoria diligendo: minus quam
debet aeterna diligere. Aperte enim vnusquis-
que homo ostendit se ea diligere, quorum lesio-
nem pati non potest sine tristitia. Nemo enim
molestiam pati existimat, nisi cum in his quae di-
ligit, aduersitatem tolerat. Dilectum fratrem
nostrum Richardum, ea qua possumus charita-
tina sollicitudine vestrae paternitati commendo:
quatenus non illi oblit, quod a nostra con-
uersatione se iungitur, sed magis illi
profit, quod vestrae familia-
ritati coniungitur.

EPISTO-

a Ansel. re-
sponso mode-
sta ad casti-
gationes per
Lanfrancum
indicatas.

a Luc. 2.

b Rom. 8.

Ecclesiast. 9.
Psalm. 7.

a Idem. Patet
nostrum Augu-
stinum prae-
dicat in regula
clericorum lo-
quens de pra-
uato: plus a
vobis amari

EPISTOLA LXX.

DOMINO, FRATRI CHARISSIMO,
Domino Mauricio: frater Anselmus
Deo placere & hominibus.

Discipulum commonet sui propositi non esse immemorem, & curet esse quod audit.

LICET, quò te magis diligo, eò te magis mecum velim habere: plus tamen inde te diligo, unde te non possum habere. Quoniam enim te non tam mihi, quam Deo & tibi diligo: plus te diligo, quia talem te exhibes; vt qui te habent, difficile velint dilectum remittere: quam si facile velint neglectum dimittere. Precor itaque te vt fratrem, & moneo vt filium charissimum, ea cura & diligentia, quam me semper erga te habuisse bene mihi es conscius: quatenus magis ac magis ad mores bonos proficias: & separationem nostram quamdiu iubebit noster Dominus & pater venerabilis Archiepiscopus Lanfrancus, mecum patienter vt diuinam dispositione tolere: nec in aliquo, id unde te magis diligo per impatientiam minuas. Quamuis namq; te valde diligam & desiderem, vt mihi mecum cõuersando cohareas, plus tamen opto vt bonis moribus indissolubiler inhareas. Tota igitur cura tua sit, vt vbicumq; sis, sic viuas: vt bonum hominem & seruum Dei decet, & certus esto, quia Deus tibi prouidebit, quod tibi expediet.

EPISTOLA LXXI.

DOMINO ET PATRI ABBATI, Reuerendo & diligendo Paulo: frater Anselmus sic sancte viuere in temporali prosperitate, vt beatè viuat in aeterna felicitate.

Patatur de eius prouectione ad Abbatiam beati Albanii Anglorum protomartyris a no 1077. 4. Cal. Iulias: quam Lanfranci auxilio & consilio restaurauit, utpote inopem & rerum & religionis, obiit anno 1113. 3. Id. Non. inhumatus ad suam ecclesiam. Is autem fuit monachus S. Stephani Cadoemensis. Matth. Paris in hist. maiore. Biographus Lanfranci MS. in Chron. Beccen.

GLORIA in excelsis Deo, cuius conspectui sic in occulto vita vestra placuit: vt eam ad exemplum in aperto sublimaret, & eam de terra ad cælum per semitam virtutum tendentibus peruiam constitueret: Quatenus non solum suae sanctitatis retributione in regno cœlesti lætetur, sed pro multis, quos Deo lucrabitur gaudium illi felicitatis aeternae multiplicetur. Quamuis enim barbaris vestra praelata sit sanctitas, quos verbis docere propter linguarum diuersitatem non potestis: non tamen omnino vos apud districtum iudicem excusare valeatis, si alios lucrari Deo negligitis. Quod enim illis sermone nõ potestis dicere, vita potestis ostendere. Tanto namq; efficacius bonum exemplo, quam verbo persuaderetur: quanto boni mores in tacente diliguntur, & facundia in torpente contemnitur. (a) Plus itaque studete diligi ab omnibus mansuetudine & misericordia; quam timeri nimis austeritate & nulli parcete iustitia. Gaudeant cuiuslibet ordinis homines vobis commissi, sese commendatos esse patri & pastori: non horreant sese traditos esse tyranno & exactori. Lærentur affines cõsultorem & adi-

D. Ansel. Tom. 4.

torem sibi à Deo venisse: non conquerantur alienarum rerum inuasorem, aut persecutorem à sinistra parte irruisse. Sunt enim multi Prælati nostri ordinis, qui quasi solliciti ne destruat res Dei in manibus eorum, agunt, vt dissipetur lex Dei in cordibus eorum. Nam tantum conantur esse prudentes, ne decipiantur ab aliis, vt fiant astuti ad decipiendum alios. Adeo sunt cauti, ne fiant prodigi, & quæ habent irrationabiliter perdant: vt avari fiant, & quæ seruant, inutiliter putrescant. Sic studiosè seruis & pauperibus Dei, & sancto loco semper fatagunt aliquid acquirere: vt dolosè semper alicui tentent aliquid auferre. Sic animantur zelo corrigendi stultos, vt accendantur crudelitate, aut cupidine colligendi nummos. Hæc igitur vestra prudentia sollicitè caueat: Ita exteriora vobis commissa disponite, vt interiora vestra mandata Dei disponant, & semper mens vestra dicat Deo: (b) *De vultu tuo iudicium meum prouideat.* (c) Sic vos defendite per prudentiam à nocentibus, vt per simplicitatē nulli velitis nocere, sicut scriptum est. (d) *Esto e prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba.* Sic custodite res monasterii vestri, vt non obliuiscamini quod scriptum est. (e) *Si quis habens substantiam mundi viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauseri: viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo: Et alibi. (f) Dare & dabitur vobis.* Sic easdem res augere curate, vt à mente non excidat: (g) *Non concupiscetis rem proximi sui.* Taliter peccantes arguite, vt nec credulitas adsit, nec auaritia; quia scriptum est: (h) *Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritualis estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans te ipsum ne & tunc ten. eris.* Et rursus: (i) *N. q. auari regnum Dei possidebunt.* Non idcirco hæc dilectissime mihi, vestra paternitati scribo, quod putem vos aliter agere, sed quoniam & vos iussistis, & ego volui vt literæ nostræ vos sequerentur: quod vt fieret, necesse fuit aliquid dicere.

EPISTOLA LXXII.

DOMINO ET FRATRI IN CHRISTO charissimo Humfrido, frater Anselmus Beccensis, vita peccator, habitu monachus terrena pro cœlestibus despiciere, cœlestia pro terrenis percipere.

Orat pro tabellario, vt eius institutioni sedulius vacet & alacrius, sibi q.

PRIVM gratias ago, & debitam dilectionem retribuio pro vestra gratuita benivolentia, quam in vobis erga me huius latoꝝ schedulæ se cognouisse affirmat. De qua non parum ipse confidens multum me rogat, vt illa apud vestram dilectionem adiunem: quatenus vestra doctrinæ beneficia, quæ illi misericorditer impenditis, nostris precibus inuitati intensius impendatis. Quod si vobis esset aut noxiū, aut inutile, non dicam pro alio, sed vtique pro me ipso, aut nullatenus aut vix rogare præsumerem. Nunc autem quoniam nec noxiū, nec inutile est, sed incomparabiliter vtilior vobis erit diuina retributio, quam huic vestra largitio: nec audacter nec impudenter, vt astumo, sed amicabiliter precor & obsecro, quatenus reminiscamini quod scriptum est: (a) *Gratis accepistis, gratis date.* Nam et si ab homine forsitan, vt vos

D 3 doceret

appetatur quæ timeri.

b Psalm. 18. c idem pens Anselmus cã Hieronymo in hunc locum: Deuicent per prudentiam insidias: per simplicitatē non faciunt malum. d Math. 10. e 1. Joan. 3. f Luc. 6. g Ezod. 20. h Deut. 5. i Galat. 6.

i 1. Corint. 6.

ad Ides. Patet vester Augustinus praecipit in regula clericorum loquens de praetato: plus à vobis amari

doceret emittis, auribus quidem instrepere ille potuit, sed cor ad intelligendum aperire non potuit, nisi Deus, cui nullus prior dedit, ut retribueretur ei. Si enim amicos, qui nos recipiant in aeterna tabernacula, facere iubemur de Mammona iniquitatis: quanto magis de intelligentia veritatis? Quod si pro me nihil facere vultis, quia nihil mihi debetis: vel facite, ut me debitorem vestrum faciatis. Haec locutus sum pro alio, sed pauca pro vestra dilecta fraternitate, pro qua plura vellem, subiungam. Mementote, charissime, & sine intermissione mente pertractate, quod scriptum est: *(b) Nolite diligere mundum, nec ea quae in mundo sunt: quoniam mundus transibit & concupiscentia eius: & quia amici saeculi huius, inimici Dei constituentur.* Rogo, obsecro, nolite credere mundo, etiam cum fauet: quoniam non fauet ut foveat, sed ut suffocet. Mundus enim in tenebris est, & gloria eius non est gloria, sed ignis vorans. Nolite ergo, charissime, nolite currere in eam; sicut papilio volat in nocturnum ignem: quoniam quem demulcet charitate, hunc postea torquet vltione. O quanto consultius, quanto foelicus relinquere mundum, & sequeremini Christum! *(c)* ut cum in maiestate sua venerit Christus, iudicaretis mundum cum Christo, & *(d)* centuplum recipietes, vitam aeternam possideretis: quod vnam fiat. Amen.

b. i. Ioan. 2.

c. Math. 25.

d. Math. 19.

EPISTOLA LXXIII.

SVÆ REVERENDÆ ET CHARISSIMÆ Dominæ, generis simul & vitæ nobilitate charissimæ Comitissæ Ida: frater Anselmus de virtute in virtutem proficere; de terrena dignitate ad cœleste regnum ascendere.

Commendat à charitate in Beccenses famulos & quoslibet. Haec Ida fuit Eustathij Buelonij Comitissæ vxor, & mater celeberrimi illius, aeternumque memorandi principis Gotofredi Bullionensis, Lotharingorum Ducis, & Hierosolymorum Regis Anno 1100. Caterum monasterium quod Anselmus dicit suum esse, reuera non fuit suum regimine, sed origine & fundatione: Nam & illam fuisse matrimonio iunctam, apparet ex epist. 24. lib. 2. Cœnobium autem hic memoratum, vocatur Merkense à Meyero in Camp. Chiron. Flend. quod Ida & Eustathius maritus condiderunt ad Calistum urbem. De Ida lege amplius Guillelm. Tyrium lib. 9. belli sacri, cap. 5. & 6. eius quoque extat mentio lib. 1. vita S. Godefridi Ambianensis Episcopi, cap. 3. apud Sur. tom. 6.

VT taceam alia vestra bona opera, per quæ nomen vestre nobilitatis longè lateque circumquaque suavi sanctitatis fragrat odore: certè hominibus cuiuslibet ordinis ad vestrum monasterium, vel de nostro monasterio euntibus, tot & tanta impenditis beneficia: ut sic iam illis simus assueti, & sic nobis sint familiaria: Quatenus vobis possit esse onerosum si gratias vobis, verbis, vel literis mandemus per singula, nec in nobis sit, quod retribuere possimus secundum vestra mèrita. Quapropter ad Deum vos mittimus: & illum inter nos & vos ponimus, ut sicut propter illum facitis, quod facitis: ita ipse

vobis retribuatur, pro vobis, quibus facitis. Instante tamen illo fratre, quem à suis perditum nobis misistis, & in magna desolatione benignissimam exhibuistis consolationem: hanc reuerendæ sanctitati vestrae scripsi epistolam, in qua cognosceretis, quia non aliter mihi gratum est, quod illi fecistis, quam si mihi ipsi esset factum: & quia verum est quicquid ipse & de suo casu dixit, & quia præceptum vestrum in omnibus, quæ nobis per illum mandastis, seruauit: & vester homo secundum vestram iussionem illi fideliter seruicando benignè illum ad nos perduxit. Retribuat vobis Deus pro his & aliis vestris bonis operibus beatitudinem sempiternam. Bonum autem facientes nolite deficere, tempore enim suo metetis non deficientes.

EPISTOLA LXXIV.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Abbati Rainaldo: frater Anselmus salutem.

Opusculum, scilicet monologium, quod mittit, non esse communicandum hominibus helleboro indigentibus.

OPUSCULUM illud quod à me tanto studio de tam longè petitis: nequaquam vobis mitterem, si vestrae voluntati non obedire potuissem. Timeo enim ne cum venerit in manus aliquorum, qui magis sunt intenti reprehendere quod audiunt, quam intelligere: si forte ibi legerint aliquid, quod antea non audierint, nec animaduertent, statim clamant, me inaudita, & veritati repugnantia scripsisse. Quibus cum longè positus respondere non poterò, non solum ipsi veritatem negando, veritati se fauere opinabuntur: sed & aliis temerè, antequam audiant, quid sit quod ipsi reprehendant, credentibus, me falsitatis assertorem persuadebunt. Jam enim talium passus sum nimis acceleratam reprehensionem, ex eo quod secutus *(a)* beatum Augustinum, dixi de personis & de substantia Dei. Qui tamen nunc cognoscunt, se non consideratè reprehendisse, & hac occasione quod prius non animaduertebant, gaudent se cognoscere. Nesciebant enim sic non dici propriè de Deo tres personas quomodo tres substantias, quæ iam tamen ratione ob indigentiam nominis propriè significantis illam pluralitatem, quæ in summa Trinitate intelligitur, Latinos dicere tres personas credendas in vna substantia: Græcos verò non minus fideliter tres substantias in vna persona confiteri. Quapropter vestram vehementer efflagito sanctitatem, ut idem opusculum non verbolis & litigiosis hominibus, sed rationabilibus & quietis ostendat. Quod si contigerit, ut aliquis sic aliquid ibi reprehendat; ut eius ratio digna vobis, cui responderi debeat, videatur: Rogo ut mihi quid, quæ ratione reprehendat, charitatiuè aut eius aut vestris literis mandetis: Quatenus charitatis pace, & amore veritatis vtrinque seruato, aut me illius reprehensio, aut illum mea corrigat responsio.

a. Sic autem lib. 7. de Trinitate cap. 4. Quod enim de personis secundum hanc substantiam secundum Græcorum consuetudinem oportet intelligi. Sic enim dicitur illi tres substantias vnam essentiam, quemadmodum nos dicimus tres personas vnam essentiam, vel substantiam. huc refert præfatione Ansel. in suo monologium ubi hoc notabile inuenitur.



EPISTOLA LXXV.

DOMINO, FRATRI, AMICO, Dilecto dilectori Gilberto: Frater Anselmus, quod scribere non valet.

Se amici absentiam agerrime ferre.

Dulcia mihi sunt, amice dulcissime, munerum dulcedinis tuae: sed nequaquam consolari possunt desolatum de te cor meum a desiderio dilectionis tuae. Certè si mittas omnem aromatum odorem, omnem metallorum nitorem, omnem lapidum pretiositatem, omnem texturæ varietatem, renuet; immò non poterit consolari à scissura sua, nisi recepta altera parte sua scissa anima mea. Testis est angor cordis mei, hoc ipsum cogitantis: testes lachrymæ obtenebrantes oculos, & rigantes faciem & digitos id ipsum scribentes. Et quidem tu sciebas sicut ego ipse, erga te dilectionem meam, sed utique ego ipse nesciebam eam. Qui nos scidit ab inuicem, ille me docuit quantum te diligerem: verè non habet homo scientiam boni vel mali, qui non experitur vtrumque. Nesciebam enim non experitus absentiam tuam, quam dulce mihi erat esse tecum; quam amarum sine te esse. Sed tu habes ex ipsa nostra disiunctione presentem alterum, quem non minus aut certe plus amas: mihi vetò tu, tu inquam, es ablatum, & nullus pro te oblatum. Te igitur in consolatione tua gaudente, solum mihi vulnus remansit in mente, forsitan gaudentes de te, offenduntur à me, ista tibi dicente: Sed si ipsi gaudent, quod desiderabant tenentes, cur prohibent vel dolere, quod semper amat perdentem? Ex se excusent me, si me vident in se. Alioquin vel tu intellige, quam compatienter, quam consolanter ipsi hæc faciant: & vnde mitescat dolor meus, quem nemo vult consolari qui potest: nemo potest qui vult. Sed ille, qui omnia quæ vult potest, sic consoletur me, vt nullum contristet; sic nullum contristet, vt amorem tui integrum vbique conferuet. Amen.

EPISTOLA LXXVI.

DOMINO SPONTE DILIGENTI merito dilecto, non vt ignoto, sed vt familiari amico Gualtero: Frater Anselmus quod suus.

Pro sanctis monitis gratias refert, & propositæ questionis in solutionem excusat occupationibus p[ro]p[ri]is.

Si cor meum esset lapide durius, & glacie frigidius, utiq; deberet calefcere igne vestre dilectionis, & mollescere oleo vestre dulcis allocutionis. Tanto namque flagrant charitatis ardore, tanto fragrant benignitatis odore, tanta suavitate sunt iucundæ, sic sunt salubris admonitionis facundæ litteræ, quibus meæ paruitati vestra dignata est se notificare dulcis dilectio, & dilecta prudentia; vt nolit quiescere mens mea, donec videant oculi mei vultum eius; & audiant aures meæ vocem eius; & fruatur anima mea presentia eius: qui me tanto ignotus ignotum amore gratis anticipavit: qui me tam vtiliter absentem litteris ex-

hortari ad profectum studuit; qui me tam prudenter bona, si qua sunt in me, custodire pramonuit. Et vtinam sic vera esset existimatio, quam fama hominum temerè loquentium quod nesciunt, de me vos docuit, quomodo necessaria mihi est vestra admonitio, quæ ex abundantia bonæ voluntatis, & ex prudenti intuitu humanæ fragilitatis processit. Per omnia benedictus DEVS, qui vos tanta charitate ditavit, tam charitativa sollicitudine incitavit. Videat ipse desiderium meum, vt aliquanto merear in DEO placita conuersione sic vestra societate lætari, vt nulla possimus viuentes mutatione dissociari. De questionis solutione, quam à me scribi poscitis, scitote, quia nec otium nec facultatem habeo, vt ad hoc credam me sufficere. Habetis vobiscum Dominum & Patrem nostrum Reuerendum Abbatem (a) Gerbertum, qui vobis de ea, quam scripsistis, questione, & de aliis pro quibus vos velle meam adire paruitatem significastis, melius potest præfens colloquendo, quam ego vel loquendo vel scribendo satisfacere. Precor tamen, ne despiciendo meam fatuitatem, contemnatis visere nostram charitatem. Plus (b) enim debet amari charitas, quam scientia: Scientia (c) enim inflat, charitas vero edificat. Denique quoniam utilis omnis scientia pendet ex charitate: ex (d) ea quippe vniuersa dependet & Propheta. & (e) quoniam vbi duo vel tres congregati fuerint in non me veritatis, ibi ipsa se esse in medio eorum dicit: confido in promissione veritatis, si conuenerimus in eius nomine cum affectu charitatis, quia aderit nobis scientia veritatis: Quod si scirem, vobis esse voluntatem veniendi ad nos, mandarem certum tempus, quando hoc congruè fieret, ne fortè aliquando cum domi non essem, venientes, vobis vanum laborem, & mihi tristitiam facerentis.

EPISTOLA LXXVII.

REVERENDÆ DOMINÆ SVÆ Comitissæ (A) Adalæ, Frater Anselmus Beccensis, vira peccator, habitu monachus, per presentis vitæ diuturnam prosperitatem, transire ad futuram æternam felicitatem.

Vt militi veteri ano militiæ vacationem impetret.

Quamuis me nihil apud vestram Celsitudinem meruisse, aut nostris precibus annuere debeat, cognoscam; nisi, quia ex quo paruitati meæ indotescere dignata est, semper eam coram Deo volum participem existere nostrarum orationum, qualescunque sint; si tamen hoc dignum est vel memorari: tamè inflat mihi Dominus Engelhardus de Castro, quod vulgo dicitur Lenis; amicus noster; vt illum apud vestram pietatem, vt ipse eam adiutricem habeat apud filium vestrum. lam enim grandævus & fractæ ætatis homo, vult dimittere militiam, immò (b) malitiam; quam, hætenus dum potuit, efficaciter exercuit, & hoc

D 4 tantil-

militis templi usurpat dicens. Quis igitur finis fructuus, huius, non dico militiæ, sed malitiæ, si & occisor lethaliter peccat, & occisus æternè periret?

^a Ad hunc scripsit ep. 10.
^b Plus est amanda charitas, quam scientia.
^c 1. Corin. 8.
^d Matth. 22.
^e Matth. 18.

^b Lepida a. que ac vera Paronomasia: quare D. Bernhardus capite 2. sermone ad

à Sic...
lib. 7. de Tri...
nitas cap. 4.
Quod enim...
de personis...
secundum no...
stram hoc de...
substantiis se...
cundum Gra...
corum consue...
tudinem o...
porret intell...
ligi. Sic enim...
dicunt illi tres...
substantias...
vnam essen...
tiam, quem...
admodum nos...
dicimus tres...
personas vna...
essentia, vel...
substantia.
huc refer pra...
fatione An...
sel. in suum...
monologium...
vbi hoc no...
tabile incul...
cat.

antillum vitæ quod superest sic transigere, ut si bona nou potest efficere, saltem à malis possit desinere; ne peccans vsque ad finem puniatur sine fine. Quapropter sperat, desiderat, obsecrat, ut per me vestrū adiutorium habeat & per vestrum adiutorium quietem prædiorū suorum à filio vestro obtineat. Sed vestra prudentia bene nouit, omnes homines esse debere adiutores bonorum studiorum, & cooperatores bonorum operum, esse consortes premiorum. Quapropter, licet nihil meruerim à vobis, non tamē impudenter ego seruus vester rogo sanctitatem vestram, ut præfatum virum propter Deum ad adipiscendum quod vult adiuuetis, quia & vobis proderit, & hoc facere etiam non rogata debetis.

ANNOTATIO IN EPI-
STOLAM LXXVII.

ADala. (A)] Sic legitur apud Guilhelmum Malmeberiensem lib 3. de gest. Regum Anglorum, & in histor. Matthæi Parys. Verum quia id nominis proxime accedit ad dictionem Anglicam Adeling i. e. nobilem

seu magnatem, hac quoq; Adala fuerit filia Guilhelmi Victoris, cognomine Nothi, Regis Anglorum: opinor rectius legi Adela, ut etiam in epistolis Iuonis Carnotensis ad eandem 5. 82. 138. 145. 150. 161. 203. & Guilhelmi Gemmeticensis lib. 8. Histor. Ducum Northmannorum, cap. 34. & 39. In huius Adele gratiam Hugo Floriaci ad Ligerim monachus, scripsit historiar. lib. 6. ab Abrahamo ad nepotes Caroli Magni, quorum autographum misit Iuoni Carnotensi anno 1110. ut notatum est in exemplari scripto Bibl. theca Victoriane, necdum typis dato. Hec tandem calcata seculi pompa, Stephano Blesensi Comite & coniuge extremum diem functo, videns filios esse legitime ætatis ad res gerendas, Deo nupsit in Parthenonè Marciniacensi. cum Petrus Venerabilis præfesset Cluniacō: cuius auctoritatem respicit id Parthenonis: in quo Adela post vitam religiose peractam excessit anno 1137. Stephani Anglorum Regis filij sui secundo, ut Gemmeticensis loco proxime citato animaduertit: Guilhelmus Malmeberiensis & Matthæus Parys memorant religiosam eius professionem.

FINIS LIBRI PRIMI EPISTOLARUM,
Beati Anselmi.

LIBER



LIBER SECVNDVS EPI-
STOLARVM B. ANSELMI,
QVAS SCRIPSIT, FACTVS AB-
BAS BECCENSIS.

EPISTOLA I.

DOMINO ET PATRI REVEREN-
do Archiepiscopo Lanfranco, Frater Anselmus
seruus conseruorum suorum fratrum Beccensiu,
cum eisdem Dominis suis diurnam
huius vitæ prosperitatem, & æ-
ternam futuræ fæli-
citatem.

De Lanfranci in Beccenses liberali & oportuna ele-
mosyna.

RATIAS semper agimus multi-
modis beneficiis, paternæ vestræ
Celsitudinis. Nam licet non sem-
per hoc dicamus, semper tamē hoc
in corde seruamus. Et certē sicut
scriptum (a) est: *Adiutor in oportunitatibus in tribu-
latione, benedictio vestræ largitatis viginti scilicet
libræ, quas Dominus Abbas Herbertus nobis nu-
per attulit, in tanta oportunitate; id est, in tanta
constitutis egestate venit quali imber nobis tem-
poraneus & serotinus: vt cum citissimē tota per
saporem consumpta fuerit, non tamen vlla vesti-
gia saturitatis reliquerit; quā cum (b) somniō
Pharaonis fertiles spicæ, & pingues vaccæ à steri-
libus & quasi inedia consumptis deuoratae sunt.
Sustinuit nos tamen, & vix vlg; modo, ne peni-
tus deficeremus: Nempe nimis exhauserunt nos
caræ emptiones leguminum & auenæ ferè per to-
tum tempus (c) post obitum Domini Herluini
Abbatis, & terrarum quas similiter post eiusdem
obitum emimus, vt taceam signum magnum, q̄
ex vno fracto & altero discordante improuidi in-
cepimus: sed multò plura quā prægogitauerā-
mus, addendo & insumendo vix perfecimus, &
plura alia, in quibus multā præter prædicta expē-
dimus. Et quidem multum tetigit nos annus,
de quo sumus vtēunque egressi: sed valde p̄pius
minatur nobis in penuria multarum rerum an-
nus, in quem sumus ingressi. Sed Deus (d) qui de
cælo prospexit super filios hominum, respiciat
super nos de cordibus abundantium. Præterea,
cum semper egeamus vestro consilio & auxilio;
nunc multum vestra & cleri indigemus subuenti-
one, in his videlicet Ecclesiæ nostræ negotiis, quæ
per viuam præsentium latotis vocē vobis necesse*

habuimus intimare. Quibus cognitis, si quid sci-
tis, quod ad ea nobis prodesse valeat, quantocius
precamur Sanctitas vestra remādare studeat. De
his enim omnibus (e) placitare cogimur coram
Rege Dominica die post festum Sancti Apostoli
Andrææ.

*Hoc verbū
vniuersis me
dia etatis
Scriptoribus
perplacuit.
Eo enim percrebro vtuntur, vt dicant quod Galli Plaidier. Inde apud eosdem,
placitator, plaidier placitum: pro loco iudicij lex plaidis, nec non pro actione
forensi. Et in prima quidem actione reperies Concil. Magunt. can. 12. & c.
59. Addit. Capitular. Caroli Magni.*

ANNOTATIO IN EPI-
TOLAM PRIMAM.

POST obitum (c) Dn. Herluini Abba-
tis. Beccensis videlicet & fundatoris: de cuius
interitu fidem pollicitam ad epist. 28 l. b. 1.
hic factis addo, commodiorem post hæc locum
nimē offensurus. Anno 1077. 10. Cal. Nouēb. Lanfran-
cus venerat Beccū, an p̄ioris Basilica (cuius is secundū
fundamētū collocarat lapidem) consecrāda ergo. Post eius
consecrationis diem tertium recessit, recedentem verò ad
duo milliaria profecutus est Herluinus, eum supra omnes
amans, & ab eo amatus: Chron. Beccens. sunt verba. Vt
verò Cœnobium repedauit, & in cellam se recepit, laxas
dans lacrymis habenas, dixit: Nunc dimittis Dñe ser-
uū tuum in pace, quia viderunt oculi mei, q̄ vt
viderem, antequam moterer, summopere opta-
bam, & indefinenter orabam. Adimplesti quæ
volui, nunc seruus tuus lætus ad te ibit, quacūq;
hora tibi placuerit. Sic quidem loquendi, non la-
bry-
mandi finem fecit. Erat is annus Christi 1077. 7. Calēd.
Nouemb. Abhinc visus est lento pede ad mortis limen pro-
cedere, quoniā in membris omnibus captus debilisq; effectus
est: fuitq; ad 13. Cal. Sept. anni consequentis, quo die mo-
ribundus decubuit lecto. Id verò vt audiēre monachi, ipsa
Mœstia effecti sunt mœstiores. Interea tertius, isq; ante-
pe-
ultimus vitæ Herluini dies illuxit, quo supremis si-
dis-
misq; Ecclesiæ subsidis se muniri petijt. Tunc (inquit
Chron. Becc. MS.) adsunt filii valefacturi amantissi-
mo Patri, lachrymis ac singultibus Psalms &
cæteras orationes interrumpentibus. Tandem
ventum est ad confessionem agendam: Confi-
teri cœpit, verū remanentium pietate filiorum
superatus & ipse in lachrymas effusus nihil dicere
potuit: vix tamen eluctatus in vocem absoluit fi-
lios,

*Lanfrancum
intelligit, vt
indicat hist.
series.*

a Psalm. 21.

b Genes. 41.

d Psalm. 137.

lios, danſque benedictionem & pacem omnibus tam abſentes quàm præſentes immortaliter eos Patri commendauit: ac diſcedentes (quia plus non poterat) vt pro ſe orarent poſtulauit. Dolor & lachrymæ orationes fiebant, quia vix ab eis Pfalm⁹ continuari valebat, dum quiſque alterum reſpicebat, qualiſiam cerneret patre fratre orbatum, erumpebat in lachrymas. Coram illo plangere nequaquam audebant, quia ſpe bona lætabūdus, non lachrymantes ſed latantes eos omnes videre volebat. Si cuius in lachrymas concitati ſingultum ſentiebat, conſeſtim ſolitã grauitate compeſcebat. Tandem die Sabbathi mediam circiter noctem 7. Cal. Sept. ſanctiſſimam eſſlauit animam, Chriſti incarnati anno 1078. ſue ætatis anno 84. monachus 44. Cadauer in media exedra cœnobitice a ea conditum, nigrog³ lapide variis effigieb. calato reſtitum fuit, quem ipſis oculis vidi.

Tres titulos eidem factos habebat Cod. Beccenſ. quorum duos, quia apud G. mmet. lib. 6. hiſt. Ducum Normannorum cap. 9. videre eſt, mitto, admiſſurus tertium, qui ſic habet.

Humanum lapſum, quem vincere non potuiſti,
Conditio ne vetus, Pater Herluine ſubiſti.
Primo quidem miles, quæ ſunt mundi tenuiſti
Sed miſerante Deo mundum poſt deſeruiſti,
Paupertatis onus patenter ſape tuliſti:
Nam tua pauperibus ſapienter diſtribuiſti.
Becci fundator primus fieri meruiſti,
Ipſiusq³ loci monachus Reſtorq³ fuiſti,
Viuere quiq³ gregem ſanctum tecum voluiſti,
Si quid cum premeret, de more patris doluiſti,
Munere diuino tibi commiſſos docuiſti:
Ecce ſub hac tumba, cinis es, cui membra dediſti.
Laudibus ergo pijs Beccenſes te venerentur,
Detq³ tibi Dominus regnum cœleſte, precentur.

Necrologium Becci hiſ pauculis eius obitum memorat.

VII. Calend. Septem. obiit Venerabilis memoria Dominus Abbas Herluinus, primus Paſtor & fundator huius Cœnobii.

EPISTOLA II.

SVO REVERENDO DOMINO ET Patri benigniſſimo Archiepiſcopo Lanfranco; Frater Anſelmus cum conferuis & Dominis ſuis fratribus Beccenſis Cœnobii, quod ſui.

Iterum Lanfranco referuntur gratia ob humanitatem Beccenſibus exhibitam.

GRatias magnas mādamus in charta, magnæ & frequenti veſtræ largitati; & immēſas ſeruamus in corde immenſæ & continuæ bonæ voluntati. Cum enim Deo largiente tanta ſit veſtra abundantia, vt totiens ſupplendo noſtram inopiam nequaquam decreſcere poſſit: vtiq³; tanta eſt bona voluntas, vt abundantia citius exhauriri, q̄ bona voluntas minui poſſit. Et (a) Deus, qui dedit vobis & velle & operari pro ſua voluntate, cōſeruet vtrumque, quem veſtræ ſanctitati tot bona nobis tribuenti optamus (b) retributorem; immo ſceneranti damus pro nobis debitorem & ſponſorem. Secure igitur & hilariter cum millena vſura recepturi impendite, ſicut bene incepſiſtis: quia fallere nec vos nec nos volumus, nec fideiuſſor

a Philip. 2.

b Reſpicit ad illud Prover. 19. Eceneratu Domino, qui, &c.

noſter poteſt. Seruos & filios veſtros fratres noſtros ad veſtra mittimus veſtigia: & ſicut veſtra eunt iuſſione, ita vel maneat, vel redeant, vel qd liber agant, quicquid nos ordinauerimus veſtra diſpoſitione. Filius veſter Abbas, vt aiunt, Beccenſis, mutuauit à ſeruo veſtro fratre Anſelmo aurum quod pro calice miſiſtis. Nam & iſte qui calicem faceret, non habebat; & ille interim auro opus habebat. Sed ſecundum pactum aurum red detur formatum in calicem, & ea forma quæ vobis magis placet in calice. Interim autem vter ſeruus veſter eo calice, quem Becci Prior habuiſti, & ſuccedenti Priori (c) dediſtis: ſed ſcitate quia aurum illi nullatenus crederet, niſi veſtra fideiuſſione: vos enim fideiuſſiſtis, quia iuſſiſtis. Satis autem patet cui ſit ſidendum, ne ſub patris & domini fideiuſſione filius ſeruum fallat.

EPISTOLA III.

DOMINO ET AMICO PATRI ET Fratri reuerendo & dilecto Epico Gondulfo: Frater Anſelmus, quod olim quod ex quo magis nos dileximus

Roſenſi Epico Beccenſes in Angliam proſecti commendantur

QVanquam dignitas Epicoſalis, & reuerētia ſanctitatis ſic veſtram mihi perſonam ſuper exaltet, vt me valde infra deſerat: ſemper tamen quod non timore ſed amore dico: priſtina familiaritas & familiaris amicitia ad æqualitatem me ſubleuat, vt quantumcunque dignitate & meritis ſtrenuus Epicoſus & ſignauus monachus ſeparentur; ſemper tamen (a) Gondulſus & Anſelmus familiari dilectione copulentur. Quapropter nunquam minus præſumam de vobis ppter veſtrum Epicoſatum, nunquam minus confidam ppter veſtram ſanctitatem; quia ſemper vnum cor ſumus ppter parem dilectionis familiaritatem. Imò tanto magis vbi ratio exiget, quanto magis vobis ſuppedit, & in terrenis facultas ex dignitate; & in ſpiritualibus oportunitas ex ſanctitate. Cum enim in hoc par ſit voluntas in vtroque, vt quiſquis velit alterum prodeſſe quantum poteſt: neceſſe eſt, vt plus ille proſit, qui plus poteſt. Oportet ergo, vt plus veſtram mihi magnam deuotionem apud Deum prodeſſe curetis, quam meam (quæ vti que aut verè nulla, aut ſerè nulla eſt) pdeſſe vobis expectetis. Nec hoc dico, vt pro vero amico meo non orem, ſicut poſſum; ſed vt oſtendam, quia nimis parum eſt quod poſſum: quatenus ille, qui plus poteſt, adiuuet illum, qui minus poteſt; vt ad illius & ſuum opus plus poſſit. Nec idcirco veſtra pro me debet oratio frigere, quia mea pro vobis non valet æqualiter ſeruere. Quiſquis enim (b) diligit aliquem, aut per dilectionem prodeſt alicui: ſcitate, quia plus ſibi pdeſt, quàm alijs. Multo namque maius eſt, quod tenet ipſam charitatem, quàm ſit id quod præſtat alijs per charitatem. Iſti enim id ſolum, quod charitas ad tempus poteſt, tribuitur; illi verò & hic ipſa charitas tribuitur, & in futuro quantum ipſa eſt retribuitur. Commendo veſtræ paternæ charitati, & charitati paternitati fratres noſtros & veſtros, quos in Angliam mittimus; quatenus vbi opus erit, veſtro ſuſtineantur auxilio, veſtro regantur conſilio: veſtra diligentia vita eorum exquiratur, & veſtra cœſura approbetur vel corrigatur.

c De ſeſoqui
ſer in tercia
perſona, man
ex Edm. Ce.
met. & vti a
non noſtris
diquet, Diu
Anſelmus
ſubiſſe vices
Lanfranci, cū
Cœnobio Ca
nomenſi Ab
bas præſectus
eſt.

a Abbate
plurimas epi
ſtolas legere
eſt, lib. 1. ſup.

b Qui per
charitatem
diligit alteri
plus ſibi quàm
dilecto pro
deſt.

EPISTOLA IV.

EPISTOLA VI.

DOMINO ET PATRI REVEREN-
do Abbati Baldiino: Frater Anselmus, in
hoc sæculo sanctè, & in futuro
beatè viuere.

Hic Baldwinus fuit Abbas Sancti Edmundi, Regis & Martyris, in Anglia, diocesi Norwicensi. Obijt Vir ille ex mta religionis, & Gallus gener.: anno 1087. 2. Calend. Ianuar. vt adno. ait Rogerus Hovedenus priori parte Annalium. Iterum cupit esse comm-n' atiq; mos Beccenses fratres in Angliam nauigantes.

Quamuis de vestra sanctitate me nihil prome-
ruisse nisi sola bona voluntate cognoscam:
tamen vestra nota multis benignitas facit, me de
se præsumere; vt cum opus est, non dubitem, q
vos non dedecet, expetere. Nam & ego para-
tam nostram fateor voluntatem ad obediendum
si vestra paternitas à mea paruitate aliquid exige-
ret faciendum. Quippe & charitas, (quam sem-
per nobis inuicem debemus) sicut paratos nos
facit ad obsequendum, ita fidentes reddit ad
poscendum. Quapropter confidens de præce-
pto charitatis, & experimento vestræ benignita-
tis, & conscientia nostræ voluntatis: commen-
do vestræ paternæ charitati, & charitatiuæ pater-
nitati fratres nostros, quos in Angliam mittimus:
quatenus, vbi opus erit, vestro sustineantur auxi-
lio; vestro regantur consilio, vestra diligentia
vita eorum exquiratur, & vestra censura appro-
betur, vel corrigatur.

EPISTOLA V.

DOMINO ET FRATRI CHARIS-
simo Henrico: Frater Anselmus sa-
lutem.

Pro hisdem Beccensibus.

Licet charitatem vestram fraternitas nostra
tamen dilectio tepescit in conscientia. Postquam
enim de vera ratione dilectio inter rationabiles
nascitur; nequaquam ipsa, quamdiu radix viu-
it, extinguitur. Quapropter nec ego, nec vos de
mutua dilectione debemus dubitare, quoniam
vti mutua præsentia non valemus: sed semper in
eius certitudine perseverare, quamdiu causam o-
riginis eius immutabilem tenemus. Commen-
do (a) vestræ fraternæ charitati, & charitatiuæ
fraternitati, fratres nostros, & vestros, quos in
Angliam mittimus: quatenus, vbi opus erit, ve-
stro sustineantur auxilio, vestro regantur con-
silio; vestra diligentia vita eorum exquiratur,
& vestra censura approbetur, vel corrigatur.

*eadem pro-
sunt verb. et no-
duntur epist.
1. 4. sup.*

*b Qui per
charitatem
diliget alteri
plus sibi quam
dilecto pro-
dest.*

SVO (A) CHARISSIMO DOMINO
Ricardo, & suæ charissimæ Domina Rohaidi:
Frater Anselmus & frater Ricardus par-
uulus monachus, cum tota con-
gregatione Beccensi salutem
& fideles oratio-
nes.

Quarto & postremo Beccenses in Angliam missos commendat.

MAGNAS gratias reddimus inprimis DEO
à quo est omnis bona voluntas, & pro cuius
amore omnia bona nobis fiunt: Deinde vobis,
pro omnibus bonis, quæ nobis facitis, & promittitis.
In hoc enim monstratis benè, quia amor vester,
quem semper habuistis ad nostrum monasterium;
nunquam decreuit: sed plus & plus crescit.
Quanto enim plura bona nobis facitis & promittitis,
tanto certiore amorem ostenditis. Omnipotens Deus & sancta mater eius
Maria, quos quotidie rogamus pro vobis, & pro
quorum amore nobis facitis omnia, illi vobis re-
tribuant in regno cælorum. Fratres nostros vobis
mittimus, sicut iussistis. Commendamus ergo
vobis illos, vt sicut vadunt in Angliam vestra
iussione & vestra spe: ita omnino sit in vestra cura
& vestra prouidentia, quid illi faciant, aut quomodo
aut vnde viuant.

ANNOTATIO IN EPI-
STOLAM VI.

SVO (A) charissimo Domino Ricardo, & suæ
charissimæ Domina Rohaidi.] *Non ex hoc
tantum titulo, sed & ex insequentibus epist. Anselm. ver-
bis hisce: Quanto enim plura bona nobis facitis
& promittitis. liquet eos esse de quibus Heluinus proto-
cœnobiarcha Beccensis sub finem diplomatis, vbi & eleemo-
synas in suum collatas cœnobiū, & collatores recen-
set; & de his quidem sic: Eidē monasterio dedit Ricardus
filius Gilleberti Comitum mansiones duas, Torine & Estrahani,
teste & assentiente vxore sua & filiis, Rogerio & Gilleberto,
& duas partes decimæ de Hondemerefto, & de Cypeftedehe,
& de Gnentum, & de Blacingeeth, & de Beccesurdum,
& de Tornecrusto, & de Vualenterona. Et Rohais ipsius Ricardi
vxor per consensum illius dedit eidem monasterio hoc q
in dominio habebat ad Hamecelesan, tam in terris, quam in aliis
rebus. Sic in diplomate signato. Porro Ricardum paruulum,
quem in fronte epistole notat Anselm. puto esse illum ipsum
Heluensis monasterij postremum Archimadri-
tam, de quo infra ad epist. 126. lib. 3. Sed & hunc parentem
eius fuisse Anglos, claret ex vocabulis Anglicis rerum
donatarum nunc enumeratis, & ex Anselmo sub finem
epistole aiente: Commendamus ergo vobis illos, vt sicut vadunt
in Angliam, &c. insuper nomen Rohais, pleno guttere personæ
Anselmum.*

EPISTOLA VII.

FRATER ANSELMVS, DICTVS AB-
bas Beccensis, fratribus & filiis charissimis, Ri-
cardo & aliis, de Beccensi congregatione
in Anglia conuerfantibus, salutē
& paternam cum dilectio-
ne benedictionem.

Vt Beccenses in Angliam de latireligiose viuant

SI sanè, si prosperè, si denique concorditer & secundum Deum uiuatis; congratulatur charitati vestræ fraterno & paterno affectu aia mea. Testis enim est mihi conscientia mea, quia nihil me tantum latificat, quantum eorum, qui mea paruitati, nescio quo diuino iudicio commissi sunt, prosperitas & rectitudo: nihil me tantum inæstificat, quantum eorūdem aduersitas & tortitudo. Quapropter precor vos ut fratres, moneo ut filios charissimos, ut semper memoriam monachicæ religionis perpetuam habeatis, ut quod habitus vestræ religionis profitetur, vita & morib. exhibeatis. Quippe nec locus nec tempus aliquod excusat aliquem, quin benè possit viuere; cum & bonam voluntatem nemo vnquam alicubi à cordibus hominum ipsis nolentibus possit excludere; & morum compositio in qualibet rerum perturbatione secundum rerum congruentiam ordinata queat consistere. Opera namque Deus nequaquam exigit ultra possibilitatem, ubi bonæ voluntatis & bonorum morum conspicit integritatem. Sic igitur desidero, ut in omnibus vosmet ipsos absque omni excusatione exhibeatis, ut vos non mundi, nec eorum quæ in mundo sunt, sed Dei, & eorum quæ Dei sunt amatores ostendatis: Quatenus de bona vestra cōuersatione aliis Deū laudantibus, vos in præsentī & futura vita in Deo possitis gaudere, & ego verè possim fratrib. & filiis meis cōgaudere. De Domino Henrico, (A) qui Camerarius fuit, audio, quia in multis inordinatè se agit, & maximè in bibendo: ita ut in (b) Gilda cum ebriosis bibat, & cum eis inebriet. Quod si verum est, dicere nō possum, quantum cor meum de tanta fratris perditione doleat. Non enim diu sola erit ista miseria, sed nisi se citò Deo respiciente correxerit, per eam ad alia trahetur mortis præcipitia. Quantum igitur Abbas debet prohibere monacho, tantum ego qualiscunq̄ peccator sim, ex Dei & Sanctorum eius & nostra auctoritate prohibeo, ne postquam hanc nostram prohibitionem cognouerit, amplius in Gilda, aut in conuentu eorum, qui ad inebriandum solum cōueniunt, viuere audeat: hoc quoque præcipio, ut de præterita inordinatione, si eam negare non potest, Domini nostri Lanfranci Archiepiscopi, aut Domini Episcopi Gundulfi, aut vestro iudicio pœnitere non negligat: & deinceps curam se custodiendi ab ebrietate, & à malitiosis verbis cū Dei auxilio habeat. At si se corrigere noluerit omninò, malo contempta omni utilitate, quam p̄ eum in Anglia debemus habere, ut ad nos sub disciplina regēdus redeat: quam ut longè à disciplina perdendus remaneat. Dominum verò Henricum de Gornacò benignè rogo, ut de eo quod in literis suis tam studiose postulat, patienter & quieto animo toleret, donec Dñs Ricardus, (qui ad nos in proximo sicut à Rege audiui venturus est,) veniat: & quod tunc de illo & de vobis omnibus

b Gilda voc. Anglica, significat forū venalium, in quo dñi mercatores necessaria mercantur aut vendunt, sibi plerumq̄ temulentiam minime necessariam eodem pacto mercantur: unde & plus ebrietas, quam evis referunt.

qui propter eundem Dñm Ricardum missi sunt, nostro & fratrum nostrorum cōsilio dispositum fuerit, benigna patientia, & patienti benignitate sustineat.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM VII.

DE Domino Henrico, (A) qui Camerarius fuit. Id nominis non vnum significare conperi primò apud Albem Ioachimū, qui cap. i. Apoc. enucleans posuit pro amannensi: Nec, inquit mirum, si à cœli Camerario (Ioannem Euangelistam notat) scribitur, cui supra pectus Domini recubenti, &c. Si neutrum occurrat, positum erit pro quodam cucurbitarum genere, quod quia cameras & pergulas operit: eptantibus flagellis & capreolis innitentibus, hinc opinatur ductum & dictum Marius Grapaldus l. i. Apothece, Onuphrius in explanat. obscur. vocum eccles. huic etymologia subscribens, aliò tamen respiciens docet, Camerariū (extincto Archid. aconi S. R. E. nomine) sic vocatum fuisse, quod pecuniarum ecclesiasticarum, quæ in Cameris asservantur, curam habet: hocq̄, vocabulum habuit tempore Gregorij VII. Huic augurio consentit nomen Camerarij positum in epist. 152. lib. 3. ubi obseruauit ad marginem illum Petrum (de quo illic) fuisse ex Cluniacensi monacho Camerarium Urbano II. & Paschali. In veteribus Floriacensis ad Ligurim Cœnobij statutis legi, quod feria quinta hebdomatis sancta: Finito sermone, iubente Domino Abbate surgit Camerarius, & suffraganeus eius, & per eos fratribus noua calceamenta erogantur. Lib. 1. Statutorum nostrorum c. 10. explanatus paries eius, cui est nomini, memoratur in hanc sententiam, Ad officium Camerarij pertinet, ut omnes census & reditus monasterij siue de villis siue de terris, siue de molendinis, siue de quibuslibet aliis rebus statuto tempore & perquirat & recipiat. De receptis a pecuniis ad Abbatem ac p̄dictos depositarios singulis hebdomadis, quantum fieri potest, se exoneret. Horrea etiam, aratra, & terræ arabiles, & cetera cultura monasterij, necnon & pecora & omnes nutritura communes ad eius curam spectant: ut ipse prouideat, quæ in omnibus instaurandis & exercendis siue conseruandis necessaria sunt: In monasterio omnis cura exteriorum, & totius curiæ prouidentia ad eum pertinet: stabulum & omnis supellex, & quæ ad stabulum & equos pertinent, tum & ibi seruientes sub eius sunt prouidentia. Et post p̄ uca: Granarium & cellarium & horreum ad curam & prouidentiam Camerarij spectant. Et capite præcedenti: Expenfas autem monasterij Celerarius faciat, sicut Camerarius receptas colligit. Hactenus Statuta Victoriana, ex quibus Camerarij ministerium enucleatus exposui, huic loco Anselmi rectissime quadrat. Regule S. Benedicti 31. cap. Cellarius videtur hoc fungi munere, quo Camerarius Victorianus: sed vnuerſa eius munia tam sigillatim priuatimq̄, non exprimuntur. Ex Edinero autem liquet, diuersa esse Camerarij & Cellarij officia; famulis quoq̄ cubiculariis video à quibusdam hinc esse inditam appellationem, quæ tamen olim Regij cubiculi præfecti summi & primi maximè erat, ut legi in epistol. 190. Iuon. Carnot. ubi Galerannus Regis camerarius dicitur. Et in diplomatibus Ludouici Crassi Francorum Regis, filij eiusdem Ludouici VII. Prins quidem Catalanni datum 1113. subscriptum est ita. Signum Guidonis Camerarij. Posteriorius Lutetia Parisiorum à Ludouico Crassi filio eblauditum ad asserendam Patris magnificentiā in Victorianos nostros datum anno 1137. Parisius. n. basili-

ca, tui

a De significationib. nominum malis hinc ab ecclesia sub illaq̄ disputatio: Eandem iterū Anselmus excitat c. 10. & 11. Dialog. de dyaboli.

ca. cui suberat hoc chyrographum: Signum Hugonis Camerarii. Alios mitto locos, ex quibus similia potuissent argumenta proferre, si in re tam leui morosiore me quam studiosiore lectori me ostentarem. Vnicum addam, scilicet illum, quem in plerisque monasteriis procuratorem aut economum appellant, hic Camerarium nominari, apud nos Chambrier, ut etiam nostrates Galli vernacule nuncupant Papae Camerarium: Sed & quondam cubicularius regius hoc vocabatur nomine, ut palam fiet ex hoc epistolari titulo Laurentij Primfactij ad librum de Senectute a se gallice versum, Anno 1405. Atres excellent, glorieux & noble Prince Loys oncle du Roy de France, Duc de Bourbon, conte de Clermont & de Forestz, signeur de Beauieu, grand Chambrier, & premier pair de France. Huius autem versionis duo exemplaria manuscripta prostant in nostra Bibliotheca. Quem vero Laurentius Primfactus eiusdem Ludouici Borbonij Clericus appellauit, grand Chambrier, hodie dicunt, grand Chambellan, aut, premier Chambellan.

EPISTOLA VIII.

FRATER ANSELMVS, DICTVS AB-
bas Becci, dilecto fratri & filio suo Mauri-
tio salutem & Dei benedicti-
onem.

*De monacho, absq; Anselmi facultate diutius moran-
te in Curia, qui secreto monitus, si non emendet,
pro delicti grauitate punietur.*

ERGA fratrem illum, de quo mihi, quod res exigebat, scripisti; quia pro libitu suae voluntatis, neglecta claustrum conuersatione moratur in Curia Regia: volo ut ita deinceps & tu & ceteri fratres nostri, qui tecum sunt, vos habeatis. Si venerit ad vos, permitto ut eum suscipiatis, fraternae ei charitatis officium impendatis. Ostendite sibi tamen ex vestra parte, vos videri, ne id displiceat mihi: Arguite illum, debita tamen modestia, de sua tanta temeritate & inobedientia. Nam neque nostra iussione aut permissione iam remoratur, imò iussioni nostrae aperte contraire non veretur. Nec illi mando, ut redeat; nec concedo ut remaneat. Quasdam enim causas intueor, quibus hanc eius praesumptionem tolerare adhuc dissimulando compellor. Verum nisi celerius se correxerit, postpositis omnibus his, quibus eum adhuc expecto, causis, regularem in eum me exercere seueritatem necesse erit. Mallem tamen illius spontaneam correctionem, quam vllam ei inferre austerioris disciplinae correptionem. Praeterea, scriptum illud, quod de ea quaestione, quomodo scilicet cum malum nihil esse dicatur, nomen eius aliquid significet, rogatu quorundam fratrum, de talibus me frequenter, ut nosti, interrogantium, nuper feci; praesentium latorem tibi modo, ut postulaui, huic annexum epistolae direxi. Si malum nihil (a) est, quomodo nomen eius aliquid significat? Rursus, si audito nomine mali intelligimus aliquid, quod horremus & vitandum censemus: quomodo aut malum nihil est, aut mali nomen nihil significat? Sed & ipsum nihil, quid est? Verum cum nequaquam differant nihil esse, & non esse aliquid: quomodo dici potest, quid sit, quod non est aliquid? Ipsum tamen, quod dicimus ni-

D. Ansel. Tom. 4.

hil, si nihil significat, id est, si non significat aliquid nomen non est; sed nomen est. Quanquam igitur nullus dicat, nihil esse aliquid, sed semper nihil esse, nihil cogamur fateri: nemo tamen potest nomen nihili significatiuum esse diffiteri. Verum econtra; si hoc ipsum nomen non significat nihil, sed aliquid, id quod significatur, videtur non posse esse nihil, sed magis aliquid. Si ergo quod significatur non est nihil, sed aliquid; qualiter verum erit, ut significetur per hoc nomen, scilicet nihil? Quippe quod verè nihil dicitur, verè nihil est, & idcirco non est aliquid. Quare si quod significatur hoc nomine, non est nihil sed aliquid: quemadmodum consequentia videtur ostendere; falsò & incongruè vocatur hoc nomine. At econtra, si secundum iudicium omnium, id quod nominatur nihil, verè nihil est, & nequaquam est aliquid: vsquam ne videtur aliquid consequentius, quam ut hoc ipsum nomen nihil significet, idem non significaret aliquid? Quid igitur est, quia hoc nomen, videlicet nihil, non significat nihil, sed aliquid, & non significat aliquid, sed nihil? An forsitan non repugnant, significare nihil & aliquid? Sed si non repugnant, aut inuenienda res est aliqua, quae sit aliquid, & nihil; quod non potest intelligi: aut ista vox diuersa consideratione significat nihil & aliquid. Constat namque, quoniam haec vox scilicet nihil, quantum ad significationem, nullatenus differt ab eo, quod dico, non aliquid. Nihil quoque hoc apertius, quam quod haec vox, scilicet non aliquid, omnem rem penitus, & omne quod est aliquid, intellectu remouendum, nec omnino vllam rem, aut penitus quod aliquid sit, ponendum: sua prolatione significat. Sed quoniam remotio alicuius rei significari nullatenus potest, nisi cum significatione eius ipsius, cuius significatur remotio, necesse est ut haec quae est non aliquid; destruendo id quod est aliquid, significet aliquid. Quoniam verò auferendo omne quod est aliquid, nullam significat essentiam, quam audientis intellectus quasi existentem retineat: idcirco non aliquid vox, nullam rem, aut quod sit aliquid, significat. Igitur haec vox non aliquid his diuersis rationibus aliquatenus significat rem & aliquid, & nullatenus significat rem aut aliquid: significat enim negando, & non significat constituendo. Hac ratione nil nomen, quod perimit omne quod est aliquid: & destruendo non significat nihil, sed aliquid, & constituendo non significat aliquid, sed nihil. Quapropter non est necesse nihil esse aliquid: ideo quia nomen eius significat aliquid quolibet modo: sed potius necesse est nihil, quia nomen eius significat aliquid hoc modo. Hoc itaque modo non repugnat malum nihil esse, & mali nihil esse significatiuum: si sic aliquid perimendo significat, ut nullius rei sit constitutiuum. Sed cum hac ratione malum & nihil, verè significant aliquid, & tamen quod sic significatur, non est malum, vel nihil est; tamen & alia ratio, qua significant aliquid, & quod significatur est aliquid, sed non verè aliquid, sed quasi aliquid. Multa quippe dicuntur secundum formam, quae non sunt secundum rem, ut timere secundum formam vocis dicitur actiuum, cum sit passiuum secundum rem. Ita quoque caecitas dicitur aliquid secundum formam loquendi, cum non sit aliquid secundum rem. Sic enim de aliquo dicimus, quia habet visum, & visus est in eo: ita dicimus, quia habet caecitatem,

E & caeci-

a De signifi-
cationib. no-
minum mali
& nihil, di-
alectica sub-
tilia, dispu-
tatio: Eandem
sententiam Ansel-
mus excitat
c. 10. & 11.
Dialog. de
off. diaboli.

& cæcitas est in eo, cum hæc non sit aliquid; sed potius non aliquid: & hanc habere, non sit habere aliquid, imo eo carere, quod est aliquid. Cæcitas namque non est aliud, quam non visus, aut absentia visus, ubi visus debet esse. Non (b) visus verò, vel absentia visus, non magis est aliquid, ubi debet esse visus, quam ubi non debet esse. Quare cæcitas non magis est aliquid in oculo, quia ibi debet esse visus, quam non visus, vel absentia visus, ut in lapide, ubi non debet esse. Multa quoque alia similiter dicuntur aliquid, secundum formam loquendi, quæ non sunt aliquid: quoniam scilicet loquimur de illis, sicut de rebus existentibus. Hoc igitur modo malum & nihil significant aliquid, & quod significatur est aliquid, non secundum rem, sed secundum formam loquendi. Nihil enim non aliud significat, quam non aliquid, aut absentiam eorum, quæ sunt aliquid: & malum non est aliud, quam non bonum aut absentia boni, ubi debet aut epedit esse bonum. Quod autem non est aliud, quam absentia eius, quod est aliquid, utique non est aliquid. Malum igitur verè est nihil, & nihil non est aliquid, & tamen quodammodo sunt aliquid, quia sic loquimur de his, quasi sint aliquid, cum dicimus nihil vel malum fecit, aut nihil vel malum est quod fecit: sicut dicimus, aliquid vel bonum fecit, aut aliquid vel bonum est quod fecit.

EPISTOLA IX.

DOMINIS ET FRATRIBVS DILECTISSIMIS IN BECCENSI CENOBIO DEO SERUIENTIBVS:

Frater Anselmus, seruus & conseruus eorũ semper sanctè viuere, & sanctæ vitæ præmium percipere.

De prospero sui in Angliam aduentu.

SCiens & certè sciens dulcissimam mihi vestrã dilectionem nuncium meæ incolumitatis & prosperitatis toto affectu desiderare, non potui eam dilatione aliqua fatigare. Ipsa itaq; die, qua Dominus Girardus, hora, quæ dicitur prima, à me mare ingresso discessit: Diuina (a) protectio me vestris orationibus in Anglicam terram prospera nauigatione & sine molestia, (quam multi nauigantes pati solent) perduxit: & ad Dominum & Patrem nostrum Archiepiscopum Lanfrancum vespere puenire, & cum gaudio suscipi apud villam ipsius nomine Limingia concessit. In crastina verò has literas scripsi, quibus & præfatum desiderium vestrum adimplerem, & sanctum propositum vestrum semper feruere, & ad meliora proficere commouerem. Precor igitur ut frater, hortor ut pater, ut hic studeatis in pace, & religione monachica cõuersari; quatenus & vos ex vestri studii retributione valeatis beatificari, & ego de vestra beatitudine quandoque congratulari. Omnipotens Dominus sua nos protectione ab omni aduersitate defendat, & suam vobis misericordiam per continuã corporis & animæ prosperitatem ostendat. Mandate (b) matri & Dominæ

b Reuera nõ est aliquid amplius, sed dicitur aliquid esse: nõ ab oculo privari, à lapide negari, & abesse.

a Anno primo quo fuit abbas constitutus, ut animadvertit Elinor Anglus lib. 1.

b Non est hæc Anselmi genitrix: nam Ermenberga nomini erat, & ante Anselmi religiosam professionem concesserat in sacra. De hac autem Eva dicitur ad episcopum insequentem, de filio primogenito ad epistol. 16. huius libri.

nostræ Evæ, quod de filio suo primogenito vobiscum audire pari desiderio expectat, & ut oret quo sicut suis orationibus vobiscum impetrauit me à vobis timentibus cum prosperitate abire, ita impetret, ut possim ad vos gaudenter cum gaudio redire.

EPISTOLA X.

FRATER ANSELMVS, DICTVS ABbas Beccensis, suo olim amico desideratissimo; nunc Domino & fratri, & filio charissimo nouo Christi militi Rudolfo: per cõtemptum terrenarum & falsarum diuitiarum adipisci cœlestes diuitias.

Lectur de Rudolfo ad religiosam vitam conuerso, accommodat propositio canticum angelicum Lucae 21. huius Rudolfi meminit epist. 39. infr. vbi eum fuisse Beluacensem scribit.

Gloria in excelsis Deo, qui in terra dat hominibus bonã voluntatẽ: cuius ex celsa dextera secundum desiderium meum mutauit voluntatem dilecti & desiderati mei à vanitate sæculi: quæ nulli in fine prodest, & omnibus se amantibus obest. Ad veritatem, quæ nulli vnquam obest & omnibus se querentibus prodest. Breuiter tibi loquor, dulcissime cordi meo, literis, quem super oēs homines teste cõscientia videre, & cui multũ loqui ore ad os plusquam alicui in terra viuenti, desidero. Noui enim malignam diaboli inuidiã, quia de manibus suis, imò de ore suo te frendens tabescit euadere. Vnde certus sum, quia te multis modis, scilicet, aut grauitate seruitutis Dei, quam elegisti, aut delectatione seruiendi illi per amorẽ sæculi, quam reliquisti, tentabit decipere. Quare quoniam spero per Dei gratiam contra omnes eius astutias, quoniam in falsitate & imbecillitate sunt: si certa spes in Deo non absit, me tibi posse consulere: & pro certo scio nullum cõsiliũ ad præsens desiderio tuo magis quam meum sufficere: non habebit anima mea requiem, donec videant oculi mei desideratum meum; & alloquatur os meum dilectissimũ filium meum, & instruat cor meum cõtra diaboli iacula nouum cõmilitonem. Precor igitur omnipotentem Deum, qui te ab amore secularis vanitatis segregauit, & sanctissimã matrem eius, quæ te ad se fugientem sub sua tutela suscepit, ut te ab omni perturbatione incepti propositi custodiant. Teq; rogo per illum, cuius gratia inspirante hoc incepisti, ne te terreat vlla insidiarum vel suggestiones inimici. Ad hoc n. idem inimicus te molestare nititur, ut de te victo gaudeat: sed Deus ad hoc illi permittit, ut habeat, vnde tibi victoriæ coronam ipse tribuat: nemo enim coronabitur, dicente Apostolo, nisi qui legitime certauerit. Expecta igitur, donec veniam: quia cõsolationem omnium, quæ tibi nunc molestas sunt, suscipies. Dominus custodiat te ab omni malo;

AMEN.

Necessario fuit addendum quod eodem tempore vix aliquot insignes erant eiusdem nominis. rum Scri

EPISTOLA XI.

DOMINO ET PATRICVM DILECTIONE Reuerendo, & cum reuerentia diligendo Lugdunensi Archiepiscopo Hugoni: Frater Anselmus, dictus Abbas Beccensis, quod dilecto patri fidelis filius.

Hic est Hugo quem Gregorius VII. apostolicum in Gallias legatum creauerat, & Urbanus II. Gregorius successor confirmauerat: sed res agabatur vir modestus ob horrendos Ecclesie Gallicane tumultus, ut claret ex Iuon. Carn. epist. 18. in qua & pluribus aliis eiusdem Hugonis laus proferatur. De quibusdam Anselmi opusculis ab Archiepiscopo requisitis.

Si velim scribere, quam magnum & quam gratum sit mihi decus & dulcedo vestrae familiaritatis, quam ex vestra promissione me confido habere: quantumque eam, & si non merui accipere, desiderem vel fideli voluntate, si aliter nequeo mereri, non amittere: forsitan autem subtrahendum erit aliquid, aut videbor veritati superaddere. Sed in epistola non audeo sufficienter commendare, in sermone cordis curabo Deo dante fideliter feruare Per presentium latores fratres sanctitatis vestrae, ut cognoui, dilectores celsitudini vestrae de scriptis nostris mitto, quod iussistis. In qua re non tam alicuius me utilitati, quam vestrae scio seruire voluntati. Quapropter si in illa legendo vos frustra tempus insumpsisse poeniterit; quia, quod non putatis, inuenietis: non mittenti, sed exigenti imputare debetis. De quaestionibus vero de quibus me velle scribere dixi, & reuerentia vestra me si dixerit, quantum dicere impediatur: ab illo, qui meam non nouit conuersationem, credi non potest. Si quando tamen inde mihi per Dei gratiam quod volo efficere licebit, vestrae, si potero, prudentiae notum erit. Fratres praedicti lachrymabiliter de interiori monasterio sui conuerentes destructione, pio me obsecrarunt affectu, ut nostris precibus paterni vestri consilii in tribulatione sua releuentur consolatione: sed sicut nostro consilio non eget vestra sapientia, ita nec precibus beneuolentia. Si tamen placet, ut dicam, quid illis ad praesens expedire, donec visitatione supernae gratiae in eorum ecclesia per regularis Abbatis presentiam monachica restauretur religio, sentiam: aestimo quia melius est, ut vestra licentia interim eligant, ubi secundum propositum suum viuunt utiliter, quam ut ibi cogantur manere, ubi indigentia bonorum corporis & animae tristes viuunt inutiliter, aut eadem indigentia intolerabiliter grauati, discedant inobedienter. Quod in titulo opusculorum nostrorum nomini nostro addidi nomen (a) Abbatis, non ideo feci, ut personam monstrarem honoratiorem, sed ut nominis excluderem aequiuocationem.

Necessario fuit addendum quod eodem tempore viri aliquot insignes erant eiusdem nominis. nempe Anselmus Landensis, Rhemensis, Mantuanus. quorum Scripta commemorat Tritemius in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum

EPISTOLA XII.

SERVVS SERVORVM DEI IN Beccensi monasterio commanentium, Frater Anselmus: fratri dilecto, filio desiderato (a) Helinando, bene incepta feliciter perficere.

Rudem Christi militem docet Sathana insidias & artes quibus eludat.

Benedictus Deus, (b) a quo omne bonum datum optimum, & omne donum perfectum descendit: qui (c) auertit oculos tuos ne videant vanitatem, & erexit animam tuam, ad sequendam veritatem. Restat igitur, mihi desiderate, ut sedula sollicitudine pertractes, quia (d) nemo mittens munus ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno caelorum. Antiquus (e) enim hostis tanto enixius non cessabit multimodis te calliditatibus inuadere, quanto te videt studiosius velle laqueos eius euadere. Saepe (f) namque reducet ante mentis oculos, quae delectabilia sunt ea, in quibus solitus es conuerti: ut continuo subinferat, quam difficile sit assuetam voluptate carere: quam sit impossibile, in quodam altero rigore, & rigida austeritate tota aetate perseverare: Quatenus ex memoria affluente delectationis plus horreat animus iobrietatem vitae sublimioris. Aliquando (g) sub specie discretionis finget se salubrius tibi, quam proposueris consulere, ut scilicet prauitatem delicens in clericali proposito religiosè viuendo vel persistere: ut & per vitae correctionem animam tuam possis saluare, nec per indiscretionem subeas onus, quod non possis portare. Quod (h) si te ab intentione perfectioris vitae nullatenus auerti posse cognouerit, quasi tecum ire approbando propositum se humilabit: sed iuxta iter laqueos ponere multimodos non cessabit: Aliquando quidem hinc oblata oportunitate peccandi; illinc stimulante tentatione suasionem callidus addet huiusmodi: Tam bonum est quod decreuisti facere, ut quamlibet immensitatem scelerum possit destruere. Interim ergo satisfacere voluntati tuae cur haesitas? cum cito siue multa siue pauca peccata tua sint, pariter delendo non dubitas? Aliquando (i) vero taliter conabitur decipere; bonum quidem est quod vis facere, sed non oportune sit, nisi cum repente lasciuia iuuenili, quae pondus illius regularis celsurae non tolerat, ipsa maturitas aetatis religiosae grauitati se contemperat. Quod (k) si videbit te ita imbecilem, ut impediri possit tua intentio, si manifestetur omnino, conabitur, ut his a quibus retineri aut vi aut amore aut aliqua persuasione possis, qualibet occasione publice tur. Promittet (l) etiam, quia si bonum quod intendis aliquantulum differre volueris, multo fructuosius atque utilius facere hoc poteris, & plurimorum salute, quos tecum attrahes, & commodo pecuniae monasterio profuturae, quam vniuersum colliges: Quid etiam est, quod te leuitate & inconsiderata acceleratione tentabit arguere: quia te non solum promittendo, sed & pignus (m) promittendo, indissolubili voto voluiti constringere: cum nihilominus & fortasse melius id ipsum libera posses voluntate perficere. Ad haec omnia charissime, quid respondendum sit, vellem aliquantulo diffusius scribere, nisi lex epistolae cogeret me breuitatem non

a Haec epistola prima erat in Codicibus antehac impressa.

b Iacob. i.

c Psalm. 118.

d Luc. 9.

e Diabolus tanto furiosius quempit impet. quae sortit. & auertit. ut non fringat. miratur peccas.

f Primus diabolus insul. ius, commemoratio voluptatis relictarum.

g Secundus, mediocris vitae iugo reclusus.

h Tertius, duobus prioribus periculosior.

i Quartus, blandiens stratagemate pelucens.

k Quintus.

l Sextus, ex monachis in dilatione verberis pollicetur bonum.

m Alias ponendo.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Archiepiscopo Lanfranco: Frater Anselmus Servus servorum Dei Becci commanentium, cum eisdem Dominis suis, quod Domino fideles serui, q̄ reuerendo patri reuerentes filii.

Ut parum mora faciat in Anglia.

DE Domino Gisleberto, ut eum vobis mitteremus, vestrae satisfacimus iussioni: quod autem tardius, q̄ iussistis, verum est: quod non est factum negligentia; sed ob multa, quae nunc enarrare longum est, impedimenta. Sed scitote, quia si quis fecerit, ut ipse in Anglorum terra remaneat, nimis graue & maius, q̄ breuiter dici possit, damnum in praesenti & in futuro, interius & exterius Ecclesiae nostrae & tristitiam faciet. Quapropter precamur & obsecramus, quantum salua iustitia & vestrae sanctitatis reuerentia nobis licet per pietatem & per charitatem, quam erga nos vestra semper habere paternitate cognouimus, ut si absque Dei voluntatis obuiatione fieri posse videritis: potius fratribus & amicis desiderantibus ad certam salutem, & aliorum utilitatem per vestram instantiam, reddatur q̄ quibuslibet alienis ad periculum sui damni, & illorum utilitatem dubiam ingeratur. Breuiter, q̄ multum volumus, & expedire credimus, obsecramus; quia sapientiae vestrae pauca verba sufficere non ignoramus. Quod si diuinam dispositionem nostrae sic resistere petitioni vestra cognouerit prudentia, ut aliter fieret necesse sit: q̄ mihi si praesens essem vestra prudentia de re ipsa concedere aut facere consideret, vestrae committito potestati.

EPISTOLA XIV.

FRATER ANSELMVS, ABBAS BECCI, Fratribus (A) Beccensibus apud Confluentium commanentibus salutem.

Ut monachus profugus repetat monasterium.

Mittite nostras literas Benedicto monacho de S. Petro supra (b) Diuam, qui propter scholas moratur apud Parisium, & conuersatur in monasterio S. Maglorii. Mando n. illi & consulo ut ad monasterium suum redeat, a quo extra voluntate Abbatis sui abest. Promisit n. idem Abbas eius mihi, se illi misericordiam pro nostro amore, si redierit, exhibiturum. Quod si facere voluerit, omnino illum sicut monachum de nostro monasterio charitatiua sollicitudine benigne iuuare. quatenus aut equo usq; ad nostrum monasterium, aut nauim usque Fraisingam venire possit. Quod Dn. Rodulfus mandauit vobis de equo suo, & de monacho S. Germani, facite: sed hoc a me mandatum esse dicere nolite: sed a Dn. Rodulfo valete, & scitote, quia miserante Deo de aegritudine quam nuper habui, bene conualesco, & hoc amico nostro Dn. Ursioni notum facite. Epistolas nostras, quas Dn. Mauritius nobis mittere debuit adhuc expectamus: Iterum valete.

);(

ANNO.

excedere. Breue igitur & verum amici tui suscipe contra ista consilium. Qui (n) putat voluptate seculi carere, & in exercitio perseverare virtutum, munus austerum & impossibile, nunquam gustauit quantum sit non seruire sed imperare vitis per amorem & spem caelestis regni, laudandum & delectabile. Qui (u) putat melius sibi esse in habitu clericali religiose sibi viuere, quam subire monachicae vitae podus importabile: consideret per totum mundum, quanta hilaritate vtrique sexui, omni aetati, & omni generi hominum sit pondus illud cantabile. Sciat (p) etiam, quia valde difficilius est inter saeculares per liberam voluntatem, quam inter claustrum monachorum sub disciplina custodire vitae sanctitatem. Non dico nunc, quod propositum vitae inter omnes vitas altiore gradum contingat humilitatis, quem altior sequitur exaltatio: nisi quia nullus, ut melius viuatur, monachi propositum deserit, & omne genus hominum ad monachicam vitam, ut magis Deo propinquet, concurrat. Qui (q) peccata addit peccato, quia peccatorum omnium expectat remissionem, amando peccatum, probat se non amare: & ideo non mereri peccatorum remissionem. Qui (r) differt in futuram & forsitan non futuram aetatem, vitam suam corrigere, certum bonum dimittit pro dubio, & contemnendo, quod perdit, probat se non amare quod expectat & meretur non accipere. Qui (s) certus non est, se tantae esse constantiae, ut nullo modo secti possit a bono proposito omnino celet bonam voluntatem, ut non nisi cum in opus exit, appareat in publico. Qui (t) bonum, quod vult facere, ut melius fiat, differt: bonum est, si melius, certum est. Quod si melius bonum dubium est, & perdere minus bonum, nimis est damnosum & irreuerabile: consilium est, ut acceleret facere bonum minus, ne nimis expectando maius, non faciat maius nec minus. Qui (u) iudicat leuitatem voto velle se ligare ad faciendum, quod bonum est, ut iam non sit liber ad non faciendum: iudicet doctorem leuitatis, illum qui dicit: *Venete & reddite*. Nullatenus enim reprehendus est, qui quod bonum est, nouit; sed qui non reddit, quod nouit. Certum quippe est, quia qui bene vouet, ipso voto Deo placet: Qui ergo aliquid boni vouit, non poeniteat, quia fecit, unde Deo placeat: sed festinet reddere quod vouit, ut plus placeat. Haec, fili charissime, consilia, has consolationes in praesenti maxime tibi necessaria iudicavi, haec paterna sollicitudine ego quem patrem & consiliarium non mea dignitate, sed tua voluntate elegisti, dictaui; haec interim reminisci non desinas, donec quod Deo inspirante vouisti, ipso adiuuante perficias. Vale desiderate cordi meo, & festina satisfacere de te desiderio meo, quod utinam facere placeat Omnipotentis Deo: Amen.

Ad singulas impugnatias Daemonis machinas re percutiendas & delicias singulas. Et hic quidem primus. o Aries 2. p Aries 3. q Aries 4. r Aries 5. s Aries 6. t Aries 7. u Aries 8. v Aries 9. w Aries 10. x Aries 11. y Aries 12. z Aries 13. A Aries 14. B Aries 15. C Aries 16. D Aries 17. E Aries 18. F Aries 19. G Aries 20. H Aries 21. I Aries 22. K Aries 23. L Aries 24. M Aries 25. N Aries 26. O Aries 27. P Aries 28. Q Aries 29. R Aries 30. S Aries 31. T Aries 32. U Aries 33. V Aries 34. W Aries 35. X Aries 36. Y Aries 37. Z Aries 38. AA Aries 39. AB Aries 40. AC Aries 41. AD Aries 42. AE Aries 43. AF Aries 44. AG Aries 45. AH Aries 46. AI Aries 47. AJ Aries 48. AK Aries 49. AL Aries 50. AM Aries 51. AN Aries 52. AO Aries 53. AP Aries 54. AQ Aries 55. AR Aries 56. AS Aries 57. AT Aries 58. AU Aries 59. AV Aries 60. AW Aries 61. AX Aries 62. AY Aries 63. AZ Aries 64. BA Aries 65. BB Aries 66. BC Aries 67. BD Aries 68. BE Aries 69. BF Aries 70. BG Aries 71. BH Aries 72. BI Aries 73. BJ Aries 74. BK Aries 75. BL Aries 76. BM Aries 77. BN Aries 78. BO Aries 79. BP Aries 80. BQ Aries 81. BR Aries 82. BS Aries 83. BT Aries 84. BU Aries 85. BV Aries 86. BW Aries 87. BX Aries 88. BY Aries 89. BZ Aries 90. CA Aries 91. CB Aries 92. CC Aries 93. CD Aries 94. CE Aries 95. CF Aries 96. CG Aries 97. CH Aries 98. CI Aries 99. CJ Aries 100. CK Aries 101. CL Aries 102. CM Aries 103. CN Aries 104. CO Aries 105. CP Aries 106. CQ Aries 107. CR Aries 108. CS Aries 109. CT Aries 110. CU Aries 111. CV Aries 112. CW Aries 113. CX Aries 114. CY Aries 115. CZ Aries 116. DA Aries 117. DB Aries 118. DC Aries 119. DD Aries 120. DE Aries 121. DF Aries 122. DG Aries 123. DH Aries 124. DI Aries 125. DJ Aries 126. DK Aries 127. DL Aries 128. DM Aries 129. DN Aries 130. DO Aries 131. DP Aries 132. DQ Aries 133. DR Aries 134. DS Aries 135. DT Aries 136. DU Aries 137. DV Aries 138. DW Aries 139. DX Aries 140. DY Aries 141. DZ Aries 142. EA Aries 143. EB Aries 144. EC Aries 145. ED Aries 146. EE Aries 147. EF Aries 148. EG Aries 149. EH Aries 150. EI Aries 151. EJ Aries 152. EK Aries 153. EL Aries 154. EM Aries 155. EN Aries 156. EO Aries 157. EP Aries 158. EQ Aries 159. ER Aries 160. ES Aries 161. ET Aries 162. EU Aries 163. EV Aries 164. EW Aries 165. EX Aries 166. EY Aries 167. EZ Aries 168. FA Aries 169. FB Aries 170. FC Aries 171. FD Aries 172. FE Aries 173. FF Aries 174. FG Aries 175. FH Aries 176. FI Aries 177. FJ Aries 178. FK Aries 179. FL Aries 180. FM Aries 181. FN Aries 182. FO Aries 183. FP Aries 184. FQ Aries 185. FR Aries 186. FS Aries 187. FT Aries 188. FU Aries 189. FV Aries 190. FW Aries 191. FX Aries 192. FY Aries 193. FZ Aries 194. GA Aries 195. GB Aries 196. GC Aries 197. GD Aries 198. GE Aries 199. GF Aries 200. GG Aries 201. GH Aries 202. GI Aries 203. GJ Aries 204. GK Aries 205. GL Aries 206. GM Aries 207. GN Aries 208. GO Aries 209. GP Aries 210. GQ Aries 211. GR Aries 212. GS Aries 213. GT Aries 214. GU Aries 215. GV Aries 216. GW Aries 217. GX Aries 218. GY Aries 219. GZ Aries 220. HA Aries 221. HB Aries 222. HC Aries 223. HD Aries 224. HE Aries 225. HF Aries 226. HG Aries 227. HH Aries 228. HI Aries 229. HJ Aries 230. HK Aries 231. HL Aries 232. HM Aries 233. HN Aries 234. HO Aries 235. HP Aries 236. HQ Aries 237. HR Aries 238. HS Aries 239. HT Aries 240. HU Aries 241. HV Aries 242. HW Aries 243. HX Aries 244. HY Aries 245. HZ Aries 246. IA Aries 247. IB Aries 248. IC Aries 249. ID Aries 250. IE Aries 251. IF Aries 252. IG Aries 253. IH Aries 254. II Aries 255. IJ Aries 256. IK Aries 257. IL Aries 258. IM Aries 259. IN Aries 260. IO Aries 261. IP Aries 262. IQ Aries 263. IR Aries 264. IS Aries 265. IT Aries 266. IU Aries 267. IV Aries 268. IW Aries 269. IX Aries 270. IY Aries 271. IZ Aries 272. JA Aries 273. JB Aries 274. JC Aries 275. JD Aries 276. JE Aries 277. JF Aries 278. JG Aries 279. JH Aries 280. JI Aries 281. JJ Aries 282. JK Aries 283. JL Aries 284. JM Aries 285. JN Aries 286. JO Aries 287. JP Aries 288. JQ Aries 289. JR Aries 290. JS Aries 291. JT Aries 292. JU Aries 293. JV Aries 294. JW Aries 295. JX Aries 296. JY Aries 297. JZ Aries 298. KA Aries 299. KB Aries 300. KC Aries 301. KD Aries 302. KE Aries 303. KF Aries 304. KG Aries 305. KH Aries 306. KI Aries 307. KJ Aries 308. KK Aries 309. KL Aries 310. KM Aries 311. KN Aries 312. KO Aries 313. KP Aries 314. KQ Aries 315. KR Aries 316. KS Aries 317. KT Aries 318. KU Aries 319. KV Aries 320. KW Aries 321. KX Aries 322. KY Aries 323. KZ Aries 324. LA Aries 325. LB Aries 326. LC Aries 327. LD Aries 328. LE Aries 329. LF Aries 330. LG Aries 331. LH Aries 332. LI Aries 333. LJ Aries 334. LK Aries 335. LL Aries 336. LM Aries 337. LN Aries 338. LO Aries 339. LP Aries 340. LQ Aries 341. LR Aries 342. LS Aries 343. LT Aries 344. LU Aries 345. LV Aries 346. LW Aries 347. LX Aries 348. LY Aries 349. LZ Aries 350. MA Aries 351. MB Aries 352. MC Aries 353. MD Aries 354. ME Aries 355. MF Aries 356. MG Aries 357. MH Aries 358. MI Aries 359. MJ Aries 360. MK Aries 361. ML Aries 362. MN Aries 363. MO Aries 364. MP Aries 365. MQ Aries 366. MR Aries 367. MS Aries 368. MT Aries 369. MU Aries 370. MV Aries 371. MW Aries 372. MX Aries 373. MY Aries 374. MZ Aries 375. NA Aries 376. NB Aries 377. NC Aries 378. ND Aries 379. NE Aries 380. NF Aries 381. NG Aries 382. NH Aries 383. NI Aries 384. NJ Aries 385. NK Aries 386. NL Aries 387. NM Aries 388. NO Aries 389. NP Aries 390. NQ Aries 391. NR Aries 392. NS Aries 393. NT Aries 394. NU Aries 395. NV Aries 396. NW Aries 397. NX Aries 398. NY Aries 399. NZ Aries 400. OA Aries 401. OB Aries 402. OC Aries 403. OD Aries 404. OE Aries 405. OF Aries 406. OG Aries 407. OH Aries 408. OI Aries 409. OJ Aries 410. OK Aries 411. OL Aries 412. OM Aries 413. ON Aries 414. OO Aries 415. OP Aries 416. OQ Aries 417. OR Aries 418. OS Aries 419. OT Aries 420. OU Aries 421. OV Aries 422. OW Aries 423. OX Aries 424. OY Aries 425. OZ Aries 426. PA Aries 427. PB Aries 428. PC Aries 429. PD Aries 430. PE Aries 431. PF Aries 432. PG Aries 433. PH Aries 434. PI Aries 435. PJ Aries 436. PK Aries 437. PL Aries 438. PM Aries 439. PN Aries 440. PO Aries 441. PP Aries 442. PQ Aries 443. PR Aries 444. PS Aries 445. PT Aries 446. PU Aries 447. PV Aries 448. PW Aries 449. PX Aries 450. PY Aries 451. PZ Aries 452. QA Aries 453. QB Aries 454. QC Aries 455. QD Aries 456. QE Aries 457. QF Aries 458. QG Aries 459. QH Aries 460. QI Aries 461. QJ Aries 462. QK Aries 463. QL Aries 464. QM Aries 465. QN Aries 466. QO Aries 467. QP Aries 468. QQ Aries 469. QR Aries 470. QS Aries 471. QT Aries 472. QU Aries 473. QV Aries 474. QW Aries 475. QX Aries 476. QY Aries 477. QZ Aries 478. RA Aries 479. RB Aries 480. RC Aries 481. RD Aries 482. RE Aries 483. RF Aries 484. RG Aries 485. RH Aries 486. RI Aries 487. RJ Aries 488. RK Aries 489. RL Aries 490. RM Aries 491. RN Aries 492. RO Aries 493. RP Aries 494. RQ Aries 495. RR Aries 496. RS Aries 497. RT Aries 498. RU Aries 499. RV Aries 500. RW Aries 501. RX Aries 502. RY Aries 503. RZ Aries 504. SA Aries 505. SB Aries 506. SC Aries 507. SD Aries 508. SE Aries 509. SF Aries 510. SG Aries 511. SH Aries 512. SI Aries 513. SJ Aries 514. SK Aries 515. SL Aries 516. SM Aries 517. SN Aries 518. SO Aries 519. SP Aries 520. SQ Aries 521. SR Aries 522. SS Aries 523. ST Aries 524. SU Aries 525. SV Aries 526. SW Aries 527. SX Aries 528. SY Aries 529. SZ Aries 530. TA Aries 531. TB Aries 532. TC Aries 533. TD Aries 534. TE Aries 535. TF Aries 536. TG Aries 537. TH Aries 538. TI Aries 539. TJ Aries 540. TK Aries 541. TL Aries 542. TM Aries 543. TN Aries 544. TO Aries 545. TP Aries 546. TQ Aries 547. TR Aries 548. TS Aries 549. TU Aries 550. TV Aries 551. TW Aries 552. TX Aries 553. TY Aries 554. TZ Aries 555. UA Aries 556. UB Aries 557. UC Aries 558. UD Aries 559. UE Aries 560. UF Aries 561. UG Aries 562. UH Aries 563. UI Aries 564. UJ Aries 565. UK Aries 566. UL Aries 567. UM Aries 568. UN Aries 569. UO Aries 570. UP Aries 571. UQ Aries 572. UR Aries 573. US Aries 574. UT Aries 575. UU Aries 576. UV Aries 577. UW Aries 578. UX Aries 579. UY Aries 580. UZ Aries 581. VA Aries 582. VB Aries 583. VC Aries 584. VD Aries 585. VE Aries 586. VF Aries 587. VG Aries 588. VH Aries 589. VI Aries 590. VJ Aries 591. VK Aries 592. VL Aries 593. VM Aries 594. VN Aries 595. VO Aries 596. VP Aries 597. VQ Aries 598. VR Aries 599. VS Aries 600. VT Aries 601. VU Aries 602. VV Aries 603. VW Aries 604. VX Aries 605. VY Aries 606. VZ Aries 607. WA Aries 608. WB Aries 609. WC Aries 610. WD Aries 611. WE Aries 612. WF Aries 613. WG Aries 614. WH Aries 615. WI Aries 616. WJ Aries 617. WK Aries 618. WL Aries 619. WM Aries 620. WN Aries 621. WO Aries 622. WP Aries 623. WQ Aries 624. WR Aries 625. WS Aries 626. WT Aries 627. WU Aries 628. WV Aries 629. WW Aries 630. WX Aries 631. WY Aries 632. WZ Aries 633. XA Aries 634. XB Aries 635. XC Aries 636. XD Aries 637. XE Aries 638. XF Aries 639. XG Aries 640. XH Aries 641. XI Aries 642. XJ Aries 643. XK Aries 644. XL Aries 645. XM Aries 646. XN Aries 647. XO Aries 648. XP Aries 649. XQ Aries 650. XR Aries 651. XS Aries 652. XT Aries 653. XU Aries 654. XV Aries 655. XW Aries 656. XX Aries 657. XY Aries 658. XZ Aries 659. YA Aries 660. YB Aries 661. YC Aries 662. YD Aries 663. YE Aries 664. YF Aries 665. YG Aries 666. YH Aries 667. YI Aries 668. YJ Aries 669. YK Aries 670. YL Aries 671. YM Aries 672. YN Aries 673. YO Aries 674. YP Aries 675. YQ Aries 676. YR Aries 677. YS Aries 678. YT Aries 679. YU Aries 680. YV Aries 681. YW Aries 682. YX Aries 683. YY Aries 684. YZ Aries 685. ZA Aries 686. ZB Aries 687. ZC Aries 688. ZD Aries 689. ZE Aries 690. ZF Aries 691. ZG Aries 692. ZH Aries 693. ZI Aries 694. ZJ Aries 695. ZK Aries 696. ZL Aries 697. ZM Aries 698. ZN Aries 699. ZO Aries 700. ZP Aries 701. ZQ Aries 702. ZR Aries 703. ZS Aries 704. ZT Aries 705. ZU Aries 706. ZV Aries 707. ZW Aries 708. ZX Aries 709. ZY Aries 710. ZZ Aries 711.

b Germanis us dicerent Inam, qui est fluvius per Anglia usque ad le pais de Auge en Normandie, de fluens, Sicut a Lexovius dirimens, tandemq; oppidum quod prius bus irrigatur ad Variam. lam, Varum nulle, mare insluit. Anselmus, qui vernacule dicitur la herouere de lue, la- rre, quocum reddidit.

BECCENSIBUS (A) apud Confluentium. Ex huius vocabuli amphibologia fateor influxerat in ari-
mum error, vt arbitraretur illud oppidum Germania
Cisrhenana dictum Confluentem, (vt Gregor. Turonens.
lib. 8. histor. Franc. cap. 13. repet. in verbum) quod illic
Mosella, fluminis non incelebris, Rhenusq; confluant. Nec
huic mea coniectationis quid obicere possit, videbam,
nisi quod postea offendi in paruo Beccens. Chronic. MS.
scilicet. Anno 1080. Iuo Comes de Bellemonte
super Isaram, & Adelidis vxor eius, volentes B.
Honorinæ de Confluentio à monachis Deo de-
feruiri, dederunt eam, & omnia ad illam perti-
nentia Beccensi monasterio, sub libera potesta-
te & ordinatione Abbatum præfati Cœnobij.
Huic donationi Reuerendus Episcopus Parisi-
ensis Goffridus de Paroëcia, & beneficio (vt
semper mos est bonos bene actis fauere) cum
Canonicis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Parisiësis con-
sensit. Et paulo post: Anno 1081. fundata est do-
mus de Confluentio sub dominio Abbatum Bec-
ci. Anno 1083. translatio monachorum Becci
apud Confluentium commorantium à veteri ec-
clesia (quæ Capella dicitur) ad nouam Ecclesi-
am cum corpore Sanctæ Honorinæ. Confluenti-
um igitur (de quo nunc sermo) est Comopolis, à Lu-
tetia Parisiorum distans sex millibus ad Occidentem. vbi
Isara & Sequana conflunt: vnde eius nomen Conflans,
forsan rectius Confluent. Habes eiusdem appellationis
viciniam mille passibus à Lutetia, contra Orientem, sic
nuncupatum ob Matronam & Sequanam iuxta conflu-
entes.

EPISTOLA XV.

DOMINO ET PATRI REVEREN-
do Abbati Fulconi: Frater Anselmus ora-
tionum & seruitij fide-
litatem.

Vt mitius agatur cum Apostata monacho, postu-
lante misericordiam & iudicium.

FILIVS vester, qui à paternitate vestra inor-
dinatè abierat, pœnitens ad omnem satisfac-
tionem secundum vestrum iudicium paratus
humiliter redit. Qui non tam postulat, vt illi
pœnam quam meruit remittatis, quàm vt vel
vltimum illum intra gregem, quem sua culpa
dimiserat, vestra misericordia constituatis. Pre-
cor igitur ego Sanctitatem vestram, vt non tam
conlideret districtio vestra, quod facit humili-
ter pœnitendo. Precor etiam atque etiam fra-
tres ac Dominos nostros, alios filios vestros, vt
pœnitentis vestræ misericordiam pro eo exoran-
tes gaudium se monstretis habere: quia frat. r. co-
rum mortuus fuerat, & r. uixit, perierat, & r. uenit
est. Qua verò mensura erga eundem fratrem iu-
diciū siue misericordiam vestram ostendere
debeatis, sicut scriptum est, misericordiam & iu-
diciū cantabo Domine: vestra potestatis
est, & vestra prudentia tantum vt
superexaltet misericordia
iudicio.



SVO DILECISSIMO, OLIM DIVI-
na dispositione filio, nunc Dei gratia Coabbati
Gisleberto (A) Frater Anselmus in hac vita
diu sanctè viuere cum prosperita-
te, in futura fœliciter cum
æternitate.

Congratulatur Gisleberto Beccensi monacho ad
Abbatia Westmonasteriensis in Anglia regi-
men assumpto.

ET si tardè propter ægritudinem (b) impedi-
tem dilecto dilectori meo pro noua tibi diui-
nitus data gratia scribo: non tamen tepidè quàm-
tum ad voluntatis beneuolentiam pertinet, dico:
(c) Gloria in altissimis Deo. & in terra gaudium & pax
hominibus bonæ voluntatis: qui iudicium suum de
te manifestauit, quod hactenus apud se occul-
tum, licet semper dete pro humana ælimatione
bona crederemus, seruauit. In eo namque vitæ
proposito, in quo te custodiendo semper eius
gratia & sapientia erudiuit, & in sanctitate nu-
triuit, patrem & doctorem pasto-remque anima-
rum te constituit. Multò enim melius de te spe-
randum est, & de similibus tuis, quorum vita est
in sancta conuersatione nutrita, quàm de me, &
de similibus meis, quorum vita olim est seculari
conuersatione detrita: De vobis enim sperandū
est, cum ad aliorum curam promouemini, quod
dum & alios ad vestri similitudinem instruitis, iu-
sticia vestra perficiatur: de nobis verò timendum
est, cum tanto pondere grauamur, ne iniustitia
nostra occulta Dei iudicio augeatur. Quantò
igitur melius est de tua sanctitate in suscepto offi-
cio sperandum, tantò magis est, & securius de ti-
bi concessa gratia gaudendum. Omnipotens
Deus, qui te custodem aliorum constituit, ipse te
sua gratia sic adiuuet & custodiat, vt pro tua & il-
lorum iustitia æternam tibi beatitudinem retri-
buat.

b Huius ægri-
tudinis fecit
mentionem ep.
14. supr.

c Luc. 2.

ANNOTATIO IN EPI-
STOLAM XVI.

Gisleberto. (A) Sic Gemmeticensis, & Chron.
B. ccense MS. Tribemius, & Tribemium securus
Sixtus Senens. Gislebertus leunt: at in his solius vocatis
E. metathesin aduertis. Gisleberto autem fuit agnomen
Crispini, & huius quidem causa in Chron. Becc. s. h. ant
nactus sum, his enarratam ve. his. Antequam Nor-
manni Duce Wilhelmo Angliam debellarent,
fuit in Neustria (quæ nunc Normannia vocatur)
viregrius nomine Gislebertus, genere & nobi-
litate præclarus; qui ab habitudine capillorum,
primus Crispini nomine dicitur insignitus. Nam
in sua primæua ætate habebat capillos crispis &
rigidos, atque sursum erectos, &, vt ita dicam,
reburfos, ad modum ramorum pini, qui semper
tendunt sursum: quare cognominatus est Cris-
pinus, quasi crispus pinus. Quam capillorum re-
bursiohè videmus adhuc in iis, qui de ipsius Gis-
leberti genere descendunt. Vnde & ipsi eodem
cognomine à cæteris Normannorum filiis dui-
muntur.

Hic ergo Gislebertus cognomine Crispini notatus ex v-
xor: sua Gemoret: es filios suscepit, Gislebertum Crispi-

num de Tegulariis (quod castrum Guilhelmo Notho duce Normannorum fuit in Ebroicensi tractu conditum, vulgo dictum Tillieres vel Tuillieres) Robertum, qui ob virtutem militarem honor. mag. sibi ab Imperatore delatum, tandem veneno ab inuisis Græcis propinato interijt, & Guilhelmum nostri Gisleberti patrem, qui, vt ad epistol. 10. supra monuimus, uxorem duxit nomine Euam, qua peperit Gislebertum, (de quo impræsentiarum) & nomine & agnomine referentur auum. Pater Guillelmus hunc in tenera ætate (inquit Chron. Beccens.) Deo nutriendum sub disciplina regulari obtulit Beccensibus patribus. Et multa de reb. suis temporalis vite subsidia cū puero ministravit. Quorū informatum doctrina & sanctæ conuersationis exēplis, sic cum diuino profecit auxilio in diuinis & philosophicis institutis, vt omnes artes (quas liberales vocant) ad vnguem addisceret, & earum riuulos pluribus ipse præfectus in religione propinaret. Cuius tanta fuit in actiua & speculatiua vita perfectio; vt cum Deus Lanfrancum Cantuariensi Ecclesiæ in summo pontificatu præficeret, eum Lanfrancus ad regimē Westmonasterii Deo vocante prouideret, tantaque sanctitatis gratia (vt credimus) Deo & hominibus placuit: vt humilitatem præ cunctis sui temporis Prælati & specia- lius prætenderet, & sublimius prædicaret. Hic 32. annis loco magis profuit, q̄ præfuit: & in senectute bona plenus dierum & sanctitate, patribus suis appositus huius vite terminum clausit. Sic de Gis- leberto filio monacho & Abbate Westmonasteriensi Chrō. Beccens. quem loquor hic. ff. appositis in m. videbit, qui non tantum epistola argumentum, sed & Anselmi verba legerit. Defuncti vero Gisleberti annum 1177. numerat in Chron. Florentius Wigornensis, cuius computatio collata cum numero annorum, quibus præfuit Gislebertus redit in simul annum sue electionis, scilicet 1084. Eius doctrinam sac. litem & diuinam (vtraq; enim excelluisse docuit memoria Guillelm. lib. 7. histor. Ducum Normannorum cap. 12.) Herluini Beccensis institutoris vita lib. 1. in MS. Chron. Beccens. cuius et rum sit mentio in vita Lanfranci ibidem MS. & apud Gemmeticens. supr. Præter hæc homil. 47. in Cantua. Cantuariorū, quas apud Eberbacensis extare monent. Addituncula in Trithem. in Isidori Præphetam lib. 1. de casu diaboli lib. 1. de anima lib. 1. ad Cantorem Sagisem lib. 1. Disputatio cum quodam Iudæo & aduersus Iudæos emissæ, cuius solus m. minit Trithemius, quamq; seruat MS. nostra Bibliotheca, ex quo hæc retulimus prologum, vt lector præcipuam huius laboris occasionem nosset, (his adde, quod quædam nondum

^a Westmonasterii est coenobium celeberrimū Anglorum regū sepultura illustre, situm in occidentali suburbio Londini, vnde et nomen sumpsit, ad alierius coenobii diaphoram. quod in ipsa civitate ad Orientē, Estmonasteriu vocabatur, ubi nunc est Diu. Pauli Londinens. aedes magnifi-

ca exordient in verbis: Reuerendo Patri & Domino Anselmo Abbati, suus seruus ac filius Gislebertus, qui est Westmonasterij (a) Cænobii procurator & seruus prosperam in hac vita diuturnitatem, & beatam in futuro æternitatem.

Paternitati & prudentiæ vestræ discutiendum mitto libellum, quem nuper scripsi: paginæ commendans, quæ Iudæus quidam olim mecum disputans contra fidem nostram de lege sua proferebat, & quæ ego ad obiecta illius pro fide nostra respondebam: Nescio vnde ortus, sed apud Maguntiam educatus, legis & literarum etiam nostrarum bene sciens erat, & exercitatu in scripturis atque disputationibus contra nos ingenium habebat: Plurimum mihi familiaris sæpe ad me veniebat; tum sui negotii causa, tum mei videnti gratiā: quoniam in aliquibus illi multum necessarius eram; & quoties conueniebamus, mox

de Scripturis, de fide nostra sermonem habebamus.

Quadam ergo die solito magis mihi & illi Deus otium concessit, & mox, vnde solebamus, inter nos quæstio cœpit. Et quoniam quæ opponebat, conuenienter satis & consequenter opponebat, & ea, quæ opposuerat, non minus conuenienter prosequendo explicabat. Nostra verò responsio, vicino satis pede ad propositum illius respondebat, & Scripturarum æquè testimonio vtens, eidem ipsi concessu facilis esse videbatur & approbanda.

Rogauerunt quidam qui aderant, vt memoriæ darem hanc nostram disceptationem, fortasse aliquibus profuturam. Scripsi ergo, & tacito mei & ipsius nomine, scripsi sub persona Iudæi cum Christiano de fide nostra disputantis; scripsiq; & exaratum hoc opus vestræ transmittō examinandum censuræ. Si res approbata est, vestro placebit approbata iudicio: si verò respicienda est, seu tota, seu pars eius, aliqua; quicquid respiciendum erit, accipite amico dictum in aure: & quod soli amico innotuit, silentio supprimatur, nec allicui hæc ad legendum pagina communicetur. Saluo quidem amore mutuo, & integra profuturæ pace mutua, deleatur, quicquid delendum esse vobis placuerit: aut resecetur, si quid est, quod resecari posse vobis visum fuerit. Fateor, quamlibet protuleritis sententiam, animo libenti excipiam, & aure obtemperate audiam. Tamen quidam ex Iudæis, qui tunc Londoniæ erant, opitulante misericordia Dei, ad fidem Christianam se conuertit apud Westmonasterium coram omnibus fidē Christi, p̄fessus baptismum petiit, accepit: & baptizatus Deo se ibi seruiturum deuouit, & monachus factus, nobiscum remansit. Sic ergo Iudæus ille disputator aliis pluribus interpositus, me prouocando aduersus est.

Hæc dāntum ex Gisleberto excerptus, vt lector de- r' osus paucis haberet totius rei summam: integrum enim librum describere extra rem fuisse, quem esse polliceremur, tamen præstare nequimus integrum, videntur enim aliqua deesse: quicquid vnde est, non spernenda antiquitatis apparet, descriptum pergameno, & caractere vetustiori.

EPISTOLA XVII.

DOMINO ET PATRI VENERABILI Archiepiscopo Lugdunensi Hugoni: Frater Anselmus in præsentī seculo sancte viuere, in futuro beatē.

Mutandos esse titulos duorum opusculorum, quæ Anselmus misit at Archiepiscopo: Confer epistol. 11. supra.

PONDUS vestræ authoritatis facit me dare pondus meis nugis. Cum enim Celitudo vestra tanti pendat opuscula nostra, vt ea petere & legere dignetur, non nihil mihi, q̄ tanto viro placere esse videtur. Quapropter nullatenus apud vestram prudentiam me ridendum existimo, si qualiter aptius titulati debeant eadem opuscula confidero. Precor igitur, vt si libellos, quos sanctitatis vestræ iussu mihi, recuperare poteris: illud quod in ipsis titulis positum est, scilicet de ratione fidei, velut

velut superabundans recedentes: illum, quem
 (a) monologium nominavi, monologion vo-
 cetis: & alterum, (b) non alloquium sed prosolo-
 gion tuleris: & secundum titulum correctionem
 finem præfatiunculæ minoris libelli; quæ de
 eisdem titulis loquitur, emendetis: Cur autem
 hanc mutationem fieri rogem: exponere, si tan-
 tum fiat nec adeo est necessarium: nec hæc epi-
 stolari breuitate, quam proposui, congruum.
 Quod si secundum nostram petitionem feceritis,
 hoc vestræ paternitati volo retribuere: ut si
 Deus mihi ea quæ desidero, dederit scribere as-
 pectui vestro, nolim ea ut puto non minus prio-
 ribus placitura subtrahere fidelitatem vestram,
 quam semel cordi meo commendaui protegen-
 te Deo seruat & seruat, nec dissimiliter de gra-
 tia vestræ sanctitatis sperat & sperabit.

EPISTOLA XVIII.

CHARISSIMIS ET DESIDERATIS-
 SIMIS Dominis suis seruis Dei Becci commanen-
 tibus seruus eorum frater Anselmus de vir-
 tute in virtutem proficere, ut Deum
 deorum in Sion mereantur
 conspiciere.

Iterum de secunda sui in Angliam navigatione.

Mox ut de mari exiui in Anglicam terram
 die Dominica media quadragesimæ hora
 tertia dictavi has literas, ut vestram dilectionem
 de nostri itineris prosperitate lætificarem. (a) Dei
 enim gratia fauente vestris orationibus omnia
 prosperè & honorificè ultra spem meam mihi &
 iis qui mecum sunt in terra & in mari, postquam
 à vobis discessi, euenerunt. Precor itaque, ut sic
 ut fecistis hæctenus, ita & deinceps peregrinationem
 nostram orando adiuuetis: sed multò magis
 precor, ut reditum nostrum bene viuendo
 lætificetis.

EPISTOLA XIX.

SVO IN DEO DESIDERATO, DI-
 lecto & vti nam desideranti dilectori Guillemo
 frater Anselmus dictus Abbas Becci pericu-
 losam & ærumnosam contemnere
 vanitatem, & securam atque
 beatam quætere ve-
 ritatem.

Seculi militi suadet dare nomen militia Christi.

TANTA mi dilecte atque desiderate dile-
 ctione tui animam meam omnipotens Do-
 minus sua gratia non meis meritis occupauit: ut
 inter desiderium salutis tuæ, & timorem pericu-
 li tui angustata diurnis ac nocturnis sollicitudi-
 nibus eam pro te stimulantibus quiescere non
 possit, & benedictus Deus in donis suis, qui vti-
 nam sic abstulisset à te odium animæ tuæ: quo-
 modo dedit mihi amorem salutis tuæ. Sustine
 me dulcis amice, & tolera dilectorem tuum: si
 importunius tibi videor, & durus quam velis,
 tecum loquor. Amor enim animæ tuæ cogit a-
 nimam meam: nec patitur eam pati, ut tu ode-
 ris eam, cuius amorem semper habet secum. Sus-
 cipe ergo charissime cum amore, quod oro ut
 Deus tibi det dicta amatoris tui. Tu es dilectis-

sime, tu es quod dicit amor cum dolore & dolor
 cum amore: qui, quod Deus auferat à te, odisti
 dilectam animæ meæ animam tuam: quoniam
 (a) qui dirigit iniquitatem, odit animam suam. Ini-
 quitas certe & iniquitates sunt, quò tanto affe-
 ctu properas mi dilecte? Iniquitas & iniquitates
 sunt, quò te trahit impetus torrentis mundanæ
 ruinæ, mi desiderate? (b) Iniquitas enim est cru-
 enta bellorum confusio. Iniquitas est insatia-
 bis falsorum bonorum, & (c) falsarum diui-
 tiarum auiditas. Ad hæc, heu me video illum,
 quem tantum diligendo retinere desidero, trahi
 ab hoste callido decipiente cor eius. Amice ho-
 minum & liberator Deus ne pertrahat seruum
 tuum inimicus. Dicis mihi frater desiderate. Non
 ista diligo, sed in eis inuolutum fratrem meum,
 & idcirco festino in eis conuolui cum eo ut ad-
 iuuem, & custodiam eum. Væ ærumnosus do-
 lor de ærumnosò errore filiorum Adæ! Qua-
 re ò homo non potius dicis, non ista diligo sed
 Christum Deum meum: & idcirco ista fugiens
 festino ad eum ut adiuuet & custodiat ab eo. An
 tu auditò fragore ruentis mundi super fratrem
 tuum contemnens vocante Christo curris sub ip-
 sam ruinam, ut homunculus homunculum,
 vermiculus vermiculum sub tam confuso pon-
 dere, & ponderosa confusione adiuuet & custo-
 diat. Responde frater quia adiuuabit & custo-
 diet te illum adiuuantem & custodientem
 Deus, quem minus studes sequi quam ipsum fra-
 trem tuum: Christum vocantem te contemnis
 sequi in pace & in patria & inter propinquos &
 amicos, ut hæres quidem Dei, cohæres autem ei-
 us possideas regnum cælorum & per tot & tan-
 tas itinerum difficiles asperitates per marium tur-
 bines & procellas tempestates, in bellicosam
 confusionem curris ad fratrem tuum ut videas
 eum, ut multum dicam (d) tenentem regnum
 Græcorum, & tu putas, quia Deus plus adiuuet
 & custodiat illum per te quam sine te, aut te ip-
 sum propter illum quam propter seipsum: imo
 minus hoc faceret. Irascitur enim si vult vllum
 ab vilo amari plusquam se. Sed forsitan dicis:
 Si incipio sequi Christum, timeo ne imbecillita-
 te mea deficiam. Iterum & iterum dolendum &
 lugendum de errore filiorum hominum. Ad ea
 quæ deficiunt, imo ad ipsum defectum curren-
 do toto effectû non timent defectum, & ad
 Deum nunquam deficientem & suum auxilium
 promittentem non audent proficere timendo
 defectum. Gaudent deficere, ut deficiant, & ti-
 ment proficere, ne deficiant. Crede rogo confi-
 lio Dei & committe te totum auxilio Dei, & non
 senties defectum in seruitio Dei: lacta amate, &
 desiderate & dulcis amice: (e) lacta cogitatum tuum
 in Domino, & certus esto, promittente Spiritu san-
 ctò, quia ipse te enutriet. Ne differas tantum bo-
 num tuum, & comple de te desiderium meum: ut
 habeam te in eundo post Christum socium meum,
 & conemur simul quatenus tu me tuum, & e-

E 4 gote

Confirmant Herluini verba ista in diplomate. Prædicto Cenobio factus in eo monachus Willelmus Gerouii filius dedit siluam quæ vocatur Ronserria per consensum Comitum Normannorum & Rogerii de Bellomonte, & Rodulphi de Conibus, de quorum beneficio erat ipsa terra. Atque ex his liquet vel hanc epistolam esse transpositam, eum in primo libro sibi vendicare locum videatur, quia eius monachatus contigerit sub Herluino 1. Abbat. Becci. vel eadem patri fuisse binos huius nominis filios.

c Psal. 57. paulo aliter habet versio vulgata.

a Psal. 10.

b Cruentia bellorum confusio iniquitas est.

c Diuitiarum falsarum cupiditate insatiabilis est iniquitas.

d Ex his verbis ostendit mi me fallat natus) hunc Willelmum (ad que hac epist.) fuisse filium Willelmi Gerriani in Northmannia nobilis viri, & fratre Willelmi Munsterioli, de quo sic Gemmeti cens. lib. 7. h. for. North. Ducum: in Apulia magna sublimitatis eques erat: Gracos & Logobardos armis premebat, & Vicario S. Petri Apostoli sedebat: Monachatu huius Willelmi.

*a Non inu-
ria, est enim
titulus semi-
gratus & se-
mititulus.
b Hoc illud
habes in ope-
rib. adys. 1.*

*a Ed loci per-
tinent que
scribit Edi-
norius lib. 1.*

go te possem videre in hereditate Christi ipso dante consortem meum. Ne pudeat te rumpere vincula propositæ vanitatis, quia non dedecus sed honor est transire in libertatem veritatis. Pudeat te Deum minus (f) thesaurario Beluacensi diligere qui tuæ aut minoris adolescens delicatus & pulcherrimus valde diues & nobilissimus, & immoderatus amator sæculi: olim cum similiter, vt modò sum, in Anglia essem, nescio qua causâ veniens (g) Beccum, statim recessurus subita sancti spiritus gratia mutatus, se monachum ibi permanfurum tonsura statim & habitu nostro sumpto sponndit: se nunc latiore, quam vnquam in vita sua fuisset affirmans. Ne erubescas profiteri te pauperem Christi, quia (h) tuum erit regnum cælorum. Ne timeas facere te militem tanti regis, quia rex erit ipse in periculo tecum. Ne tardes amplius in hac vita meliorem, quam constituisti viam incipere, ne forte in alia vita moreris coronam beatam percipere. Moneo, consulo, precor, obsecro, præcipio vt dilectissimo: vt dimittas illam Hierusalem, quæ nunc non est visio pacis, sed tribulationis: & thesauros Constantinopolitanos, & Babylonios cruentatis manibus diripiendos, & incipe viam ad cælestem Hierusalem quæ est visio pacis, vbi inuenies thesauros, non nisi istos contemnentib. suscipiendos. Inuitus finio longam epistolam, quia ex abundantia cordis multum tibi loqui cupit os meum. Omnipotens Deus, qui de illo quem supradixi, quam simili sed impari desiderio, quia minori spe quam te desiderabam gaudere, facit plusquam sperabat cor meum non frustretur maiorem de te spem & maius desiderium meum. Quod si Deus cordi tuo ante reditum meum inspirare dignaretur: ita est Deus Becci cum fratribus nostris me absente, sicut me præsentem. Dominus dirigat totum secundum voluntatem suam, & satisfaciât voluntati meæ de te secundum misericordiam suam: Amen.

EPISTOLA XX.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Abbati Henrico: frater Anselmus huius vitæ diuturnam prosperitatem, & futuræ æternæ felicitatem.

De Folceraldo Anselmi consanguineo Beccum transmittendo.

ATOR præsentium retulit mihi vestram paratam esse sanctitatem de Domino Folceraldo filio suo nostram facere voluntatem. Cui nuncio cum nec literas vestras nec sigillum vestrum certum literarum testimonium video, nõ omnino sum credulus: nec cum reminiscor, quia (a) amicus amico tres panes petente, & si non surgat, eo quod amicus eius sit propter improbitatem, tamen surgit & dat illi quotquot necessarios non sum penitus incredulus. Si enim somnolenti amici pigrigia vincitur mediæ noctis importunitate, quãto magis tot amicorum importunitas impetrabit à vestra charitate. Si ergo Deus posuit in corde vestro, vt præfatum filium vestrum ecclesiæ nostræ sub Abbatu eius regimine penitus concedatis non enim peto difficultatè precor per eandem importunitatem, quatenus epistola

vestro sigillo signata indubitabilem mihi vestram ostendat voluntatem. Postquam vero certi erimus, nostræ solitudinis erit, qualiter illum habeamus.

EPISTOLA XXI.

SVO IN CHRISTO FRATRI, INCARNE CONSANGUINEO Folceraldo: frater Anselmus salutem.

Coniunge præcedentem.

SIDominus Abbas Henricus te nostræ ecclesiæ perpetim concedere paratus est, aliter enim non consulo te venire, quia non expedit: nec facile est monachum ire & redire tam longo itinere: debuisti instare, vt hoc mihi suis literis & sigillo intimaret, sicut mandauit, ne pauperem hominem frustra cogeres tanto itinere laborare. Non enim decet vt pro solo verbo talis hominaculi tantam rem incipiam. Moneo igitur quatenus aut literas cum sigillo Domini præfati Abbatis sicut dixi mittas, aut omnino quod fieri nullatenus potest, dimittas: & dispositionem vitæ tuæ totam diuinæ misericordiæ committas.

EPISTOLA XXII.

DOMINO ET AMICO CHARISSIMO, Hugoni incluso frater Anselmus directus Abbas Becci à malis excludi in bonis includi.

Quibus monitis crudiat seculares se conuidentes suggerit. Huius facit mentionem epist. 37 infra.

DVO viri laici nuper ad me venerunt dicentes, se à vestra dilectione missos, quatenus ex nostra exhortatione aliquid assumerent, vnde se ad patris cælestis amorem accederent. Per quos etiam, vt referebant, postulastis vt aliquid à me breuiter scriptum acciperetis, vnde secularium mentes hominum vos aduentum ad huius sæculi contemptum & æterni regni desiderium incitaretis. (a) Quod vos tantò melius per vos efficere potestis, quãto liberius hauritis vitæ dulcedinem cælestis. Nam quod ego quasi à longè intueor, vos gustu sentitis, & quod ego mente ieiuna, ore rumino: vos cordis affectu glutiatis: quod enim ego de sanctæ vitæ rectitudine, vtunque intelligo, vos operibus tractatis: & quod ego vtunque loqui possum, vos faciendo gustatis. Quãto ergo satur suauis quàm ieiunus eructat, tantò dulcius vestra commonitio quod persuadere nititur, inculcat. Sed quoniam vestræ aliquid negare nequeo voluntati quãuis hoc quod à me petitis in latitudine sacræ Scripturæ, multo melius inueniatis: tamen dicam aliquid secundum petitionem vestram, ne me velut eius contemptorem arguatis. Sic itaque aliquem illic tantum, & qui altiora capere non possit ad beatitudinis æternæ desiderium existimo posse inuitari. Frater charissime: (b) Regnum cælorum clamat Deus se habere venale. Quod quidem regnum cælorum tale est, (c) vt eius beatitudinem & gloriam, nec oculus hominis mortalis possit videre, nec auris audire, nec cor cogitare: vt tamen aliquo modo illud possis cogitare, quis

Huius Fulco erat nomini, quem post aliquantos annos Beluacensis Episcopi receperunt, vt suo dicimus loco: ac cum Anselm restetur eius monachissimum olim accidisset, liquet se Priore. Nã epist. 52. lib. 1. vt se habiturus sit in refutandis Bellouacorum episc. docet. g Fulconis conuersio citissima. h Matth. 5.

la Luc. 11.

a Anselm. destina.

b Cælorum regnum clamatur venale. c respicit ad Epi. 04. & 1 Corin. 2.

h Matth. 22.

quis ibi regnare meruerit quicquid ipse volet hoc erit in caelo & in terra: quicquid vero nolet, non erit in caelo nec in terra. Tanta enim erit dilectio inter Deum & eos, qui ibi erunt, & inter se ipsos inuicem: ut omnes se inuicem diligant, sicut se ipsos: sed omnes plus ament Deum, quam se ipsos. Et (d) propter hoc, nullus ibi volet, nisi quod Deus: & quod vnus volet, hoc volent omnes: & quod vnus vel omnes, hoc ipsum volet Deus. Quapropter quicquid vnusquisque volet hoc erit, & de se ipso & de omnibus aliis, & de tota creatura, & de ipso Deo. Et sic singuli erunt perfecti reges, quia quod singuli volent, hoc erit & (e) omnes simul cum Deo vnus rex, & quasi vnus homo, quia omnes vnum volent, & quod volent, erit. Hanc mercem clamat Deus de caelo se habere venalem. Si quis quaerit, quo pretio? respondetur illi: non indiget terreno pretio, qui vult dare regnum in caelo, nec aliquis potest Deo dare quod non habeat, cuius est totum quicquid est. Nec tamen dat Deus tantam rem sine omni pretio, quia non dat illam non amanti. Nemo enim dat, quod charum habet, illi cui charum non est. Quoniam ergo Deus tua re non eget, nec dare debet tantam rem contemnti amare illam, non quaerit nisi amorem, sine quo non dari debet. Da ergo amorem, & accipe regnum: ama, & habe. Denique, quoniam (f) in caelo non est aliud quam sic conglutinari cum Deo, & cum omnibus sanctis Angelis & hominibus per dilectionem in vnam voluntatem, ut omnes vtantur simul vna potestate. Ama Deum plusquam te ipsum, & iam incipis tenere, quod ibi perfecte vis habere. (g) Concorda cum Deo & hominibus, si tantum a Deo ipsi non discordet: & iam incipis cum Deo, & cum omnibus Sanctis regnare. Nam secundum quod tu concordabis modo cum Deo, & cum hominibus: in illorum voluntate concordabit Deus tuus & omnes Sancti tecum in tua voluntate. Si ergo vis esse rex in caelo, ama Deum & homines sicut debes: & mereberis esse quod optas. Hunc vero amorem non poteris habere perfectum nisi euacuaueris cor tuum ab omni alio amore. Quippe sic est de corde hominis, & de hoc amore quomodo de vase & oleo. Nam sicut vas quanto magis aquam aut alium similem liquorem, tanto minus capit oleum. Ita cor, in quantum occupatur alio amore, in tantum excludit istum. Est & aliud, quia sicut factor est contrarius odori, & tenebrae luci: sic omnis alius amor, huic amoris. Sicut igitur contraria nunquam simul integre conueniunt, sic nec iste amor cum villo alio amore in vno corde. Hinc est quod qui cor suum implent dilectione Dei & proximi, nihil aliud volunt nisi quod vult Deus, aut quod vult alius homo tantum si non sit circa Deum. Hinc est quod instant orationibus, & caelestibus colloquiis, & cogitationibus: quia dulces est illum desiderare Deum, & loqui, & audire, & cogitare de illo quem tum amant. Hinc est quod gaudent cum gaudentibus, flent cum flentibus, miserentur miseris, donant indigentibus, quia alios homines tanquam se ipsos amant. Hinc est quod contemunt diuitias, potestates, voluptates, & honorari aut laudari. Qui enim haec amat, saepe facit aliquid circa Deum & circa proximum. Sic

amet contemptum: paupertatem, laborem, subiectionem, sicut sancti viri faciunt. Sic qui se humiliat, exaltabitur. Breuiter vobis haec charissimi, sicut postulastis, dixi: sed in horum expositione prudentia vestra multo plura proferre poterit, quam dixi. Si tamen de plenitudine beatitudinis aeternae aliquid a me latius dictum sanctitas vestra legere voluerit: in fine libelli mei, qui (i) Prologium appellatur: vbi de pleno gaudio tractauit: reperire hoc poterit. Valete & orate pro me.

EPISTOLA XXIII.

DOMINO ET PATRI ABBATI
reuerendo Petro frater Anselmus dictus Abbas Becci per praesentis vitae sanctitatem adipisci futurae felicitatem.

De monacho Beccensi, qui ante susceptionem, candidatus fuerat alterius cenobij.

FRATREM me vestrae sanctitatis sicut mandastis, & fraternitatem hanc me velle seruare sicut poscitis, confiteor. Quod quia clerico, qui apud vos petitionem & votum monachi fecit, & nunc apud nos manet, vultis apparere, nihil vtiq; vobis minus de illo faciemus quam a vestra charitate nobis fieri postularem. Scitote namque, quoniam apud nos, priusquam apud vos, petitionem & votum monachi fecit. Si ergo per hoc vos putatis iuste illum posse reuocare, quibus posterius hanc petitionem & hoc votum importunitate precantium victus fecit: multo iustius possumus non illum retinere: quibus hoc prius & longè veniens spontanea voluntate, non vlla vestra persuasione coactus fecit. Ille quo multo magis est debitor seruare veritatem in prima & libera promissione, quam in eiusdem primae promissionis violatione. Nam si praefata petitionis & voti testes habetis, & eiusdem confessionem non plus habemus, quia voluntatem ipsius tenemus cum testibus & confessione & priores suscepimus eius promissionem. Denique vestram non latet prudentiam, quia quanto tempore nouitius in incolumitate sui, sponte petens monachicam conuersationem in monasterio conuersatur ante professionem, (a) secundum regulam nostram differtur propter stabilitatis probationem. Nec interim eum nullus cogere potest ad remanendum, sed libera ei conceditur potestas ad discedendum. Non dico, quod non placent, si acceptam bonam voluntatem deserat, & (b) quod saepius ore benè promisit, diabolice persuasione deceptus exhorreat: sed dico, quia quamuis coram Deo mendacii arguantur: non est tamen Abbatis, ut quod ille promisit, ab eo violenter exigat. Quoniam rationem & nobis & vobis pariter seruandam esse cognoscitis. Quapropter si praedictum clericum vultis ad vos reducere, mittite pro eo: & si voluerit, liberam habeat potestatem a nobis recedendi: si autem noluerit, non a vestra discretionem calumniati pati

i Prologio. Anselmi.

a Reg. D. Beccens. cap. 18.

b Regula D. Bened. locus proxime signatur. Anselm. fuerit luci, & leuoni Bened. Si noster qd veniat ad conuersionem non ei facile iribuntur ingressus, sed

sicut ait Apostolus: Probetur spiritus si ex Deo sint, &c. post haec D. Benedictus precipit, si is perseverauerit, aliquot diebus manere in hospitium, & mox in cella nouitiorum: cumq; maturum quendam monachum debere eius vitam curiosius rimari, aspernq; religionis exercitia patefacere. Post haec, si promiserit de stabilitate sua perseverantiam, &c. Loco notato, vbi video illam promissionem ab Anselmo commemoratam.

d Beati nihil vult in caelo nisi qd Deus: quocirca vnus vult, volent omnes.

e Beati in caelo vnus cum Deo vnus rex & quasi vnus homo.

f In caelo homines nihil aliud qd cum Deo sanctisq; angelis conglutinantur per dilectionem.

g Cū hominibus concordamus est, si a Deo non discordamus.

a Anselm. de vita.

b Ceterum regnum clementiae. c respicit ad E. n. 64. & 1. Corinth. 2.

h dicitur. 22.

pari debet nobiscum remanendi: nec in nobis vlla debet esse voluntas illum expellendi. Hoc enim modo me erga vos fraterno affectu uti, quod poscitis existimo, si quod a vobis mihi ordinate fieri peterem, vestrae fraternitati facere non renuo. Ad calumniam vestram quam dicitis, rationem excusationis nostre exposuimus: sed quoniam inter nos & vos res hae agitur consilium vobis dare non audemus. Quo tamen nos utamur in re fieri, consilio dicere non prohibemur. Nostrum utique semper est consilium, ut nullum ante illam sui deditionem, quam per cucullae spontaneam acceptionem facit si ad aliud monasterium ire voluerit inuitum teneamus nouitium: sed in quantum possumus, illum absoluentes, nostrum simul si poscit impendimus & auxilium. Quod si bonam deserens voluntatem monachus esse noluerit, a voto, cuius se debitorem fecit, non absoluiamus, sed nullam illi vim per nos inferentes illum Dei exactioni, cui se debitorem fecit, dimittimus. Si autem praedictus clericus nobiscum manserit, & res eius quas prius sicut seipsum nobis dedit, quam apud vos petitionem & votum monachi faceret retinere volueritis, nullam a nobismet calumniam sustinebitis. Valere.

EPISTOLA XXIV.

DOMINAE SVAE DILECTISSIMAE generis & morum nobilitate clarissimae Comitissae Idae frater Anselmus seruus seruorum Dei Becci commanentium cum eisdem Dominis suis in flagranti desiderio Dei vsque in finem manere, de desiderato conspectu Dei sine fine gaudere.

De beneficiis in se ac reliquos, sui gratia collatis. Ad hanc scribit epist. 3. lib. 1. supr.

GRATIAS agere reuerendae vestrae celsitudini tota me te vellemus, sed utique dignas secundum magnitudinem beneuolentiae & beneficiorum, quae nobis & multis pro nobis impenditis, non valemus. Illum igitur propter quem nobis, & quibuscunque potestis tanta bona facitis: oramus, ut ipse vobis secundum multitudinem diuitiarum suarum retribuatur sicut optamus. Ex abundantia tamen charitatis hortamur, ut benefaciendo non deficiatis, quatenus tempore suo indeficienter metatis. Dominus Ricardus lator huius epistolae promisit nobis se ad nos si Deus illi concesserit, rediturum, & nobiscum deinceps permansurum. Precamur igitur reuerentiam vestram, ut illum, secundum quod vestra scit prudentia confortetur: & in omnibus, in quibus vestro opus habebit auxilio, propter Dei & nostrum amorem adiuuetis. * Dominum nostrum Comitem virum vestrum, & filios vestros, vos ipsa ex nostra parte, quia fidelio rem nuncium de nobis ad illos non habemus, sicut pro vestris fidelibus salutate.

* scilicet Eustachium Bononia in Belgica regium: quos intelligit Godesfridum Bullo-nensem, & Balduinum & Eustachium, qui viriliter cum aliis Christianis Principibus dimicantes, Hierosolymam receperunt Anno 1099. de quibus vide Guillel. Tirum historic. & ceteros eius seculi auctores.

EPISTOLA XXV.

SVO DILECTO SVO DILECTORI suo desiderato Guillelmo frater Anselmus dicitur Abbas Becci non diligere mundum, nec ea quae in mundo sunt: sed a Deo amari & Deum amare.

Si diligit Anselmum, veniat Beccum.

QVOD prius dicam in epistola mea dilecto dilectori meo, nisi quod maxime postulat de dilectione mea. Anima namque dilecta animae meae mittendo literas dilectione flagrantibus & dilectionem fragrantibus petita me signa dilectionis literas consolationis. Quid autem dulcius, quid iucundius, quae maior consolatio dilectioni, quam dilectio: Quid igitur scribam quod magis consoletur te dilectionem meam, quam quia sic te diligit anima mea: ut nisi te teneat, non consoletur de te cor meum, nec satietur desiderium meum: Cum enim tanta dilectione, tanta postulatione rogas ut te diligam: utique facis ut te non solum voluntate diligam, sed & necessitate desiderem: & certe nihil consolatur desiderantem, nisi quod satiat desiderium, & nihil magis torquet quam dilatio. Optat dilectio tua consolari epistola dilectionis meae, desiderat dilectio mea delectari praesentia dilectionis tuae. Si ergo non vis torquere animam meam, satis quod tam studiosè tam vehementer accendisti desiderium meum. Quomodo enim mihi dicitis quia me diligis & ut te diligam anima dilecta mea sinis torquere praecordia mea? Denique si eadem feruent dilectione intima tua, quae & mea, necesse est ut eodem desiderio liquefiat anima tua quo & mea. Sed quomodo vel possibile est ut tu velis me diligere te, & tu non similiter diligas me? Ne ergo sis crudelis in animam tuam & meam, veni & consolare te & meam. Sed cum (a) exieris de ciuitate tua, esto Loth: non respicias retro. Oculos habe ante, ut discas viam ad veniendum, ne habeas eos retro ut obliuiscaris viam ad rediendum. Quatenus cum (b) Apostolo obliuiscaris ea quae retro sunt, & extendas te ad ea quae ante sunt. Aperte dico sic veni ut simul conuersemur, si vis ut inuicem nos consolemur. Possem mihi charissime commonere dilectionem tuam ex multis sacrae Scripturae dictis, ut mundum & concupiscentiam eius contemneres: si ea, quae tibi dicturus essem, ipse nescires. Memento charissime, quia per vanitatem transimus ad veritatem. Noli amare vanitatem, si vis obtinere veritatem. Scito quia in Anglicam terram, ante mediam hanc quadragesimam proficiscor: circa Pentecosten Deo annuente monasterium nostrum reuerturus. Si tamen Deus inspiraret tibi quod desidero, & quod tibi expediret: scis, quia semper (c) non uir differre paratis, nec desissent qui tecum gaudio susceperunt, sicut susceperunt olim me absente (d) similiter Dominum Rodulfum filium Lanseolini. Omnipotens Dominus praeniat omnes voluntates & actiones tuas: suo consilio, & subsequatur suo auxilio, amice mi dulcissime, cordi meo.

Lucan. lib. 1. Phras. d. Hic est Rodulf. ad quod scribit epist. 20. supr.

EPİSTOLA XXVI.

DOMINIS ET FRATRIBVS CHA-
 ristimis fratris Dei Becci commanentibus: frater
 Anselmus seruus eorum semper ad melio-
 ra cum humilitate proficere, &
 nunquam deficere.

*Quod Beccenses etiam absente cenobiarcha viuunt
 integerrime.*

BENE fecistis, quia de rebus Domini Hugo-
 nis defuncti, & de his, quæ erga vos sunt, mi-
 hi mandastis, & gratia Dei vos & vestra protegi
 intimaſtis: me semper hoc desiderante valde læti-
 ficastis. Quoniam autem vos scio non dissimi-
 liter desiderare nosse, quæ circa me sunt: scitote
 quoniã ex quo à vobis, vestris me proſequentib.
 orationibus egressus sum, omnia mihi prosperè
 per Dei misericordiam euenerunt, & his qui me-
 cum sunt. Vbiunque vel eundo vel morando
 sum: non aliter quam in nostra re propria Deo
 donante sum. Quoniam verò (a) Rex cartam
 nostram de rebus, quas habemus in Anglia, non
 nisi presentibus datoribus qui non omnes in cu-
 ria Paschali affuerunt voluit confirmare: iussit
 me vsque Pentecosten ad curiam suam, vbi om-
 nes simul iam conuenerunt, expectare: qua
 confirmatione peracta, Deo vestris fauente pre-
 cibus, ad desiderantes & desideratos meos desi-
 dero remeare. Notum est dilecti mei dulcedini
 vestræ, quia religio vestra munda & immaculata
 apud Deum & Patrem est desiderium meum, &
 bona vita vestra, est in hoc sæculo gaudium meum.
 Si quid ergo de vestra charitate pro hac volunta-
 te bene merui, vt taceam, bene viuendi, primum
 quod maius est, precor obsecro, vt bene viuendo
 latificetis absentes & presentes cor meum, & de
 bono vestro impleatis desiderium & gaudium
 meum. Et (b) pax Dei, quæ exueperat omnem
 sensum, custodiat corda vestra & intelligentias
 vestras: vt magis ac magis (quod gratia Dei estis,)
 solliciti (c) sitis seruare vnitatem spiritus in vincu-
 lo pacis. Dominum (d) Hugonem de Gornago
 dilectissimum nostrum, & Dominum (e) Odonem
 antiquum amicum, & nouum commilitonem
 nostrum: & (f) charissimas Dominas & matres no-
 stras Dominam (g) Euam, & Dominam Basiliam
 ex nostra parte, quantum dulcius potestis, salutate:
 & eos, sicut vos & illos decet, & nostram scitis vo-
 luntatem, seruiendo & honorando confortate:
 Si, plusquam dixi moram fecero, tolerate: quia
 spero in Deo non erit sine aliqua vtilitate.

ANNOTATIONES IN EPİ-
 STOLAM XXVI.

Dominum (d) Hugonem de Gornago,] a-
 lias, emendatusq; Gornaco, sic etiam epistol. 7.
 super. & apud Gemni. lib. 8. cap. 8. hist. ducum Norman.
 & in Diplomate Herluini legitur in hanc sententiam:
 Eidem monasterio dedit Hugo Gornacensis de-
 cimam de tribus mansionibus quas in Anglia ha-
 bebat. Iterumq; in alia periodo: Eidem monasterio
 dedit Hugo de Gornaco dimidiam moltam vil-
 læ, quæ vocatur Boscis Girardi: quod postea con-
 cessit vxor eius, & filius. testes Aufridus monachus:
 Rodulfus filius Toraldi, Rogerius Cochelin, & alij plures.
 Gornacum verò, de quo ad presens est oppidum Norman-
 nia & Bellouacis simitimum, spectansq; ex occidente Bel-

louacum: quod aduertere non otiosum duxi: quoniam est
 eiusdem nominis castellum quarto à Lutetia lapide, ad
 praterfluentem Matronam, in conspectu Calensis Par-
 thenonis.

Charissimas (f) Dominas, & matres nostras,
 Dominam Euam, & Dominam Basiliam.]
 Non absre vs: ambas has matronas Anselmus appellat; v-
 traque etenim materno fuit in Beccenses animo. Porro
 Eua, natione Franca, illustris genere, nupsit viro quoque
 illustrissimo Willemo cognomine Crispino, Neastij To-
 parcha, & Normannici Vulcasini Vicecomiti, Comiti.
 Eua autem, inquit Chron. Becc. MS. se cõiugis aptans
 moribus, cœpit ecclesiam Beccensem præ omni-
 bus amare: Abbatem & monachos quasi ex se ge-
 nitos totis visceribus amplecti, magna deuotio-
 ne venerari: vestes, & quæcumque in ornamen-
 tis pretiosa habebat, in vsus ecclesiæ & fratrum
 expendit; ipsamque domini matrem, & eius Bec-
 censem ecclesiam toto corde dilexit. Defuncto
 viro eius Willemo, totum se ad Dei seruitium
 conuertit, viuens in sancta viduitate, ieiuniis &
 orationibus intenta: quantum sexus vel ætas par-
 tiebatur, carnem & saginã vsq; ad finem vitæ non
 gustans, eleemosynas multas indigentib. faciens.
 Post aliquot annos à Willielmo Rotomagensi
 Archiepiscopo velata, in subiectione Beccensis
 Cœnobii permansit vsque ad mortem; & defun-
 cta sepulta est iuxta virum suum. Hucusque de Eua
 in narratione de eius viro Willemo, qui sub extrema vi-
 te dies monachalem induit cucullam Becci, & mortuus i-
 bidem sepulturam obtinuit iuxta claustrum, vbi ecclesia
 edificanda erat. Post vnam paginam Chron. subdit nar-
 rationem de eadem Eua, Basilia, & Aufrida eiusdem ne-
 ptis, quam hic attexam, vt pateat iterum, vnde Anselm.
 duas priores appellet matres; sic ergo ait Chron. Tem-
 pore sancti Anselmi Abbatis Becci, tres matronæ
 nobiles se dederunt in subiectionem eiusdem
 loci, Basilia scilicet vxor Hugonis de Gornaco, &
 Aufrida neptis ipsius Basiliæ, & Eua vxor Wil-
 lielmi Crispini. Quæ tres cum simul Becci viue-
 rent, quasi condixerunt sibi, vt de hoc mundo v-
 na post aliam transfueheretur, & tres dominicas
 elegerunt, in quibus vitam finirent. Et primæ
 Aufrida Basiliæ neptis, quæ anus erat ætate, virgo
 autem corpore, vt dicebatur, & Deo sacrata. Quæ
 cum proximam mortis expectaret horam, dixit
 Prioribus Baldrico & Rogerio, & aliis qui ad exi-
 tum illius conuenerant: Quando oculos claudo,
 videtur mihi domus ista plena albis & nigris per-
 sonis. Responderunt, Domina cum albatis per-
 getis ad Dominum, nec multo post expirauit p-
 funda nocte: Dominica 4. Non. Ianuar. Qua se-
 pulcra cœpit infirmari Basilia Domina eius: quæ
 cum per aliquot dies graui corporis incommo-
 ditata molestaretur, velata est à Willielmo Ro-
 tomagensi Archiepiscopo: sicque defuncta est a-
 lia Dominica 16. Cal. Februar. & sepulta, vt talenti
 personam decebat: Tertia eius non diu superui-
 xit. Nam ætate & ieiuniis attenuata cœpit repen-
 tē viribus corporis destitui. Post mortem enim
 viri sui Willielmi Crispini, omni continentia se
 mancipauit, Beccique vsque ad finem vitæ in Deū
 seruitio perseuerauit. Hæc ante plures annos sa-
 crum velamen acceperat à prædicto Willielmo
 Rotomagensi. Cumque indies languor cresce-
 ret, & ipsa quotidie ad ecclesiam pergeret, die fe-
 stiuatatis S. Vincentii, manē se fecit in ecclesiam
 duci; ibique à toto conuentu visitata, atque inun-
 cta ante altare Crucifixi, cætera quæ morientibus
 Christia-

*hic est Anselmus cognomen Rufus, Anglorum rex, filius Wilhelmi cognomine Bos-
 sian, si licet Lambertus Schafnaburgensis verbo loqui, au-
 cugato more, quoniam vocatur Basiliard, non Bosiar. vnde patet hanc voculam ca-
 ligandam.*

a Genes. 19.

b Ephes. 4.

c videtur esse cui scribitur epist. 2. lib. 1.

d De hac Euam mencio in eadem epist. p. sup.

e Lucan. lib. 1. Phras. d. Hic est Rodulf. ad quod scribit epist. 20. sup.

Christia-

Christianis solent exhiberi, perfoluta sunt ei. Cumque conuentus recederet, eleuata manu signauit eos dicens: Deo vos commendo filii. Diligebat enim tam tenerè eos, quasi omnes peperisset. Dein domum reducta, dum ad focum sederet, dixit: videtur mihi quod ego & ignis iste fumus in ecclesia. Sic diem, & sequentem noctem transigit. Cum iam ad exitum propinquaret, aderant fratres, vt Psalmis & orationibus ei subuenirent, quando opus esset. Inter quos fuit quidam nomine Rodulfus filius Lanclini, qui eam rogauit, vt si possibile esset, post mortem illi apparens diceret quid inuenisset. At illa spondit, si Deus concederet sibi: sicque defuncta est tertia Dominica 10. Cal. Februar. & humo tradita & apposta ad populum suum. Et paucis interpositis diebus postquam defuncta est apparuit monacho dormienti, qui eam rogauerat, vt sibi quod inuenisset, renunciaret. Quam cum vidisset, ait: Quid est Domina? Quomodo te habes? Respondit se sexaginta annos pœnitentiæ accepisse. At hoc cum ille obstupuisse, & quæsiuit causam, & ait: Quia paruos canes, & alia huiusmodi vana amauit, & ultra modum in his delectata sum: ideo tam longam pœnitentiam accepi. Ita hæ tres Dominae tribus Dominicis à seculo migrauerunt: & vna quidem prima parte noctis, vt diximus, defecit: alia media nocte dum cantarentur matutinae: tertia manè, dum cantaretur prima, vltimum spiritum exhalauit. *Hucusq; Chron. Becc. Cæterum quam Willielmus Crispinus, eiusq; vxor Eua fuerint in Becenses beneficii, hæc diplomatis Herluiniani clausula pro palam dicit: Præfato Cœnobio dederunt per consensum comitis Normanniæ Willielmus Crispinus, & vxor eius filium monachandum, & cum eo beneficium quod Osbernus filius Vallonis tenebat de domo eorum, & ecclesiam, quæ sita est in Burgo, qui vocatur Blanzeium cum omnibus pertinentibus ad eam: Testes Arnulfus presbyter, & Radulfus Dastin. Et rursus haud procul à fine diplomatis: Eidem monasterio dedit Willielmus Crispinus decimam molendini, & totius domini sui quod habebat in Maisnilfulbert. Testes Paganus de Moritania, Gillebertus Dastin. Tertioq; Prædicto monasterio dedit Willielmus Crispinus ad luminaria altaris in Burgo Pacei 20. solidos de Teloneo, & in burgo Estrepignei de teloneo 20. solidos in eadem rem, & tredecimam totius annonæ, quam habet in eadem villa, & vnum hospitem. Dedit quoque quatuor libras denariorum præter supra dictos 20. solidos datos ad luminaria in prædicta villa Pacei, & totam partem, quam tenebat in molendinis eiusdem villæ, hoc est, sextam partem molendinorum, & medietatem totius syluæ pertinentis ad se in eadem villa. Dedit etiam de Telonio Burgi Linarolt 40. solidos præter supra dicta dona. Dedit de Teloneo Blanzei 40. solidos. Dedit quoque medietatem clausi quod vocatur Blancart ad præsens absolutè, & reliquam partem mediam post mortem Eua vxoris suæ ipsa volente & consentiente. Cæterum Normannorum Comitum supra memoratum alium patet quam Willielmum cognomine Spurium. Nam in Diplomate Herluini non semel sic vocatur, & quod ille ipse sit, qui Anglos deuicerit, apertè palamq; dicunt in sequentia hæc verba: Hanc donationem confirmauit Willielmus rex Anglorum, cum esset Comes Normannorum. Et quidem quamplures illic recensentur viri nobiles, at Comitum nudo contenti nomine; Vnicus Nor-*

mannorum Dux, appellatur Comes Normannorum.

EPISTOLA XXVII.

DOMINO ET FRATRI DVLCISSIMO Roberto frater Anselmus salutem & vitam consequi sempiternam.

Monachus qui relicto monasterio suo absque causa Beccum venerat, eò reuertatur.

DICTVM est mihi, quia postquam iui in Angliam, noluitis in monasterio vestro conuersari. Quod si factum est bono animo, & propter rationabilem causam, vt cunq; potest tolerari: si vero aliquo rancore factum est, scitote me multum mirari. Nam etiam si habetis aliquam causam, quæ vobis recta videtur, vt à monasterio vestro vos alienaretis, vel propter amorem nostrum, deceret vos expectare, donec mihi rem ipsam, quæ vos offenderet, intimaretis: & deinde nostro consilio cor vestrum sicut seruum Dei deceret pacaretis. Precor igitur, vt si me & consilium meum diligitis, sicut ego vos semper dilexi & diligo: ad monasterium vestrum veniatis, & ibi cum aliis pacifica & benigna conuersatione Deo seruiatis. Si autem mihi acquiescere nolueritis, scitote quia animæ vestræ non expedit & me contristatis. Quod si vobis graue est (a) placita tenere quæ vobis commendaui magis volo vt illa dimittatis, quam quod animam, aut famam vestræ lædat, faciatis. Non dico modo verba inconuenientia, quæ de vobis pro hac occasione dicuntur in Anglia. Valeat mihi dulcis charitas vestra: & ne faciat quod me contristet, quia iucunda est mihi benignitas vestra.

a Les prom que tu voyray recom mande. Idem, & alia significare breuiter monimus ad calcem epistolæ huiuslib.

EPISTOLA XXVIII.

SVIS DILECTISSIMIS ET DEFIDERATISSIMIS consanguineis Haimoni & Rainaldo frater Anselmus seruorum Dei Beccicommanentium tota virtute vanitatem contemnere, & toto effectu ad veritatem contendere.

Becci cucullam induant qui è longinquo illuc venerant Anselmi conuiscendi ergo.

CV M audiui animæ dilectissimæ animæ meæ quas sicut se diligit, & de quibus, quod de se, desiderat anima mea; cum audiui vos de tam longè quæsiuisse faciem meam, exprinere nequeo, quantum gaudium perfudit cor meum, quantum dilatata est spes mea de vobis: quantum prius ardens vehemētius exarsit desiderium meum de vobis: Concupiscunt iam dilectissimi mei, concupiscunt oculi mei vultus vestros, extendunt se brachia mea in amplexus vestros: Anhelat ad oscula vestra os meum, desiderat conuersationem vestram quidquid restat de vita mea vt in pleno gaudio futuræ vitæ vobiscum gaudeat anima mea. Hoc optant, hoc orant de vobis ardentia pro vobis intima mea charissimi, hoc iam fidentius sperant, & ad hoc ardentius anhelant, quia vos in Normanniam adduxit voluntas altissimi. Spero enim orando, & oro sperando in eo, qui sua gratia tantum fecit, quia secundum votum meum perficiet, quod incepit. Sed quomodo

a Psalm. 33.

b. 1. Joan. 2.

c. Antiana. Ansis.

d. Matt. 19.

donec videam quod opto, stimulat me desiderium meum, interim ex cordis abundantia loquitur os meum. (a) Gustate amantissimi quam suavis est Dominus, quod nequaquam scire potestis quamdiu dulcis est vobis mundus. Scitis dilectissimi mei, quia (b) mundus transibit, & omnis gloria eius. Qui ergo diligit mundum, sectatur vanitatem, & consequetur miseram indigentiam: qui autem contempnit mundo eligit Deum, sequitur veritatem & inueniet beatam sufficientiam. Sed quid cunctet aperte dicere desiderium cordis mei: Dicam ego, persuadeat Deus. Desiderati mei nihil tam bene potestis, quam monastica vite propositum arripere, nusquam melius hoc potestis, quam cum illo qui vobis in hoc desiderat & potest Deo dante seruire & consulere. Vtique non fallo, quia amicus sum: certe nec fallor, quia expertus sum. Simus ergo monachi, simul, seruiamus Deo, simul: ut de inuicem nunc & in futuro gaudeamus simul vna caro, vnus sanguis, vna anima, vnus spiritus simus: Denique accessistis, accedendo succedistis, succedendo conflastis, conflando consolidastis animam meam cum animabus vestris. Scindi potest, secerni iam non potest: Trahere illam ad saeculum vobiscum non potestis. Aut ergo cum illa manebitis, aut illam scindetis. Sed si illi cohaeritis, non solum consanguinei, sed & conspirituales estis. Si vero illam scinditis non (c) consanguinei sed vere sanguinei & carnales estis. Si ad hoc venistis, vos ipsi iudicate, qui & quales dicendi estis. Sed ablit charissimi, sed auertat Deus dilectissimi, ne tam insanabiliter vos diligentem, & erga vos innocentem laedatis, ne tam intolerabiliter spem de vobis bonam confundatis. O quomodo inter praecordia mea fertur amor meus, quomodo laborat totus erumpere simul affectus meus! Quomodo quaerit se verbis exprimere, sed nulla verba sufficiunt; quanta vult expromere, sed tempus & carta non capiunt. Dicitur o bone Iesv cordibus eorum, sine quo nulla vox valet auribus eorum: Dic illis, ut (d) relinquunt omnia, & sequantur te. Promitte illis, quia cum veneris iudicare, sedebunt tecum & iudicabunt tecum. Nec separes a me, quibus me tanto carnis & spiritus affectu iunxisti: sed aggrega eos illis, quibus tibi seruientibus me seruire iussisti. Domine, tu testis es interius, & lachrymae quae me hoc scribente fluunt, testes sunt exterius, si mecum, quod opto fecerint, quomodo gaudes erit cor meum, si alibi hoc fecerint, quam melius illis scio, quid talibus expediat, qualiter timida & suspensa erit mens mea: si saeculum tenuerint, quam dolens & tristis erit anima mea. Nimis loquor, sed immenso amore cogor Amati & desiderati: Valere, & manete: Manete inquam, & permanete. Quod vtinam prius audiam inceptum, quam veniam, & cum venero, inueniam.

EPISTOLA XXIX.

DOMINO, FRATRI, AMICO HENRICO frater Anselmus dictus Abbas Becci: bonae voluntatis protectionem & effectum.

Ut quantocius mundum relinquat. Hac epist. 3. erat in imp. esis.

BENEDICTVS Deus in donis suis & sanctus D. Ansel. Tom. 4.

in omnibus operibus suis, qui vestra dilectioni tantum de nostro desiderio, propter quod concessit efficere: quem oramus ut quod deest adhuc de voto nostro & de vestra mercede dignetur perficere. De qua re consilium nostrum per fratres nostros mando. De gratia & dilectione ducis, & qua mihi scripsistis: multum gaudeo & pro ea Deo & illi & vobis gratias ago. Quod etiam illi per literas facere cogito: cum nuncii vestri sicut audiui constitutum esse, ad illum redibant. Et quoniam nescio si hoc necesse erit fieri antequam redeam, cum primum poteritis mandate mihi praenomen eius, & nominis vxoris & filiorum eius. Solum enim nomen eius teneo, quia Vitalis vocatur. Sed quoniam dulcis mihi vestra dilectio, sic me libi sua probitate conglutinavit: ut idem de vobis quod de me desideret cor meum, unde iam spem magnam ex vestris sermonibus concepi: non potest mens mea quiescere donec ipsum meum desiderium de vobis fatietur. Quamuis igitur nullus sermo mihi sufficiat, donec Deus, quod opto, perficiat; pauca tamen, quia non nescienti loquor, pro hoc ipso amica familiaritate commemoro. Pensa igitur dulcis amice, quantalibet mundi gloria potitus fueris, quis sit finis, & in fine quis fructus: quod praemium & contra quae sit expectatio mundi gloriaram calcantium. Si dicis (a) non solum monachi ad salutem perueniunt, verum est. Sed qui certius, qui altius: illi qui solum Deum conantur amare: an illi qui amorem Dei & amorem saeculi simul volunt copulare? (b) Sed forsitan dicit aliquis: quia & in ordine monachorum est periculum. O homo qui hoc dicit, quare non considerat quid dicit! O rationalis natura: an est hoc rationabile consilium, ut quia vbique est periculum ibi eligas manere, vbi maius est periculum? Denique si ille qui solum Deum nititur amare: seruat propositum vsque in finem, certa est salus. Si vero ille, qui mundum vult amare: non deserit suum propositum ante finem, aut nulla, aut dubia, aut minor est salus. Et certe satis probat: quia nullatenus, aut parum aliquod bonum diligit, qui illud vbi certius & melius cognoscit, non eligit. Sed dicunt multi: (c) Grauius irascitur Deus peccanti monacho quam alii, quia de proposito altiori cadit. Hoc (e) verum est quamdiu est in peccato. Sed certe benignius & familiarius suscipit Deus monachum poenitentem, si ad suum propositum redit quam non monachum, qui ad idem propositum non venit. Plus namque placet Deo etiam post graue peccatum, cuius propositum est & ante & post, quo maius habere non potest, quam ille qui nec ante nec post simile peccatum vult proponere, quo melius non potest. Si ergo & innocentibus & poenitentibus melius est ad vitam monasticam venire, & redire, quam abistere, quid moraris? Si prius de hac vita tolleris: damnatum est irrecupabile. Multa charissime de monasticae vite altitudine & certitudine, de quiete & iucunditate dicere possem, si epistola modum non excederet: f-

a Obtinent
seculares non
solum monachos
sed etiam
secularis
nandos: occurrit
Ansel. b Secundo,
etiam in monachatu
periculum esse.

c Tertio, Deum
gravius irascitur
peccanti monacho
quam alio.
e Verum est
ait D. Tho. 2. 2. quas. 186
artic. 10. in
responsi religionis
violatorum, si
ex contemptu
& propter scandalum:
sin neque
horum peccet, lenius
peccet. Eodem genere
peccati, quam secularis:
quis peccatum
vult si sit leue, quasi
absorbetur ex multis
operibus bonis quae facit:
et si sit mortale, facilius
ab eo resurgit, propter
intentionem quam habet
erectam ad Deum: quae
et si ad horam interceptur,
de facili ad pristina
reparatur. Sic D. Thom.

F

stina

ius si sit leue, quasi absorbetur ex multis operibus bonis quae facit: et si sit mortale, facilius ab eo resurgit, propter intentionem quam habet erectam ad Deum: quae et si ad horam interceptur, de facili ad pristina reparatur. Sic D. Thom.

Psalm. 33.

1. Joan. 2.

Antiana. Ansel.

Matth. 10.

a Les proci
que tu voie
ray recom
mande. Ide
nim, et alia
significare
breuiter mo
nimus ad
calcem epist.
a. h. u. m. lib.

Multos Anselm. vidit promittentes monachi sine, & differetes, quos repentina mors abstulit.

stina ergo ad tantum bonum, quia nullo bono efficacius venies ad summum bonum. Plures vidi hoc promittentes & differentes, quos ita mors tulit, vt nec hoc perficerent quo se impediabant, nec hoc inciperent quod promittebant. Quod valde timeo de te, sed auertat Deus à te charissime. Vale & noli tardare.

EPISTOLA XXX.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Episcopo Vintoniensi Gualchelmo frater Anselmus orationum & seruitii fidelitatem.

Sic in nostris tabulis Episcoporum Vintoniensium, sed apud Iuonem Carnotens. epist. III. vocatur Guacelinus Episcopus Vintroiensis: in aliis cod. Vakelinus. Is ante episcopatum fuit monachus S. Stephani Cadoniensis, obiit anno 1098. 3. Non. Ian. Est autem Vintonia seu Vincestria sedes episcopalis in Anglia ad Austrum.

De monacho ad tempus dato, quem Episcopus volebat secum perpetuo tenere.

SECUNDUM quod vestram sciui voluntatem locutus sum cum Domino Abbate de monte sancte Trinitatis. Concessionem à Domino Abbate Rainero antecessore suo vobis factam esse de Domino Stephano monasterii sui monacho penitus negat. Hanc autem negationem mihi sic putat asserere, quia dicit se vestris precibus eundem fratrem eo tenore concessisse; vt quocumque ab ipso, aut post ipsum à Priore sui monasterii renouaretur, abique excusatione rediret, vestramque reuerentiam eundem non inuitum suscepisse. Persuasi tamen quantum potui, vt nihil contra voluntatem vestram acceleraret. Quid tandem scribere velit vobis aut iam scripsit, aut scripturus omni interim de dilatione reductus fratris offensione remota. Interea si quid plus potero, secundum quod scio vos inde velle apud illum efficere tentabo. Dominus Robertus frater, & sub vestra sanctitate conseruus noster, quem & dilectorem vestrum volo dicere, quia scio, sed non audeo: quia forsitan non omnis qui audit, credit: nescio quid supra me confidens per me nimis mihi instat quatenus apud me pietatem vestram pro fratre meo Gisleberto intercedam. Sed valde graue mihi semper est, aliquid à quoquam petere contra eius voluntatem, maxime ab illo cuius nunquam volo offendere benignitatem. (a) Itaque angustia mihi sunt vndique. Si enim precibus pietatis non moueor, nimis ero durus: si autem aliquid precibus ab inuito extorqueo, etiam quod sponte tribendum sit, timeo videri importunus. Quoniam igitur nec tacere audeo, nec rogare: saltem ad dicendum liceat seruo vestro benignam vestram prudentiam humiliter interrogare: (b) *Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia a gelus Domini exercituum est.* Doceri ergo à vestra sapientia cupio; si (c) apud Deum pater non portat iniquitatem filii, nec filius iniquitatem patris: vtrum apud propinquum, frater portet iniquitatem fratris. Videmus enim hoc fieri non solum apud multos extraneos, sed & apud quosdam propinquos, quorum auctoritas facile reprehendenda non est. Denique

quomodo verum est, quia (d) *sicut anima patris, ita & anima filij, Dei est:* ita verisimile videtur, quia sicut caro fratris, ita & caro fratris consanguinei est: & si cuiuslibet culpa in propinquum transit, propinquior est filius patri, quam frater fratri. Si ergo vestrae pietati solubilis videtur hæc quaestio: præfatum Gislebertum, quia prope est, doceat suam solutionem & super ipsum erit dubitanti mihi susceptam mandare responsionem. Valet.

EPISTOLA XXXI.

(A) GREGORIUS EPISCOPUS seruus seruorum Dei Anselmo venerabili Abbati Beccensi salutem & Apostolicam benedictionem.

De celeberrima Anselmi fama.

QUONIAM fructuum tuorum bonus odor ad nos usque redoluit: quam dignas gratias Deo referimus, & te in CHRISTI dilectione ex corde amplectimur, credentes pro certo, tuorum studiorum exemplis ecclesiam Dei in melius promoueri, & tuis similibusque tibi precibus etiam ab instantibus periculis Christi subueniente misericordia posse eripi. Nosti fraterni si (b) iusti apud Deum præualuit oratio, quid iustorum præualebit equidem, immo impetrabit sine dubio, quod petierit. Ipsius etiam veritatis auctoritate cogimur hoc confiteri: (c) *Pulsate, & aperietur vobis: petite, & accipietis.* Pulsate simpliciter, petite simpliciter hæc etiam quæ sibi placeant. Simplex est ostium, simplex dator vult peti simplicia; & quæ sibi conueniant: hoc modo aperietur, hoc modo accipietis, hoc modo iustorum exaudietur oratio. Vnde volumus tuam tuorumque fraternitatem assidue Deum orare, vt ecclesiam suam, & nos (qui ei licet indigni præsidemus) ab instantibus hæreticorum oppressionibus eripiat, & illos errore dimisso ad viam veritatis reducat. Querimoniam apud nos fecit quidam peregrinus de quodam conuerso tuo: (d) *Iustus Dominus iustitiam dilexit, equitatem vidit vultus eius.* Imitare Dominum tuum, imitare Magistrum, à quo habes doctrinam vitam. Præcipimus etiam & nos, vt ei iustitiam facias coram Huberto dilecto filio nostro, & (vt intelleximus) amico tuo.

ANNOTATIO IN
EPISTOTAM XXXI.

GREGORIUS Episcopus: *Hic est Gregorius Septimus huius nominis Papa, dictus ante Hildebrandus, & post à quibusdam, ironice: cuiusmodi est ille, quem Lanfrancus his increpat literis: Lanfrancus Hu. literas tuas, quas mihi per portitorem mearum misisti, suscepi & legi: & displicuerunt mihi quædam quæ in eis inueni. Non probo quod Papam Gregorium vituperas, quod Hildebrandum eum vocas: quod Legatos spinosulos nominas: quod Clementem tot & tantis præconiis tam prope exaltas: Scriptum est enim non esse laudandum hominem in vita sua, nec detrahendum proximo suo. Adhuc incognitum est humano generi quales nunc sint, & quales futuri sint in conspectu Dei.*

Sic

Malach. 2.

Daniel. 13.

Ezech. 18.

b Jacob. 5. 13. 3. Reg. 17.

c Matth. 7.

d Psalm. 10.

Ezech. 15.

Urbanus II Papa, natione Gallus Rhemensis, oppido Castellione inauguratus est ann. 1088. Id. Martii. Cui nomen erat Fulco ut apparet epist. 52. li. 2. Anno circiter 1089. Is enim antea fuerat Beccensis monachus.

Hunc Urbanus presertim Abbatem monasterio S. Saluatoris in Capua ad Telesinam urbem. Malchus in lib. 1. de Pontif. Anglis.

Hubertus fuit S. Roman. ecclesie Subdiacon. eius merito inicit Lanfrancus in epistola ad Aldebrandum. 11. quæ iam citata in meo anno. 1. ad epist. 2. lib. 1. & colligendos in ins. anac. g. intelligit f. 2. Ecclesia.

EPISTOLA XXXIII.

DOMINO REVERENDO, ECCLESIAE Catholicae summo Pontifici Urbano: frater Anselmus servus servorum Dei Beccicommanentium cum debita subiectione fidele seruitium.

Post gratias Papa actas, commemorat Beluacensis Episcopi cruces.

GRATIAS ore & corde celsitudini vestrae, quantas possum, ago: quia paruitatem mea dignata est sua benignitatis epistola honorare, & Apostolica benedictione latificare. Pro vestra & Romanae Ecclesiae tribulatione, quae nostra & omnium verè fidelium est, non cessamus orare Deum assidue: (a) ut mitiget vobis à diebus malis donec fodiat peccatori fouea. Et certi sumus, etiam si nobis moram videatur facere: (b) quoniam non relinquet virgam peccatorum super sortem iustorum: quia hereditatem suam non derelinquet: (c) & portae inferi non preualebunt aduersus eam. De dilectissimo nostro Episcopo Beluacensi, quae ea diligentia qua sciui & potui, exquisito eius introitu: ut onus Episcopale susciperet, coegit; sic multimodè coactus regis Francorum & Cleri Beluacensis & multorum aliorum religiosorum (inquatum cognoscere poteram) instantia: cum assensu Remensis Archiepiscopi, nullo resistente: ut nisi hoc facerem, Deum timerem offendere. Nouit sanctitas vestra, qua voluntate post susceptum Episcopatum olim eam petiit, quid fecit, quomodo rediit. Cur autem nunc quoque vestra se maiestati repraesentet, plenius per eius vocem quam per literas nostras innotescet. Scio namque quoniam ipse mendacium, & maximè in hac re coram vobis execratur, & sperat ob puritatem conscientiae, quia veritas in hac causa sibi non aduersatur. Verum rei ipsius serie pertractata, nec vestra prudentia nostro consilio indigebit, nec iustitia precibus opus habebit. Solum igitur hoc nunc intimo, & si ad vestram iam venit (sicuti est aut venturum est) notitiam, per alium nescio scilicet: quia non minimam idem Episcopus persecutionem patitur, propter iustitiam, quam per iussionis vestrae seruare nititur obedientiam. Nam intantum eius odium canonici, & presbyteri eius Episcopatus paucissimis exceptis, & quidam laici exarscunt: & extraneos, quoscumque possunt, & quibuscumque modis valent, accedunt: ut non solum ipsum, sed & illos immoderatè detestentur, & detestabiles monstrare conentur: qui ei aliquod solatium impendunt: ut cum Propheta ipse dicere possit: Tota (d) die verba mea execrabantur, aduersum me omnes cogitationes eorum in malum: Inhabitantes & abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt. Canonici quidem, & presbyteri hoc illi faciunt: (e) quia eos à prauis consuetudinibus, & maxime à mulierum reproba conuersatione vult prohibere; (f) & filios eorum, siue, quos sibi

F 2 secun-

in iuxta canones quos habet Grat. dist. 27. Diakon. & c. presbyteris. ib. d. dist. 18. can. decernimus. Quando assumi presbyter, & tota distinct. 32. Gregor. VII. lib. 4. Regist. epist. 10. Ex auctoritate sanctorum Patrum & scriptis interdicit, & ex choro subtrahit concubinarios clericos. Iunge Dionys. Carthus. lib. de vita Canon. art. 12. 13. 14. Regula Canon secular. art. 12. 13. 14. 15. Ioan. Molan. lib. 1. de Canon. cap. 18.

Et filios presbyterorum ipsemet Urbanus remouit edito conditionali, in Concil. Claremont. apud Malmesb. lib. 4. de reg. Angl. cap. 2. & Grat. dist. 56. c. presbyterorum, & c. Canonianensem. ibid. & Alex. I. lib. 6. Apostolica ad hac facit Hildeb. Canon. epist. 55.

Lanfrancus breuiter & acriter obiurgauit cauillatorem & uoluptuorum linguam bellantem. Clemens uero, quem ridiculus ille Encomiastes tertium ad caelum usque efferebat, antea vocabatur Gilbertus Corrigianus Rauennatium Antistes: quem triginta Episcopi stantes à partibus Henrici Imperatoris Gregorio infestissimi creauerunt Papam in schismate, quod perdurauit annis 17. scilicet ab anno 1084. ad 1101. Quantus uero fuerit Gregorius, quamque Ecclesia sibi commissa inuigilauerit, abundè testatur Registrum epistolarum eius. Caterum has Gregorii litteras fuisse redditas Anselmo annum circiter 1085. postremum Gregorii. d. gito monstrat, quod responsum hic non habeamus; quod tamen proculdubio fecisset, quemadmodum Urbano Gregorii successori: His addit quod Anselmus fuerit in Abbatem subiectus anno 1077. Gregor. 1073. & post electionem suam variis scripsit ante hanc Gregor. acceptam epistolam.

EPISTOLA XXXII.

VRBANVS (a) EPISCOPVS SERVVS seruorum Dei Anselmo venerabili & dilectissimo Abbati salutem & Apostolicam benedictionem.

Vt Episcopo rerum ecclesiasticarum imperitiori adsit consulat & dirigat.

RELIGIONIS ac scientiae tuae prerogatiuam scientes, (b) Beluacensi Episcopo, quae in eius ordinatione iniusta uidebantur, indulgimus: & in tua studio industriae confidentes curam (c) ei Episcopatus inuito renitentium; iniunximus. Nunc ergo tibi eum commendamus attentius: quatenus ei in omnibus (d) ut filio tuo adiutor, monitor, corrector, atque consultor assistas; & cum ipse adesse nequiueris, quemlibet ei fratrem tuorum, (qui super ipsum spiritali zelo sollicitus sit) praesentem esse mandabis: ut quod minus cernitur, bonis in posterum profectibus valeat operari. Si quid autem tibi vel per eundem Beluacensem Episcopum, vel per filium nostrum Rogerum de seruitio S. Romanae Ecclesiae mandabimus, ut talem uirum decet, impiger & paratissimus exequeris. Sanè monachum tuum (e) Ioannem nostrae ecclesiae filium apud nos retinere uoluimus: super quo in uos querela Romanae pedet Ecclesiae: quod ipsius clericum monachare & altioribus gradibus prouehere praesumpisti. Veruntamen Beluacensis Episcopi precibus inclinatus eum ad te sub hoc tenore remittimus, ut ante exactum à praesenti quadragesima annum aut illum ad nos remittas, aut ipse ueniens tecum ducas: & si quem alium de vestra congregatione nobis utilem noueris. Porro quantum ipse citius potueris, sedem Apostolicam visitare ne differas, ut dilectionis mutuae praesentia, deuotione debita perfruamur. (f) Huberti uero nostri Subdiaconi, qui apud uos defunctus dicitur, si quae res apud te discussae sunt, ad nos citius destinabis. Cum enim à Dn. Praedecessore nostro sanctae memoriae Gregorio legationem in Anglorum regno acceperit, multa ex (g) censu beati Petri dicitur collegisse: quae si apud uos sunt, citius ad nos volumus destinari necessitate sanctae Ecclesiae profutura.

D. Ansel. Tom. 4.

Hubertus uero fuit S. Romanae ecclesiae Subdiaconus eius meminit Lanfrancus in epistola ad Anselmum. lib. 1. c. 11. quoniam citatus in eius annotatione ad epistolam lib. 1. c. Gregor. praecedenti epist. Hubertum uero fuisse quaesorem ad colligendos in Anglia S. Petri denarios, ut postremo saeculo Polydorus Virgilius insinuat.

Intelligit sacrum illud uetustissimum, quod annuatim presentabat Anglia Romanae Ecclesiae, ex antiqua maiorum consuetudine. de quo nos alibi scripsimus.

Urbanus II Papa, natione Gallus Rhemensis, oppido Castellione inuenerat. est ann. 1088. 4. Id. Martii. b Cui nomen erat Fulco ut apparet epist. 52. li. 1. Anno circiter 1089. d Item ansea fuerat Beccimonaebus.

Hunc Urbanus praefecit Abbatem monasterio S. Saluatoris in Capua ad Telesinam urbem. Malmesb. in lib. 1. de Pontif. Anglia.

Hubertus uero fuit S. Romanae ecclesiae Subdiaconus eius meminit Lanfrancus in epistola ad Anselmum. lib. 1. c. 11. quoniam citatus in eius annotatione ad epistolam lib. 1. c. Gregor. praecedenti epist. Hubertum uero fuisse quaesorem ad colligendos in Anglia S. Petri denarios, ut postremo saeculo Polydorus Virgilius insinuat.

Intelligit sacrum illud uetustissimum, quod annuatim presentabat Anglia Romanae Ecclesiae, ex antiqua maiorum consuetudine. de quo nos alibi scripsimus.

a Psalm. 93.

b Psalm. 124.

c Matth. 16.

d Fulco (sic enim dicebatur, ut alibi obseruauit) Pontificatum Beluacensem suscepit coactus ab Anselmo, cum tamen ille potissimum refragaretur: sic n. Chron. Becc. refert: Quidam monachus Beccipetebatur ad episcopatum ecclesiae Beluacensis. Cuius S. Ansel. Abbas huic electioni assensum praebere nollet, dixerunt petiores: Domine, nose legimus eum non se ingerit: quare non uultis concedere, quem perimus? At ille: si, inquit, ipse Deus meligeret, adhuc timeret: quia ipse per Prophetam elegit Saul & per seimet ipsum Iudam traditorem: qui ambo reprobatisunt. Sic Chron. d. Psalm. 55.

d Ezech. 18.

b Iacob. 5. & 3. Reg. 17.

c Matth. 7.

d Psalm. 10.

Ezech. 18.

secundum placitum hæredes eligunt, à præbendarum hæreditaria successione, atque à sacrorum ordinum promotione, conatur arcere. Laici vero, idcirco quia inuasionib. rerum ecclesiæ inordinatè factis non vult fauere. Quapropter vt eum vestris literis vehementer roboratum remittatis, valdè necessarium existimo: & vt Dominum simplex seruus postulo: Sicq; illum autoritas vestra Remensi Archiepiscopo, & aliis vicinis Episcopis & Clero ciuibsq; Beluaci & eiusdem Episcopatus nobilibus commédans contra maleuola machinamenta muniat, vt in executione mandatorũ vestrorum non tam eos aduersarios, quàm adiutores inueniat. Præsumo aliquam gratiam de vestra largitate pietatis ecclesiæ Beccensi postulare: sed hæc præsumptio non tantum de mea ascendit temeritate, quantum de vestra reuerenda mihi & charissima descēdit benignitate, quæ se meæ paruitati literis per præfatum Episcopum Beluacensem missis, & verbis mihi per illum & quosdam alios relatis dignata est monstrare. Est enim noua res, nostrum monasterium neã adhuc vlla antiquitate, aut vllius Apostolici autoritate, aut priuilegio confirmatum: sed vestris temporibus, & vestra clementia iussioni diuinitus seruatam. Vt ergo aliquo vestrae autoritatis dono, prout vestra visum fuerit religiosæ discretioni, se gaudeat honorari & confirmari: nulla nostra meritã obtendimus, sed diuinæ voluntati & vestrae pietati committimus. Non enim ignotum esse puto vestrae excellentiæ: Quia plures Episcopi non tantum gaudent monasteria paterna pietate nutrire, & episcopali cura erudire, quam austerã quadam dominatione, & propria voluntate grauare. Quod tamen sub paterna sanctitate reuerendi (B) Archiepiscopi nostri Guillelmi fidelis dilectoris nostri non timemus. Serui vestri, conserui & Domini mei fratres nostræ congregationis, qui pro vestra paternitate quotidie mecum non cessant orare, desiderant se mecum orationi & benedictioni vestrae commendari.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM XXXIII.

Archiepiscopi (B) nostri Willelmi.] scilicet Rotomagensis, ad quem est epist. 68. lib. 3. cuiusq; non semel Chron. Becc. MS. meminit. Successor autem Ioanni teste Will. Gemmet. lib. 8. cap. 3. histor. Duc. Norm. (ad quæ legi nonnulla Lanfranci epistolæ) vita sancto anno 1079 Is, vt alibi monuimus, fuit nepos Rathbodi, ceu, vt legunt Victoriane Sagiens. Episcoporum tabula MS. Rathbodi Episcopi nepos, & monachus S. Stephani Cadoniensis, tandemq; Abbas post Lanfrancum: Illi autem nuncupato Rothomageni Archiepiscopo Cadonienses surrogarunt Gilbertum Constantinensem: vt notauit Guillelmus Gemmeticensis lib. 7. hist. ducum Northmannorum, cap. 26. Anno 1081. habuit synodum apud Lissebonam multis astantibus Episcopis. & Willelmo Notho Anglorum rege, teste Mattheo Paris in historia Maiore: Solus ille Archiepiscopus, quasi nihili faceret vbiq; tonanti: Pontificiorum anathematum fulmina, incestas effecit nuptias Philippo Francorum regi, & Bertrada Fulconis Rechini Andium Comitis vxori, sicut vniuersi Francorum annales recitant: Hanc tamen Bertradam inter vxores Fulconis non reperio in tractatu Comitum Andegauensium quem seruat scriptum Bibliotheca Victoriana. His vero

connubiis male & perperam à Willelmo coniunctis. Vrbanus Papa tanto D. min. furore in eum est a census, vt multis annis interdictum vix A. scilicet alioquin vrbano amicissimus, potuerit reconciliare: quod notat Willelmus Malmesberiensis lib. 5. de gestis regum Anglorum. Imò n. reconciliauit. Nam Paschalis epistol. 140. lib. 3. epist. ar. nostri Anselmi sub finem ait: Rothomagensis Episcopi causam & interdictum iustitia dictante prolaturum tuæ deliberationi commisimus. Quod enim induleris, indulgeo, &c. Porro hunc esse electi Willelmi annum superius recensitum, & Antonij Democharis, vt nostra tabula MS. Rothomagensium Archiepiscoporum confirmant, extat ad eundem 80. Iuonis Carnotensis epistola: obiit anno 1110. successore Gaufrido Cenomanensi Decano, ex eandem tabula: um notatione, & Guillelmi Gemmeticensis cap. 14. lib. 8. sua historia.

EPISTOLA XXXIV.

SVO REVERENDO DOMINO
Christianorum vniuersali Pontifici Vrbano
frater Anselmus quod
suus.

*Timeat, ne Episcopus sub grauiori arumnarum cadat
pondere: eumq; optat episcopatu a solui.*

DE (a) Beluacensi Episcopo, quod sentio breuiter, sed magno affectu dico, & vt multum sit vestrae pietati desiderio. Nihil proficit in episcopatu, sed & ipse à sui custodia impeditur, nec rebus ecclesiæ prodest, nec in futuro ego, aut aliquis eorum, qui rem nouerunt, & secundum DEVM eam considerate volunt, aliquid melius sed deterius expectamus. Non quia in eius innocenti vita aliqua culpa malæ voluntatis sit, sed quia non est talis, qui tantum onus possit sustinere, tantam malitiam irruentem, tantas insidias circumstantes cauere. Unde valde timeo, ne (b) abundantiori tristitia absorbeat: in qua cum nimio dolore cor eius versatur, & in qua nullo alio vinculo, quam sola vestra iussione ligatur. Quapropter ego & alii secundum DEVM amici eius corde cum ipso prosternimur ad vestigia vestrae misericordiæ, vt ei viscera sua aperiat, & de tanto malo & periculo, in quibus lineutilitate esse se sentit, elementer eripiat. Ne prohibeat agnum mitem, de medio circumuentium & irruentium luporum & leonum fugere: nec (c) puerum innocentem de Chalcedorum fornace exire. Quod qualiter meæ paruitati fieri posse congruentius videatur, per eundem ipsum excellentia vestra poterit audire, si dignatur. Eo enim modo, nisi aliter prudentiæ vestrae videbitur, nequaquam gloriabitur se malitia per falsitatem præualuisse, sed innocentia gratulabitur per libertatem mentis euasisse. Mirari potest forsitan vestra sapientia, cum sic mihi met contrarius videat existere: vt quem Episcopum fieri coëgi, episcopatum velim deserere. Sed fateor illi, cui conscientiam meam celare non debeo, quia mala quæ patitur, prius sensi & prædixi, cum ad episcopatum peteretur: sed illi in me sententiam meam obruerunt, qui illum petendo cum magna importunitate concorditer in me irruerunt.

d Phil. 2.
c. Anneto e-
pist. 33. supra
& scholium.
ad literam d.

a qui nomi-
nabatur Fil-
co, vt proxi-
mè aduersi:
huic ep. 108.
& 107. scri-
bit Iuo Can-
not.

b 1. Cor. 2.

c Puerorum
historia con-
ictorum in
fornacem ad-
aptat. Dan.
13.

ruerunt. Timebam enim in corde meo asserere DEVM magis esse in meo solo sensu & voluntate, quam in multorum se simplicitereum propter DEVM petere clamantium vnanimi- tate. Ingerebat se etiam hoc menti meae; quia saepe Deus magis operatur per vitam (d) quæren- tium quæ Dei sunt, quam per astutiam quæren- tium quæ sua sunt. Ecce in conspectu vestro est, cur (e) eum Episcopum fieri concessi; & cur nunc mutare desiderem, quod coactus concessi: & iu- dicio vestro subiacet, si puniendum aut corrigend- um, aut suscipiendum sit, quod facio & quid fe- ci. Paternam vestram sanctitatem omnipotens Deus diu nobis in integra prosperitate conseruet Amen. Soli vestro conspectui hanc epistolam no- tam esse (si vobis placet) quidquid de illa vobis videatur, desidero & flagito.

EPISTOLA XXXV.

DOMINO ET FRATRI DILECTO
Ioanni frater Anselmus semper ad me-
liora proficere.

*De falsa & impia assertione cuiusdam Trinitatis: ij. ad-
de epist. 41. infr.*

AD literas, quas mihi dilectio vestra misit, de illo qui dicit in Deo tres personas, esse tres res, aut Patrem & Spiritum sanctum cum Fi- lio esse incarnatum: Ideo tam diu moratus sum respondere, quia volebam plenius de hac re loqui. Sed quia multis me occupationibus impediendi- bus, postquam epistolam suscepi, non mihi licuit: interim inde breuiter respondeo. In futuro vero, si Deus dare oportunitatem dignabitur, volun- tatem habeo copiosius inde tractare. Quod ergo dicit tres personas, tres res: aut vult intelligi se- cundum tres relationes, id est, secundum id quod Deus dicitur, Pater, & Filius, & à Patre & Filio procedens Spiritus: aut secundum id, quod Deus dicitur. Sed si ipsas tres relationes, dicit tres res esse, superfluum hoc dicit. Nullus enim negat hoc modo tres personas, esse tres res: Sic tamen vt di- ligenter intelligatur, quomodo ipsæ relationes dicantur res, & cuiusmodi res, & si aliquid faciunt eadem relationes circa substantiam, quem- admodum multa accidentia, an non. Quamuis videatur non intelligere, hoc modo tres res quas dicit: ex eo quia subiungit trium personarum vnâ esse voluntatem, aut potestatem. Nam tres ipsæ personæ non habent voluntatem aut potestatem secundum relationes, sed secundum hoc, quod vnaqueque persona Deus. Quod si dicit tres perso- nas, esse tres res, secundum quod vnaqueque per- sona est Deus: aut tres deos vult constituisse, aut nõ intelligit quod dicit. Ad ostendendum quid sen- tiam de sententia præfata, ista interim dilectioni vestræ sufficiant. Quod autem petitis mecum con- uersari, antequam Romam proficiscamini: scito- re quia quantum ad dilectionem honestatis vestræ pertinet, libenter vellem. Sed in quantum intelli- go, & vobis parum esset vtile propter multas oc- cupationes meas, & impedimentum esset vobis. Omnino namque persensit, quia nisi cum Episcopo manseritis vsque dum proficiscamini; aut nihil, aut parum vos iple iuuabit ad hoc quid facere debetis: nec ego aliquid quod valeat ad iter agendum vobis facere possum.

D. Anselm. Tom. 4.

EPISTOLA XXXVI.

AMICO, FRATRI, DOMINO,
patri, dilecto dilectori reuerendo Abbati Gisle-
berto frater Anselmus perseverantem in lon-
ga vita cum prosperitate sanctitatem,
& indeficientem in æternitate
felicitatem.

*Ad eundem scribit epist. 16. supr. Laudat vitam ab Ab-
bate institutam rationem.*

SI velim scribere mutua nostræ dilectionis af- fectum, timeo ne aut videar ab ignorantibus veritatem excedere, aut necesse sit aliquid veritati subtrahere. Qui affectus, quantus & quam verus sit, cum multum cognoscerem: quando sese oculo ad oculum, osculo ad osculum, am- plexu ad amplexum ostenderet: nunc multo magis experior, cum abesse illum irrecuperabi- liter, in quo tanta iucunditate delectabar, in- tueor. Sicut enim abundans nescit, quid sit in- digenti: vt qui deliciis affluit, ignorat quid sit e- sumenti: Ita qui amico fruatur, non sentit lan- guorem animæ carentis. Quoniam ergo nec scri- bi sufficienter potest, quid nobis inuicem sit, nec ignoranti loquor: his interim omissis oro vobis- cum, vt aliquando nos inuicem videntes oculo ad oculum, osculo ad osculum, amplexu ad am- plexum non oblitum amorem recolamus. De his autem, quæ de vitæ suæ conuersatione chari- tas vestra mihi dignata est exponere, gratias ago Deo: quia nihil ibi videre possum, quod non sit laudabile. De fratre illo, quem in claustrum re- duxistis, quod vultis, donec vobis aut nobis ali- ter videatur, concedo: sed occulta eius, vestra dis- cutiens prudentia, prout iudicauerit, illi consulat. De damno vestro quod mandastis, miror, & condoleo. Quod dignatur vestra charitas excusa- re se, quia non potest modo facere quod velle: gratias ago vestræ dignationi, & bonæ voluntati. De Dom. Lanfranco nihil melius sciu, aut potui quam quod in Anglia feci, & dixi. Valete.

EPISTOLA XXXVII.

REVERENDÆ ET CHARISSI-
mæ Domine suæ Comitissæ Idæ frater An-
selmus per bona temporalia ad
æterna pertingere.

*Ad hanc est epist. 24. supr. debet niti ad profectum, qui
cupit des. cum vitare.*

SI CVT verus amor, quem secundum Deum serua reuerentiam vestram habeo, à sua inte- gritate non potest deficere. Ita nunquam debet à salubri exhortatione deficere. Quamuis igitur semper sperem, prudentiam vestram vndiq; sibi prospicere, ne callidus hostis aliqua fraude viola- re valeat bonæ vitæ propositum: nequaquam ta- men, si vel tantum suggero vt instantius faciatis, quod bene faciatis, iudicandum est esse superfluum. Nullus enim gradum bonæ vitæ, quem iam con- scendit, custodire sufficit, qui semper ad altiorē proficere non appetit. Semper igitur necesse est, venturum ad profectum, qui semper vult vitare defectum. Sic itaque se reuerentia vestra, immo Deus cor & os & actus vestros semper & vbique

F 3 gust.

d Phil. 2.

e Anselm. e-
pist. 33. supr.
& schol. i. m.
ad literam d.

a qui nomi-
nabatur Fil-
io, ut proxi-
mè aduersi:
hinc ep. 106.
& 107. scri-
bit Iuo Car-
not.

ii. Cor. 2.

c Puerorum
historia con-
iectorum in
fornacem ad
aptat. Dan.
12.

custodiat, vt vita vestra nunquam, & nusquam in magnam vel paruam culpam decidat. De monasterio vestro, quod à me petebatis, regi Anglorum retuli: sed certe non laudauit vt facerem. Argentum domui Ricardi, per presentem latorem mittite nobis. Valet.

EPISTOLA XXXVIII.

DOMINO ET PATRI ABBATI
reuerendo Roberto frater Anselmus dictus
Abbas Becci huius vitæ prosperi-
tatem, & futuræ felicità-
tatem.

*Peccare statuens & diuinitus impeditus; si postea læ-
tetur se non peccasse, reus non est.*

RESPONDENS vestræ reuerentiæ de re, vnde per filium suum Willelmum meam paruitatem dignatur consulere, vellem exempla & auctoritates proponere: sed eius festinatione, & mea occupatione, sicut ipse testis est impediens, vix mihi licet rei ipsius veritatē simpliciter exponere. Nullius Catholici ignorat prudentia, quia sicut ille, qui bonum opus facere volens, prohibetur: & postea gaudet se facere non potuisse, quod bene voluit: non est laudandus, fecisse bonum quod proposuerat. Ita ille qui prauum opus agere disponens, non permittitur: & postea lætatur se non esse concupiscentiæ suæ traditum, nequaquam iudicandus est crimen egisse, quod voluerat. Nam, etsi quamdiu est aliquis in criminis voluntate, si nulla vitam terminat, de crimine iudicandus sit: magna tamen distantia est inter illum, quem ira superni Iudicis vsque in reprobam actionem deserit, & illum quem gratia a præcipitio seruans operis in bonam voluntatem restituit. Multum igitur est criminandus ille, qui pariter illis crimen conatur impingere, quorum prauas voluntates diuina sapientia tam diuersè voluit disponere. Ille namque nomine facinoris notandus est, qui aut in actum labitur, aut in malitiosa intentione deseritur: non ille, qui nec in opus malitiæ præcipitur, & à peruersa intentione eruitur. Hic enim in hoc seruatus est, vnde gaudendo gratias possit agere: ille in hoc desertus est, vnde dolendo veniam necesse sit petere. De hoc certum est, quia pro huiusmodi gaudio præmium accipiet: illi multum est, si pro dolore peccati pœnam effugiet. Plura vellem scribere, sed quia sicut dixi, mihi non licet, ista vel ad testimonia eorum quæ prædictus filius vester de nostra viua voce vobis referet, licet intercisā, sine reprehensione suscipite. Valet.

EPISTOLA XXXIX.

DILECTO ET DESIDERATO IN
Christo Lamberto frater Anselmus Abbas Bec-
censis, toto corde sæculi huius vanitatem
contemnere, & ad æternam verita-
tem contendere.

*Nobilem virum ad nobiliorem vitam, nempe mona-
sti am hortatur.*

TANTA mihi charissimus frater & filius meus Dominus Rodulfus Beluacensis olim socius tuus, nunc verus amicus & desiderator tuus retu-

lit de nobilitate & morum tuorum, quæ generis nobilitatem exornat, honestate; vt non paruo affectu cogatur cor meum te desiderando diligere, & diligendo desiderare. Quapropter quoniam animam tuam anima mea nec minus vult, nec plus potest diligere quam seipsam: non aliud potest desiderare de illa, quam de seipsa. Hoc igitur est de te desiderium meum, vt mundum relinquendo Christum sequaris, & per temporalem humilitatem & paupertatem; exaltationem & diuitias æternas consequaris. Non te detineat mi dilecte, nec moretur vlla occasio carnalis, quia utiq; non est consilium, non expedit bonum æternum perdere, aut minuere, aut vel differre pro temporali. Quod si superna gratia tibi, quod vtiā videat oculi mei, inspirare dignabitur secundum desiderium meum, & ad hoc eligere dignaberis confortium & consilium meum, iam dilatata in amplexus tuos obuiam cantat tibi anima mea. Paratum cor meum dilecte mi paratū cor meum, vale dulcissime, vale, & quam dubia & breuis sit vita hominis, & quam infinita sunt quæ sequuntur bona vel mala incessanter memorare.

EPISTOLA XL.

DOMINÆ IN DEO DILECTÆ
Ermengardæ frater Anselmus Abbas Becci
salutem & fidelem ora-
tionem.

*Ambo coniuges mutuam iurauerant continentiam:
Idcirco vir monachus vult fieri, vxor non vult: orat
Anselmus vt annuat.*

QUAMVIS vos non cognoscā visu, tamen quia eius ordinis sum, qui omnibus hominibus debet bene velle, & salubriter consulere, nulli mirum videri debet si vestram reuerentiā, secundum quod audio expedire, cōmoneo. Audiui charissima Domina, qualiter sit inter virum vestrum & vos, quoniam nobilitas vestra nō hoc patitur occultari, sed longè lateq; facit publicari. In qua re primū gratias ago Deo, à quo est omne bonum: qui eidem viro vestro dedit tanta constantia temporalem gloriam contemnere, & vobis concessit tot tribulationes pro tuenda castitate tam viriliter sufferre: ita tamen vt ille in ipso mundi contemptu nō plus diligit seipsum quam vos, nec vobis aliquid in hoc mundo sit charius illo. Certè ambo in hoc Deo & bonis hominibus amabiles ambo estis laudabiles, utique in tanta & tam vera mutua vestra dilectione nō tam corpora vestra diligere credendi estis quam animas: Corpora namque vestra nulla cura, nullo mutuo amore potestis à morte temporali eripere: animabus vero vestris, si ipsum vestrum amorem regere scitis, vitam æternam potestis acquirere. Quid ergo est fœmina reuerenda, scemina probata castitatis, quid est quod te cogit impedire virum tuum, ne perfectè quærat salutem animæ suæ, quam non minus diligis, quam tuam? Nullatenus enim vel cogitandum est vt hoc facias propter vilem carnis delectationem, quam tantum, postquam ipse à te discessit contempnisti; vt ne virum alterum susciperes: cum hunc habere non posses, multas passa sis tribulationes, multas respueris persuasiones. Quod si detines animam eius à salutis suæ profectu, propter glo-
riam

riam & commoda temporalia quæ amas, & quæ te per illum speras posse retinere: quomodo diligis animam illam, cuius certo & æterno commodo dubia, vilia, & transitoria tua proponis commoda? Aut qua ratione potes ab eo exigere, vt ipse æterna bona animæ suæ postponat temporalibus bonis corporis tui, si tu bona corporis tui, præponis bonis animæ illius? Vide ergo, charissima Domina, vide fortis & prudens mulier: vide si hoc facis, quàm non benè regas amorem tuum, quàm non rectè diligas diligentem te virum tuum. Quid si illum cogis, vt deserat consilium animæ suæ pro voluntate tua, & tunc morte tua vel illius occurrente, aut alio casu sicut solet irruente, ille non proficit tibi, & tu noceras illi: vtique si noceras animæ illius, noceras animæ tuæ. O quantum melius, reuerenda Domina, quantum laudabilius ostenditis vos diligere virum vestrum, si non solum permittitis, sed etiam consulitis & iuuatis, vt quod incepit Deo inspirante, hoc conetur perficere ipso adiuvante: si bonum illius amando vestrum facitis; si certissimè creditis, quia, quantum fortius propter amorem Dei & proximi humani auxilium dimittitis, tantum familiarius & securius vos diuinæ protectioni committitis. Confidat ergo in Deo prudens vestra fortitudo, & fortis prudentia: & sicut si mortuus esset vir ille, absentiam eius sufferetis, nolendo sine vlllo eius & vestro proficuo: ita dum viuit, sponte illam tolerate pro magno eius & vestro præmio. Concedite vt liberè faciat, quod desiderat, quatenus cum illo participetis mercedem. Si enim Deus curam gerit de viduis, quæ non propter illum sunt viduæ: multo charius illam fouebit, quam pro suo amore videbit sponte viduam. Quod si contigerit, (quod forsitan non erit) vt terrenum perdat honorem, nolite dolere, quia in cælo recipietis meliorem. Et certè quod à melioribus & sapientioribus multum contemnitur, non est multum dolendum, si perditur. Plus aliquid vellem consilere, sed non audeo: orare tamen non timeo. Omnipotens & misericors Deus ita det tibi mundi contemptum, sicut dedit viro tuo, vt in cælesti regno par sis viro tuo; soror & Domina in Deo dilecta.

EPISTOLA XLI.

DOMINO ET AMICO CHARISSIMO, Reuerendo Episcopo Beluacensi Fulconi: Frater Anselmus dictus Abbas Becci salutem.

De Roscelino, qui Lanfrancum & Anselmum in simularbat hæreses trinitariae. Con ungue pistol. 35. supra. Et notationem nostram ad libr. de incarnatione verbi.

AVdio, (quod tamen absque dubietate credere non possum) quia Roscelinus Clericus dicit in Deo tres personas, esse tres res ab inuicem separatas: sicut sunt tres Angeli: ita tamen vt vna sit voluntas & potestas: aut patrem & spiritum sanctum esse incarnatum, & tres Deos verè posse dici; si vsus admitteret. In qua sententia asserit venerabilis memoria Archiepiscopum Lanfrancum fuisse, & me esse. Quapropter dictum est, Conciliū (A) à venerabili Remensi Archiepiscopo Rainaldo colligendū esse in pximo: Quo-

niam ergo puto reuerentiam vestram ibi præsentem futuram: volo vt instructa sit, quid pro me respondere debeat, si ratio exegerit, (B) Archiepiscopum quidem Lanfrancum, vita eius multis religiosis & sapientibus viris nota, quia de eo nunquam aliquid tale sonuit, ab hoc crimine satis excusat: & absentia & mors eius omnem de eo nouam accusationem recusat. De me autem hanc veram omnes homines habere volo sententiam. Sic teneo ea, quæ (c) confitemur in symbolo cum dicimus: Credo in Deum Patrem Omnipotentem creatorem celi & terra. Et (d) Credo in vnum Deum Patrem Omnipotentem factorem celi & terra. Et (e) Quicumque vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat Catholicam fidem, & ea quæ sequuntur. Hæc tria Christianæ religionis principia, quæ hic proposui, sic in quæ hæc & corde credo, & ore confiteor: vt certus sum quia quicumque horum aliquid negare voluerit, & nominatim, quicumque blasphemiam, quam supra posui me audisse à Roscelino dici pro veritate asseruerit, siue homo, siue angelus, anathema est: & confirmando dicam, quandiu in hac persistet pertinacia, anathema sit. Omnino enim Christianus non est: Quod si baptizatus, & inter Christianos est nutritus, nullo modo audiendus est: nec vlla ratio aut sui erroris est ab illo exigenda, aut nostræ veritatis illi est exhibenda, si mox vt eius perfidia absque dubietate innotuerit, aut anathematizet venenum, quod proferendo euomit, aut anathematizetur ab omnibus Catholicis, nisi resipuerit. Insipientissimum n. & infinitum est, propter vnumquemque non intelligentem, quod supra firmam petram solidissimè fundatum est, quæstionum reuocare dubietatem. Fides enim nostra contra impios ratione defendenda est, non contra eos, qui se Christiani nominis honore gaudere fatentur. Ab his enim iuste exigendum est, vt cautionem in baptisate factam, inconcussè teneant: illis vero rationabiliter ostendendum est, quàm irrationabiliter nos contemnant. Nam Christianus per fidem debet ad intellectum proficere, non per intellectum ad fidem accedere: aut si intelligere non valet, à fide recedere. Sed cum ad intellectum valere pertingere, delectatur: cum verò nequit, quod capere non potest, veneratur. Has autem nostras litteras ad prædictum Conciliū à vestra sanctitate portari: aut si fortè non iueritis, per aliquem de vestris literatum mitti deponco. Quæ, si ratio nominis mei exegerit, in totius Conuentus audientia legantur: sin autem non erit opus vt legantur. Valete.

ANNOTATIONES IN EPISTOTAM XLI.

Conciliū (A) à venerabili. Huius Concilij Cruxus non enim t. Anselmus cap. 1. libr. de incarnatione Verbi. Archiepiscopi etiam, ad quem extat 13. Inonis Car. orensis epistola, vbi (sicut & in Praefatione libr. Anselm. de incarnatione Verbi) vocatur Rainaldus: sed purius Rainoldus dixeris: Sic enim legi in Tabulis Rheimens. Archiepisc. apud Democh. r. & in Priuilegio quod ipse anno sui Pontificatus tertio, contulit Theodorico secundo Abbati S. Huberti Ar. annensis.

Archiepiscopum (B) quidem Lanfrancum vita eius multis religiosis nota, &c. Nescio qua fronte hic nebulo (Roscelinum dico) ausus sit Lanfrancum,

cum virum alioquin integerrimum, ne leuissimè quidem suspectum haresens, imò hereseon hostem infestissimum, tam grauis insinula erroris. Verum, ecquid nō audeat in viros sanctissimos, si cum ipso Deo gygantum more bellare non dubitet? Licet autem in fide & auctoritate Anselmi satis apud omnes Catholicos purgent Magistrum de obiecto crimine, gratior tamen potentio quod fuerit purgatio ex eiusdem verbis Lanfranci elicitur, quam prestabimus, prius posita Roscelini conclusionem, qua sic Anselmus refert: Roscelinus Clericus dicit in Deo tres personas, esse tres res ab inuicem separatas, sicut sunt tres Angeli: Ita tamen ut vna sit voluntas & potestas: aut Patrem & Spiritum sanctum esse incarnatum, & tres Deos verè dici posse, si vltus admitteret. Lanfranci, verba hinc ad Rinaldum Pictauiensem scribens sic potuit impiè Roscelini conclusio deiici. Dominus Iesus Christus in eadem persona verus homo, & verus Deus: secundum humanitatem quidem esuriuit, sitiuit, cæterasque humanæ naturæ infirmitates assumendo hominè præter peccatum assumpsit: secundum diuinitatem verò, qua Patri & Spiritui sancto per omnia equalis est, nihil horum sustinuit. Et post pauca: Vnigenitus Patris ita in mundum venit, ut tamen à paterno sinu nunquam discederet. Et post pauca: Hoc locutionis modo superius dictum est: quia homini assumpto à filio Dei ictus & vulnera impetū passionis afferrent. Tertioque: Alioqui si præfatus Doctor (D. Hilarius Pictauiensem intelligit, quem purgat à Gatanismo per Berengarium Sacramentarium congesto in eamdem Hilarium) contra omnium Sanctorum Patrum definitionem, carnem insensibilem & doloris expertem intelligi voluisset, assumptum à filio Dei hominem, similem nobis hominem, in prædicta sententia minimè retulisset. Lanfrancus autem, cum dicit his in locis Christum in eadem persona hominem verum Deumque, verum: ei quoque soli tribuat humanam naturam assumptionem manifestè refertur, solum Christum fuisse incarnatum: seu & cum dicit in eadem persona, verum fuisse Deum, a secundum diuinitatem fuisse per omnia equalis Patri & Spiritui sancto non obscure docet, minime duci posse res deos. Et nam cum numeri ad significationem in terram multipliciter atque in instituta vbi quidam vnicum repereris, otiosa prorsus erit multiplicatio: At Christus à Lanfranco secundum diuinitatem per omnia equalis Patri & Spiritui sancto hoc est, prorsus idem creditur, & est iuxta symbolum athenasium, Qualis pater talis filius, talis Spiritus sanctus. Naturam igitur numero eandem Roscelinus impiè ac iniquè distinxit calculus. Extremum quoque officium Lanfranci, dicentis, vnigenitum Patris in mundum venisse, ut tamen à Patre non sine nunquam discesserit, plane demonstrat, inseparabilem & diuinarum naturarum connexionem. Quod non ab alio nunquam separatur, quis nisi amens dicit separatum? Vt in superiorum nostrorum diligentia consuluisset eiusdem Lanfranci Commentarius, in epistola Pauli recensitis à Petro Christiano anno Beccesi monacho in indulo Bibliotheca Beccensis, anno 1483 ut legitur in Bibliotheca Beccensis. Hinc enim multò plura promptissimè testimonia, quibus Roscelinum vix postularemus Stultitiam.

Ab hoc crimine satis excusant, & absentia, & mors eius. Non quilibet mors excusat, sed ea optissimum, quam nullus præter hereseos sinister rumor, ut de Lanfranco paulò ante Anselmum testificatus est. Mors autem eius incit in annum Christi 1089. sui Pontificatus vndicesimum. Willelmo cognomento Rufi, Anglorum Regis tertium, testibus Henrico Hunfridon. l. 7. Mattheo Westmonasterii in flor. hist. Rog. in Honed. in Annal. &

Archiepiscopi Cantuariensis. Tabulis MS. in nostrà Bibliotheca, his verbis: Anno tertio Guilhelmi Rufi, Regis Anglorum, Lanfrancus Cantuariensis Metropolitans Archiepiscopus defunctus, in Basilica Sanctæ Trinitatis (quam ipse mirifico opere construxerat) ante Crucifixum sepultus est. Sedit annis nouem, & vacauit sedes annis quinque. Gemma sacerdotum, & flos monachorum Lanfrancus Cantuariorum Archiepiscopus v. calend. Iunii obiit in Anglia. De isto venerabili Patre multa loquitur (qua literis dedit Gilbertus Crispinus Herlemi Lanfrancique contemporaneus & Beccensis monachus) in gestis sanctæ memoriæ Herluini Abbatis, ac Anselmi eius successoris: & in gestis Normannorum. Sic tabula MS. de Lanfranco.

Porò Scriptores nec conueniunt de mense obitus, nec die. Nam Rogerus Honed. priori parte annalium Flor. Wigorniensis in Chronic. numerant 9. Cal. Iun. Matr. Westmonast. 9. Cal. Apr. l. Matr. Parkerus in antiqui. Eccles. Bri. an. 4. Iun. Petrus Equilin. l. 6. catalog. c. 47. 5. Non Iul. Balus cent. 13. Script. Britan. 5. Cal. Iul. Tabula Cantuar. & Chron. Becc. MS. Cal. Iun. Si forsitan quis me causificetur scrupulosior in aut orosior ephemeridibus, non sibi maxime prosequendum. suisque scrupulis (si vrgatur aliquot) occurrere me. Ex his enim, quanquam dissentaneis ephemeridibus magis consentaneam potest colligere supputationem, scilicet mensem Iunium Lanfranci d. sancti. Item. Nec in incrimini anni discrepantiam habent auctores: ex quibus superiores verius sententiam scribunt, horumque sententia suffragatur tempus vntionis, scilicet annus 1070. quem narrant Willelmus Malmesberiensis l. 1. de g. St. Pont. angl. Roger. Honed. in eadem, Matb. Paris in hist. maiore. & narratio elect. vntionis, Lanfranci de ser. pra. in lumine suarum & istolar. m. Cat. ri, qui eius mortem referunt, ad annum 1090. ut Wigorniensis & Georgius Lilius in Chron. Anglor. Rogum, & cent. eius ordinationem anno 171. sicut & Cantuariensis. Tabula Lilius, in hoc consensit. n. a. quod dicant. archiepiscopatum vacasse annis quatuor. Tamen in hoc omnes conueniunt, non in Lanfrancum sedisse annis vnde viginti, licet, ut præmonui, sit multò verior sententia Malmesberiensis, qui flaccescente Lanfranco florebat. Nam & idem gubernata ecclesia Cantuariensis tempus, & cessationis seruat, annos plures quatuor conueniens reliquit annum mortis Lanfranci & Anselmi in eius locum subdit. inchoatū aliquot mensibus, sum t pro ex ipis illo significat. tribus eiusdem verbis plus quatuor: uti verè quæ hunc annum postea numerare quia Anselmus electus Martio mense anni 1093. s. se per gimen pridie Non. Dec. cum sacro delibutus oleo, & pontificis adornatus est insignibus. Si quis ergo annum 1070 sui parte maiore inceptum (vixote perductum ad Septembrem, quo fuit consecratus Lanfrancus) dica eum obiisse anno 1089. aliàs, 1090. Neudrigensis l. 1. verum anglica um c. 2. opentur Lanfrancum obiisse diem anno 1087. Contra, aut horum memorialis historiam, vir a loqui diligentissimus, anno 1096.

Sed cum priora, qua in connexo sunt, necessaria sint sum: etiam, qua consequuntur, necesse sunt. Voluerit anno parca e, foret religio: Aut enim lib. 3. Comment. tit. de Gallia Narbonensi sub finem Lanfrancum Honorio Tertio Papa egisse Ludimastrium. Post a tam n lib. 22. notat Honorio Tertio successisse Innocentium Tertium, i. e. anno 1116. Sed & nsi asibit Anselm. nostrum aucturisse Lanfrancum: Iu tamen el. raijs. anno 1058. obseru. lib. 13. eorundem Comment.

Nunc historia diffensione diiudicatur, prosequamur restant in Tabula Cantuariensibus notata de Lanfranci obitu. Multa, inquit, tupe, illum Cantuariensis

Pro seu proſa prompſerunt: multa quoque Beccenſes, quos ipſe docuerat, aliique ſophiſtæ de chariſſimatis, illi diuinitus datis, ediderunt.

Archiepiſcopus non diuitias nec honores,
Lanfrancus ſubiit, ſed curas atq; labores:
Natus in Italia, Papienſi de regione,
Ciuibus egregiis, & honeſta conditione.
Monachus atq; Prior fuit, hinc Cadomenſis
Abbas, poſt Preſul primatus Cantuarienſis.
Totius Anglorum fuit Eccleſiæ reparator,
Et Northmannorum nihilominus auxiliator.
Huius doctrinam pars maxima ſenſerat orbis.
Et commune fuit viduis ſolamen, & orbis,
Claudis, contractis, leproſis; dæmoniis,
Surdis & cæcis, necnon etiam vitioſis,
Poſt exhortamen, non ſpreuit ferre iuuamen.
Sed dū vixit erat ſpes omnibus atq; leuamen.
Et quamuis epulæ cum potu delicioſa,
Et veſtes fuerint ſibi molles & prætioſa:
Ipſe tamen ſemp̄ tectus fuit aſperitatis
Amictu; de vili viuens & paupere victu:
Verus iuſtitia, non falſus in ordine cultor,
Nequitiaq; fuit reſtiſſimus & pius vltor:
Aſper in elatos, nulli pro munere ſupplex,
Innocuiſq; bonis, & nullo tempore duplex.
Caſtis & inceſtis parcendo ſubueniebat:
Iuſtos & iniuſtos tolerando corripiebat,
Sic ſe conſeruans Domino p̄ cuncta placebat,
Sic alios curans paſtoris opus faciebat.
Hic vir tam ſapiens, & in hoc luctamine fortis,
Non potuit tandem laqueos euadere mortis.
Et gens Anglorum quantos amiſit honores!
Quo gemitu Clero, quo ſletu monachus orat!
Et quantus dolor eſt, quo ſexus vterq; laborat!
Si quis confidit ſe totum dicere poſſe,
Hunc ego confirmo, ſe totum dicere noſſe:
Et qui Lanfranco ſe iudicat æquiparandum,
Illum iure facit p̄ſumptio vituperandum.
Sole ſub vndecima geminos ſubeunte dieta,
Felicis vitæ ibi ponitur vltima meta.
Rex æterne Deus, regum rerumq; creator,
Sis ſibi perpetuus deſenſor & auxiliator:
Virgo Redemptoris mundi ſanctiſſima mater
Illum conſerua, ne ſpiritus noceat acer.
Omnes electi precibus meritiſq; iuuate
Lanfrancum veſtris: pro nobis conſociate.
Vos quoq; qui vitam gratatèr adhuc retinetis,
Et ſpem futura, donec ſuperetiſ, habeis:
Hortor & admonco, q̄ eidem ſubueniatis.
Vt quod feceritis, poſt mortem percipiatis.
Nam qui p̄pter eum ſupplex & ſedulus orat;
Pro ſemet ſupplex & ſedulus ipſe laborat.

Beccenſis autem Anſelmus ſupradictam compatriotæ ſui memoriam heroico carmine volumini lachrymabiliter indidit. *Huc ſq; Victorianus Codex, & Beccenſ. MS. Quibus, ſi plura quis deſideret, adeat Malinesberienſem, Gemmaticenſem, Rogerium Honedeſium, Matthæum Paris, Thomam Walsinghamum in Hypodymate Neuftrie ad annum 1071. Florentium Wigornienſem in Chron. Vincentium Beluacenſem Speculi hiſtor. l. 26. c. 36. 37. & 43.*

Hic colleſtaneis ſunerariis adiunxi nouiſimum illud, quod, eſi Lanfranco ſuperſtiti contigerit, tamen quia ſic fuit tectum, vt ſola mors eius deſererit, vobis reo hic tantū reteximus: Beccenſe verò Chronicum MS. ſuppedi auit in hæc verba.

Reuerendiſſimo Patri Wilhelmo, & cunctæ Congregationi Sanctæ Mariæ Beccenſis, Frater Wilhelmus Abbas Cormelienſis veſtræ pietatis alumnus.

Rem, Domini & Fratres chariſſimi, nulli (vt reor) mortalium, niſi ſoli mihi cognitam, refero vobis de venerabili Patre Herluino, atq; eius Priore Lanfranco, quam ipſe Lanfrancus proprio ore ſingulariter mihi retulit, & vt nemini dicerem, quoad ipſe viueret, penitus interdixit. Cuius interdictum hæcenus cuſtodiens, nunc tandem ſecurus enuncio, cum iam me nulla cohibet interdictio. Huius autem enunciationis ipſam Veritatem, Deum videlicet, inuoco teſtem; quem ſcio mendaciloquorum omnium eſſe perditorem: dicit enim Pſalmus: *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Hic igitur Lanfrancus tempore predicandi Herluini Patris, conuerſionis gratia Beccum humillimè ſuſcepit, ſuſceptum ſtrenuiſſimè vſque ad finem vitæ gratia diuina ſe protegente ſeruauit. Erat tunc Beccus ædificiis paruus, pauper fortuna, pauperior religionis norma. Pater quidem præfatus Dei amore pollebat, ſed fratrum vtilium conſolatione carebat. Verum, ſecundum quod ſcriptum eſt: *Lacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe enutriet te;* cum aſſiduus Dei clementiam ipſe execraret precibus, quatenus ſibi talè virum dirigeret, cuius ſolatio foueretur, conſilio animaretur, adiutorio ſuſtenteretur: Lanfrancum liberalium artium eruditione peritum, morum probitate conſpicuum, ratione diuinà ſuſcultum, diſcretionis virtute ſubnixum; ei direxit, qui ſibi ad omnia vtilis, ad cuncta, quæ piè volebat, accommodus fuit. Nam ipſius bonitate atq; induſtria, doctrina atque efficacia iſtud Cænobium, vt cunctis notum eſt, ſuperna pietas ſacræ religionis ordine informauit, multis honoribus, terris & prædiis ampliauit, pluribus etiam perſonis nobilibus atque honeſtis, ad laudem & gloriam nominis ſui ſublimauit. Sed ad rei relationem, cuius occasione iſta prælibaui, pertingam. Cernens Lanfrancus fratrum inertiam, morum prauitatem, ordinis tranſgreſſionem, conuiciens etiam aliquos ſibi inuidere, qui ſibi metuebant, eum proficiendum fore: Ignorabat, quid ageret, quò ſe conferret, tædebat eum conuerſationis inhoneſtæ, inhiabat ardentèr ad ſolitaria dulcedinem vitæ. Simulata igitur infirmitate, Fulcrannum hortulanum rogauit, vt ei quotidie afferret radices quorundam carduorum, quos ſibi aſſerebat afferre ſolutionis remedium. Hoc autem faciebat, vt corpus ſuum aſſuefaceret tali edulio, quaſi diſponebat viuere in eremo. Cum ergo iam corpus & animum præpararet ad fugam nocturnæ elapſionis, Domino Herluino Abbati nihil de hac re ſuſpicanti, dum in lecto quieſceret, egregia indolis Hugo puer, qui nuperrimè obierat, in veſte candida apparuit filius Baldrici de Auueruilla, nepos eiſdem Abbatis. Cuius aſpectu in nullo turbatus, amabiliter ſic eum abbas aſſatit: *Quid eſt fili? quomodo te habes? Et puer alacriter. Ego pater benè habeo; quia per Dei miſericordiam & per tuam interceſſionem, liberatus ſum ab omni tormento: ſed DEVS miſit me ad te, vt dicam tibi, quia, ſi tibi non proſpexeris, Magiſtrum Lanfrancum non habebis. Abbas admiratus: Quomodo, inquit, fili? Puer ad hæc: Quia vitam ſolitariam deſiderat; & de monaſterio egredi deliberat. Nam*

more

mores fratrum & vita non sibi placent: Vide ergo quid facias, quia tibi non expedit. His dictis puer disparuit. Abbas attonitus in his quae audierat, reliquum noctis vigiliis & orationibus infomne peregit. Summo a mane mox ut hora loquendi se dedit, Lanfrancum ascivit, secum singulariter sedere fecit. Cor Abbatis intimo dolore cruciatur, vox intra fauces premitur, lachrymae vberimè erumpentes dolorem cordis aperunt. Lanfrancus hæc videns, in terram prosternens se, cur Abbas sic plorat aperiri sibi suppliciter precatur. Tandem Abbas in hæc verba prorupit: Heu mihi, cui tale damnum minatur Deus! Vae mihi! qui meum consilium perdidisti, meum auxilium amisisti, multotiens per magnos gemitus Deum rogavi, vberimè lacrymis diuinæ supplicavi misericordiae, ut talem præstaret mihi virum, cuius consilio & auxilio locum istum emendarem, & quæ essent Deo placita monachorum vobis instaurarem. Et quando Frater Lanfrance, huc te Deus adduxit, pces meae humilitatis exauditâs credidi. Ego in te onus meum transfere cogitabam: Ego te totius oneris mei sarcinam supportaturum sperabam. Nunc autem (nescio qua de causa) hinc discedere me derelicto satagis, & ad deserta pergere cupis. Lanfrancus intelligens, voluntatem suam detectam, & propositum cordis sui, quod occultum putabat, euidenter palatum, Abbatis pedibus illico aduoluit, & qualiter sibi innotuissent talia, humiliter sciscitatur. Tunc ei Abbas blanda voce visionem aperuit, & quid sibi diuinitus per puerum reuelatum sit, sicut supra reteximus, explicat. Lanfrancus obstupescens, & Dei gratiam in Abbate vehementer admiratus, humique prostratus, per confessionem patri protinus, quicquid in voluntate habuerat, corde compunctus exposuit: poenitentiaque accepta & absolutione impetrata, spondit, se nunquam ab ipso discessurum, eiusque præceptis per omnia obtemperaturum. Abbas ingentes omnipotenti Deo gratias referens, quod citius potuit, Lanfrancum Priorem constituit, & quicquid diuini monasterii subiacebat intus & exterius, ipsius cura commisit. Quos ita unanimiter esse tribuit diuina protectio, ut nulla inter eos unquam fuerit orta dissensionis occasio. Hanc visionem Lanfrancus nec volens propalare, nec animo occultare, indicauit illam cuidam monacho nomine Guilhelmo, quem a puero nutrierat & docuerat, plurimumque amabat, præcipiens, ne alicui diceret, quamdiu ipse in corpore viueret. Quod ille seruauit usque ad ultimam senectutem. Post mortem vero Lanfranci, cum iam nulla prohibitione vigeretur, scripsit rem sicut audierat, & abbatibus monachisque Becci, prout supra digessimus, dixit. Hucusque Guilhelmi epistola cuius summarium Biographus Beccensis in eiusdem Lanfranci vitam consulerat, ex qua unicum illud idque superius amissum, nempe, quod cum Cantuariensis Basilica ab ipso Lanfranco primum inchoata, tandem ad umbilicum pertinet à Guilhelmo Garboliesi tertio post ipsam Archiepiscopo foret sacrandâ, pro more vniuersi inhumatorum cineres elati fuerunt, tumque monachus aliquis præcidit casule Lanfranci parti ulam, quæ cunctos offuscantes fragrantissimo affluat odore.

) 2 (

EPISTOLA XLII.

FRATER ANSELMVS, QVAMVIS indignus tamen Abbas monasterii Beccensis, fratris Lanfranco monacho eiusdem Cœnobii declinare à malo, & facere bonum.

Hic est Lanfrancus Archiepiscopi Lanfranci nepos, de quo creberrimè lib. 1. epist. De monacho, contra voluntatem consiliumque sui Præpositi in Abbatem designato.

Ego frater Anselmus in Deum dilector tuus, & fidelis Consiliarius tuus, diuina dispositione & tua electione Abbas tuus, tibi, frater Lanfrance, in nomine Domini nostri Iesu Christi moneo, consulo & præcipio; ut plusquam bis aut ter intente perlegas hanc fidelem epistolam meam, & intra cor tuum assistens coram districto iudice, in cuius conspectu semper es, pertractes verba, & consilium meum. Quod si aliquo modo factum fuerit, ut alius illam te non habente aut legere non lente, legat; adiuro eum per omnipotentem Deum ut non subtrahat animam tuam salubre consilium: sed hanc præmissam meam iussionem tibi aut audienti aut legenti aperiat, & ipsam epistolam totam tibi legendam exhibeat: quod si facere noluerit, peccatum tuum ab illo requirat Deus, ita ut nulla sit excusatio in die reuelationis iusti iudicii Dei. Antequam donum Abbatis acciperes, dicebam tibi & aliis, secretè & publicè, corde & ore, me nolle ut acciperes: non approbare, non consilium, nunquam me esse præcepturum; & si sine iussione mea acciperes, nunquam te benedictionem Abbatis ab illo Episcopo, meo assensu, esse accepturum. Et tamen, nescio quo superno iudicio celabatur mihi, quid sensatus eram, cum idem donum acciperes. Sed postquam factum est, subito se ingessit cordi meo graue pondus rei, & aperuit se terribile iudicium Dei: (a) *Audiuisti & conturbatus est ventrem tuum; Considerasti & expandisti.* Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea. Sensi rem detestabilem esse coram Deo & coram omnibus illuminatis ab eo. Unde (quod tristis dico) tu primum, & per te totus noster ordo & maximè dolens & erubescens ego pater tuus, & mater tua Ecclesia nostra (b) *facti sumus opprobrium vicinis nostris: subornatio est in his, qui in circuitu nostro sunt: & omnibus audientibus factus es exemplum dedecorandi & destruendi Ecclesiam Dei, cuius rei te fecisti principium, & principem nostris temporibus in hac patria. Sustine me sic grauer loquentem, fili, quia non me impellit furor ex odio, sed cogit me dolor ex amore.* Desiderat enim tristis frater subuenire pereunti fratri suo: festinat tremens pastor eruere de faucibus leonis ouem tremendi Domini sui. Prosequitur dolens Pater, ut reuocet in infernum properantem dolendum filium suum. Redi ergo, redi ad cor: tuum discute factum, & concute mentem tuam. Reprobasti consilium æternum, & tenuisti consilium reprobum. Nam (c) *Domini reprobant consilia Principum, consilium autem Domini manet in æternum.* Non enim te facit Abbatem Christus veritatis, sed tua cupiditas; & eorum, qui non percipiunt quæ Dei sunt, temeritas. Memento (d) *quia qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro: fur non venit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat: filii autem, non intrant per ostium, quia non intrant per Christum*

bis Domini
Norman
nus vocabatur
Robertus
Rufi Reg. An
glor. frater.
c De quo in
iust. proxim.
d Iacob. 1.

Att. 24.
li. Cor. 10.

a. 2. bat. 3.

b. 2. 2. m. 7.

g. 1. 2. d. 2.

c. Psalm. 37.

d. 10. m. 10.

Christum. Non intrasti per Christum, quia non per veritatem: Non per veritatem, quia non per rectitudinem. Non enim intrat monachus in Abbatiam per rectitudinem, qui non intrat per regularem electionem & per obedientiam. Non te excuses. Dices mihi: non intraui per inobedientiam, quia non prohibuisti. Sufficit ad remouendam rectitudinem quia non per obedientiam introisti. Verum est, quia non dixi prohibeo, aut precipio ne facias: Videbam enim intelligenti sufficere, quia incessanter dicebam. Non vult, non approbat eorum meum, non consulit, non precipit nec precipiet os meum. Si acceperis sine mea iussione Abbatiam, nunquam habebis ab Archiepiscopo benedictionem. Non enim debet monachus expectare oris imperium, si non vult voluntatem Abbatis sui, aut consilium. Si ergo non intrasti per ostium, graue mihi est dicere: sed tu considera & intellige, quem te nominet veritas, ad quid te venisse testetur.

EPISTOLA XLIII.

DOMINIS ET FRATRIBVS CHARISSIMIS, Domino Gualtero, Priori Monasterii S. (A) Vuandregisili, & aliis monachis eiusdem monasterii, qui cum eo sunt: Frater Anselmus post presentem tribulationem, temporalem & aeternam consolationem.

Afflictorum Mona. horum dolorem lenit.

Dominus (b) Normannus petiit a me ex vestra parte, ut dilectioni vestrae aliquam scriberem consolationem, & nostram ostenderem de Lanfranco (c) voluntatem. De consolatione quidem hoc mihi scribere pro temporis breuitate sufficit, quod S. Scriptura dicit: *Omne (d) gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: scientes, quod probatio fidei vestrae patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet.* Et alibi: *Operet (e) nos per multas tribulationes introire in regnum Dei.* Et: *Fidelis (f) Deus, qui non patietur vos tentari super id quod ferre potestis: sed facta ier etiam cum tentatione prouenit, ut sustinere possitis.* Cum ergo ex tribulatione tot nobis bona veraciter permittantur; nec frangi, nec desperare, nec a bono proposito villo modo deficere pro vlla tribulatione debemus: sed tanto magis in proposito bonae voluntatis secundum multitudinem grani sinapis feruere: quanto magis tribulationum atterimus. Confidite ergo quia annuente Deo post tribulationem laetitia consequetur. Si quis a: ex vobis in hac tribulatione defecerit, dicite: (g) *De nobis exiit, sed non erat ex nobis;* quia non erat nobiscum radicans. De voluntate autem nostra hoc mens nostra dicit & lingua; quia si olim venissem & praecipissem, ut Lanfrancus esset Abbas vester, quod certe non feci: tam crudelem se super vos ostendit, ut iam nec velle possem; valete.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM XLIII.

Sancti (A) Vuandregisili. Id Cenobij sic ab eius Conditore etiam nunc dicitur, vulgo S. Vuandregis, decem circiter a Rotomago millibus. Alias dicitur Fontanelle in vita S. Andreni; vel Fontonella apud Gemmet. lib. 7 Ducum Norman. c. 23. id est, ob fontem iuxta scaturientem. Euersum illud a Normannis, excitauit Ricardus 2. Dux Norman. Gemmet sup. c. 22. Extructum est id Cenobij ab ipso met Vuandregisilo, decimo a Rotomago lapide.

EPISTOLA XLIV.

DOMINO ET PATRI ABBATI Reuerendo Gisleberto, eiusque Sanctitati commissis Dominis & Fratribus, in Cadomenli Cenobio commanentibus. Frater Anselmus, quod seruus fidelis & Frater.

Fuit ille Gislebertus 3. Abbas S. Stephani Cadomenfis ut notauimus ad epist. 33. sup. De molestissima Anselmi febre.

Postquam a vestra desiderata praesentia nuper vi, quam scitis, abstractus recessi: Beccum ante festiuitatem S. Benedicti ob multa impedimenta videre non potui. Intra quod spatium, cum multis curis & doloribus corporeis affectus essem in Francia; insuper febris subito irruit in me, ferociter comminans, me non amplius vos, aliosque Dominos nostros Beccenses, visurum: multumque exterritas bis ausa est tangere seruum vestrum: Sed cum videret me intencissimè meditare, ut ad vos & quoscunque possem, mitterem pro auxilio, & succursu orationum, exterrita fugit exterritum. Sed illud tantillum, quod habebam saporis edendi & dormiendi & vitium corporis, auida nocendi accelerando rapuit, & secum tulit. Tanta igitur eius haec mancipia, fastidium scilicet & insomnium, & horum sociam imbecillitatem (quae eius semper sequi solent tetra vestigia) a me dum expellere possum. Haec idcirco mando vestrae charitati, quia statum meae paruitatis semper vobis notum esse volo: & ad ipsum velle non ignoro. Scitote, quia donec vos videam, semper me debitorè ad vos veniendi cognosco. Iuuate ergo me vestris orationibus, ut secundum votum meum possim soluere debitum meum: valete nunc & semper.

EPISTOLA XLV.

DOMINIS ET AMICIS ET FRATRIBUS CHARISSIMIS, Dn. Priori Henrico, & aliis, in Cantuariensi Cenobio Christi Ecclesiae seruis Dei commanentibus: Frater Anselmus in sanctae vitae proposito semper ad meliora proficere & nunquam deficere.

Hic Henricus antea Beccensis fuit ac monachus, & a Gilberto Crispino in vita Herluini protoconobiarcho Beccensis, recensetur inter viros illustres, quos Herluino superstitè ad Cenobia ecclesiarum moderandas fuerat acciti. De monacho refuga, cuius est in votis redire ad ouile, & pecuniam mutuatam soluere.

Moses charissimus frater noster, qui claustrum sanctae conuersationis vestrae sua iuuenili leuitate & aliena deceptus fraude deseruit, utpote filius Euae matris nostrae, quae in paradyso decepta, paradyssi amantate caruit, superno protegente respectu nec (a) dissipauit substantiam suam cum meretricibus; nec in media coactus, panit porcos extraneos, nec desiderauit saturari siliquis quas porci manducant: sed nondum exhausta mentis fatietate, quam de spiritali menta vestra acceperat, ad nostrum monasterium, quasi ad nostrum portum post multos inuidani maris discursus, tandem applicuit. Qui, quamuis ob reatus sui conscientiam, seueritatem iustitiae sibi timeat; Apосто-

Accommodat parabolan Luca 15.

lo di-

bis Domini Normannus vocabatur Robertus Rex Reg. Anglorum frater. c. De quo in epist. proxim. d. Jacob. 1.

c. All. 24. li. Cor. 10.

3. Joan. 2.

Psalms. 31.

1. Joan. 10.

Epist.

lo dicente: *(b)* nemo unquam carnem suam od o habuit: tamen intra gregem, in quo lactatus & nutritus est, omni modo recolligi cupit. Et quoniam non se dignum vocari filium, aut fratrem iam iudicat, saltem fieri se sicut unum de mercenariis vestris tantum inter vos esse mereatur, desiderat: famulo quoque suo, quem ipse ad consensum & obsequium sui delicti attraxit, tanto magis quam carni suae timet; quanto si ille aliqua vindicta puniatur iusto iudicio, ab anima sua exigendum videt. De pecunia etiam aliena sub pacto redditionis accepta, quam incaute per alienam fallaciam expedit, ita sollicitus est, ut nisi per largitatis vestre auxilium & per licentiam ut vnde cumque poterit se adiuvati postulet, ab eo debito contigerit, eum exonerari nunquam speret cor suum ex hac verecundia posse consolari: Sed quoniam ad tot & tantas res preces suas considerat nec posse nec debere sufficere; me servum vestrum, quoniam nec fidelio-rem vobis, nec quem magis confidat a vobis aliquid posse impetrare ad praesens habet, pro se rogat intercedere. Verum cum nulla maior sit intercessio, quam pellis pro pelle, animae pro anima positio, dicente Domino: *(c)* maiorem dilectionem nemo habet, quam ut animam ponat quis pro amicis suis. Dominum Moysen a planta pedis usque ad verticem in circuitu pelle servi vestri fratris Anselmi indutum, & os eius os meum esse vestra sciat dilectio. Si quis ergo vestrum est, in quem aliquando sponte peccavi, primus in illo pro praedicta culpa pellem meam percutiat, & os meum a cibo prohibeat. Post hanc vero culpam, pellem meam fratri Moysi studio summe commendo, sicut suam diligit ad custodiendum: vobis a. non a Deo ad parcendum. Nam si eius culpa pellis mea laesa, aut gravius excussa fuerit, ab illo exigam: si quis a. ei pepercerit, illi gratias agam. De famulo v. eius, scitote, quia aliam pellem non habeo, quoniam salus eius salus mea; anima eius anima mea est. Quoniam a. quid de argento postulat, est ad faciendum facile; non erit, ut puto, apud misericordiam vestram ad impetrandam difficile. De his omnibus antequam incipiat, reddite voluntate vestram per litteras vestras desideramus audire. Non quia ipse recuset, si iubetis, etiam ad tormenta properare: sed quonia cum bona spe latus ad eos, quos desiderat, optat remeare. Valere.

Joan. 13

EPISTOLA XLVI.

DOMINO ET PATRI, AMICO
verissimo, reuerendo Episcopo Gundulfo: Frater
Anselmus in huius vitae perseverare sancti-
tate, in futura manere felicitate.

De eodem refuga.

Si vestrae benevolentiae & vestrorum benefici-
orum in gratiarum actione retributionem esse
sciremus, utique multas pelles ovium gratiarum acti-
onibus implemus. Sed quoniam non in voce ir-
reuerabili, nec in scriptura patribili, sed in aeter-
nae plenitudine felicitatis mercedem vestram no-
uimus consistere: ideoque super sedem per singula
vestra beneficia gratias remittere. Mutuam vero
vestram dilectionem, sicut in vobis manere im-
mutabilem non ignoramus; ita in nobis eam ser-
uare inuolabilem curamus. De F. Moysse Cantu-
ariensi iuvene, qui nunc est in monasterio no-
stro, & vult in Angliam ad suum monasterium

redire, vestram precamur sanctitatem, ut & vos ei
veniam delicti sui propter nostrum amorem, sicut de
vobis confidimus, tribuatis: & ut a Dn. Henrico
Priore, & a tota congregatione benigne excipiat,
efficiatis epistolam, quam de hac re praedicto Pri-
ori & congregationi misimus, placeat vestrae san-
ctitati legere: & secundum quod in illa postulamus,
antequam a nobis F. Moyses proficiscatur, comunem
voluntatem vestre benignitatis per litteras vestro
sigillo signatas, mereamur accipere. Valere.

EPISTOLA XLVII.

DOMINO SERVVS, AMICO
amicus, dilecto dilectus, Domino Abbati
Gisleberto Frater Anselmus sempi-
ternum gaudere.

Iterum ad Abbatem Cadomensem de sua febre.

SI sane, si bene, si prosperè cuncta sunt erga
Dominum Abbatem Gislebertum dilectum
dilectorem meum; verè inde gaudet cor meum,
quia certè sic est desiderium meum. Si dilectionem
& beneficia, quae nobis & nostris rebus impendi-
tis, utique gratiarum magnam actionem in scriptis
& voce exhiberemus, ne deficeret. Sed quoniam
hoc ille facit, de quo nunquam possumus desperare:
sufficere credimus maiores gratias cum semper pro-
mpta voluntate, praesertim cum hoc ipsum non
ignoretis, indefinèter in cordis arca seruare. Scio
quia vestra dilectio quomodo se habeat status no-
ster, desiderat cognoscere: qui, Deo protegente,
secundum modum nostrum, & secundum tem-
poris huius varietatem in cunctis bene esse & pro-
sperè: nisi, quia cum nuper in Francia aliis quibus-
dam affectum laboribus leuis quaedam febris subitò
irruens plus me terruit, quam laesit. Sed cum vi-
deret mentem meam intètissime conuersam, ut ad
amicos nostros pro auxilio mitterem orationum,
exterrita bis tactum fugit exterritum. Vnde aliquan-
diu post passus sum, cum edendi fastidio dormi-
endi difficultatem, & membrorum maiorem im-
becillitatem. Dominos & fratres nostros dilectis-
simos filios vestros, quanta possum deuotione salu-
to; de quorum erga me dulci dilectione re mihi co-
gnita, quoties recogito, exulto. De Ricardo ser-
uiente vestro, qui vos in Angliam secundum iusti-
onem vestram secutus est: vellem vestram, si vo-
bis non displiceret, benignitatem rogare, quonia
quem Deus suo iudicio ab impactu crimine ex-
cusauit, si ipse ab incepto fidelis seruitio non defi-
cit; iam nihil est, quod bonae vestrae voluntati, quam
de eo incepistis, debeat obuiare. Iustus n. est, &
plus decet honestatis vestrae auctoritatem, ut ve-
stra constantia cuiuslibet peruersitatis impetus cir-
ca illum repellat, quam ut aliena non laudabilis perti-
nacia laudabilem intentionem benevolentiae ve-
strae reflectat: valeat semper dulcis mihi vestra di-
lectio.

EPISTOLA XLVIII.

DOMINO ET FRATRI DVLCIS-
simo Gualtero: Frater Anselmus Abbas
Becci salutem.

*Laicum ex nter conuersum, in spiritu lenitatis in-
struendum est.*

Dominus Robertus de *(a)* Briodna gratias
magnas agit vobis pro benignitate, quam illi
supra qua sperare unquam potuit, exhiberis: & cum

*a Briodna
vel Briodna
est villa alte-
ro militario
posita a Bec-
co.*

*b Marc. 12.
Esai. 42.
Luce. 5.*

*c Ephes. 4.
1. Cor. 6.*

*Huius me-
moris Ioan-
nis Molanus
in indiculo
sanctorum
Belgii. Eccle-
siam autem
illam mona-
chis ereptam
video, & ca-
nonicis regu-
laribus data.
Nam in Ne-
rolug. nostro
s. Idus Febr.
legi, Ioanem
Calleorum
Theol. Paris.
Canonis
nostrum
usdem fuis-
se Abbatem.*

gratiarum actione testis vobis est, quia & ab ipso & ab aliis propter eum multa molesta passi estis: Unde ego cum amore gratias ago, & cum gratiarum actione laudo, & laudando propter discretionem vestram: ut memineris, quia (b) calamus quassatus non est conterendus: & (c) quia sani non egent medico, sed qui male habent, in hoc quod incepit perseveret. Sperandum non est, quoniam, qui per vestram tolerantiam iam aliquatenus misericordia Dei efficiente profecit: si in eo incepistis, perseveraveritis, per eandem Dei misericordiam ad maiora proficiet. Nam hoc ipsum magnam signum est profectus eius; quia illi, per quem se profecisse cognoscit, multum commendari per me amicum vestrum desiderat, non ut vitiis suis consentiat, sed ut infirmitati eius, ut ab illis paulatim sicut ager levetur, descendat. Nondum non audeo promittere, se mores suos, in quibus aliter quam expediat, nutritus est, in proximo penitus deserturum: sed cum voluntate & desiderio promittit, quotiens ceciderit, se Deo adiuvante per vestrum auxilium & consilium, & per vestras orationes resurrecturum, & quandoque in bonis moribus constanter staturum. Salutate Dominos & fratres nostros vestre congregationis monachos ex nostra parte: Quos rogo ut fidelis & amicus, quatenus (d) solliciti sint servare unitatem spiritus in vinculo pacis, si (e) templum volunt esse spiritus sancti: qui, sicut scindi non potest, ita in discordia habitare non potest: Valete.

EPISTOLA XLIX.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Morinorum Episcopo Girardo: Frater Anselmus dictus Abbas Becci, quod suus.

Per antiqua est Morinorum appellatio, nota Casari, Mela, Virgil. (extremisq; hominum Morum) in extremis vers. 8. AENEID. Straboni: quos tamen dicimus Tarauanenses.

Ut Beccensis monachus vivat quietius Episcopi Tarauanensis opt.

MULTA propter necessitatem rei dicere expediret, at propter multa mihi non licet. Breui igitur alloquio & magno affectu vestram deprecor paternam pietatem, ut & vos faciatis, & Domino nostro Rhomeensi Archiepiscopo, ex vestra & nostra parte persuadeatis, quod ad prudentiam vestram pertinet discretionem, quatenus hic frater noster diutius frustra non vexetur, nec ad Ecclesiam S. (a) Vulmari, eius occasione, convenienti consilio, & ordinatione priuetur. Impossibile non est, eum amplius in eadem ecclesia, ob multa, quam longum est narrare, in pace consistere; aut aliquam utilitatem, vel cum nimio labore proficere. Quapropter iterum iterumque precor, ne tantum auctoritatis vestrae ceterum attendatis, ut animam proximi insanabiliter vestro rigore frustra frangatis. Nolite obsecro amplius agnum fugientem ad lupos reducere: nolite oui catulos leonum domandos committere: nolite innocentem & reclamantem in fornacem Chaldeorum ad nullius boni effectum impellere. Permittite ut alius in loco eius constituitur, cuius mens paratior sit interiora & exteriora bella circa praeuos mores tolerare: & qui tentet, quod ipse sese non posse probavit, si quo modo Deo auxiliante possit utiliter cohabitantibus concordare. Quod si vestra sententia aliquid immutabiliter sentierit, quod non optamus, prius in praedicta Ecclesia pace & bonam voluntatem edificare, & sic pacatum & D. Ansel. Tom. 4.

benevolam in domum pacis inter benevolos reuocate. Valete.

EPISTOLA L.

AMICIS AMICVS, DILECTIS DILECTUS, Dño Ioanni & Dño Bosoni: Frater Anselmus huius vitae & futurae inuolabilem letitiam.

De aliquot schedis Anselmi deperditis.

QUAMVIS delectabiles & dulces sint sapientia & dilectio; tamen in huius vitae lubrico generant dolorem & amaritudinem aliquando: quae, quanto veriores & maiores sunt, tanto hoc faciunt rarius, & tanto grauius. Rarius non sapientiores falluntur, sed cum hoc contingit magis laedantur: Et qui verius diligunt, rarius quos diligunt offendunt. Verum quando hoc accidit, grauius se affligunt. Quapropter, cum vos modicum quid incaute fecissetis (si tamen incautum iudicandum est, quod de quaternionibus nostris fecistis) vos tam grauius ferre mandastis, utique non hoc ex consuetudine, nec ex negligentia descendisse, sed ex ea necessitate, quia non est homo, qui non peccet, monstrastis. Unde vos probatis pro certo in cautela prudentiores, & in dilectione feruentiores. Quod, quanto verius intueor, tanto rectius laesionem cordis vestri cor meum laedere debere confiteor. Cum ergo mihi vulnus cordi vestro infixum ob dilectionem meam, quae timuistis vos offendisse, scripsistis: non dissimile vulnus cordi meo infixistis. Quantum non vos dolere studio mei amoris cognouit, tantumque doluistis, recte & ego dolui. Sanate ergo vulnus vestrum ne doleat, sicut vultis sanare meum, ne condoleat. Saluum non est, quod perditum esse timuistis; & habemus, quod in tuto reliquistis. Salutate reuerendum & dilectissimum nobis Dn. Abbatem Rodulfum, & dilectos fratres nostros, sibi commissos. Musicam, quam petiit a Cadomeni Priore, cui eam praestitimus, repetemus; & eam, quanto citius poterimus, vobis mitemus.

EPISTOLA LI.

DESIDERATIS DESIDERATORI- bus suis, Dño Priori Balduino & aliis, qui cum eo sunt, fratribus: F. Anselmus, suus illorum semper bene esse intus & extra.

Ad Priorem Fratresque Beccenses scribit, de diuturniore sui mora in Anglia.

NONDUM vobis possum aliquid mandare, de utilitate nostri itineris in Angliam, quantum pertinet ad nostram Ecclesiam. Differt enim adhuc Rex respondere nostrae petitioni: quamuis (a) ipse & alii Principes Angliae mihi nimis ultra mensuram meam amorem & honorem exhibeant. De incolumitate mea lator praesentium monach. Dni (b) Abbatis Gisleberti, melius quam epistola nostra, docere vos poterit, quem volo ut valde benigne excipiat. Reditum nostrum ante quadragesimam non spero futurum. Mandate mihi literis de his quae circa vos sunt, ea quae scire me debere scitis. Mittite mihi orationem (c) ad S. Nicolaum quam feci, & epistolam quam contra dicta (d) Roscelini

a His subscribitur Edin. l. i. v. i. e. eiusdem Anselmi. b Hic est Gislebertus Abbas Westmonasterii in Anglia. cui scribitur epistol. 16. c Hic oratio, ut plerumque eiusdem Anselmi, nunc primae excusa est.

d Roscelini sit mentio suppresso nomine epistol. 25. nominatim epistol. 42. supra. Hanc autem, quam se in hoc esse fatetur, nullam enumeratarum esse opinor. sed id. de incarnat. verbi, quem cap. 1. eiusdem vocat epistolam.

b March. 12. Esai. 42. i. Lm. 5.

d Ephes. 4. 17. Cor. 6.

a Huius meminit Ioannes Molanus in indiculo sanctorum Belgii. Ecclesiam autem illam monachis ereptam video, ex canonicis regularibus data. Nam in Neptol. nostro s. Idus Febr. legi, Ioanem Calletorum Theol. Paris. nostrum Canonicum in eisdem fuisse Abbatem.

a Briodna vel Brioune est villa altero millario postea a Becco.

scelini facere inchoavi: & si quas de aliis vestris epistolis habet Dn. Mauritius, quas nō misit. Salute matres nostras, dominam Euam, & dominam Basiliam: Valet.

EPISTOLA LII.

DOMINO ET PATRI ABBATI

Ernulfo frater Anselmus, salutem presentis vitæ & futuræ.

Professionem à monacho factam & seruataam, non esse iterum ab eo exigendam.

Dominus Nicolaus frater, vester dixit mihi ex vestra parte, vt vobis consilium nostrum mandarem de eo; quia Episcopus Baiocensis inuitat vos ad benedictionem, quæ vestræ debetur electioni. Sed ego, quicquid inde sentio, iam vestræ dixi præsens dilectioni. Scimus enim, quia semper profiteri ore, & opere exhibere debemus maioribus nostris regularem obedientiam. Quæ scripto repetem, quamdiu eam nō abnegasse cognoscimur; superfluum certè est, quod si quis nos vult cogere, cum ad Abbatiam prælationem promouemur, sine vlla ratione fieri videtur. Cum enim professi sumus confessionem morum nostrorum, utique promissimus obedientiam, non solum Abbatibus, nec solum, quamdiu essemus sub abbate: sed omnibus maioribus nostris, & quamdiu viueremus. Eadem enim regula docet, vt monachus omni obedientia se subdat maiori, & vt ad exemplum Domini obedientiam seruemus vsq; ad mortem. Qui ergo monachicam semel scripsit & legit professionem, si nunquam eam abnegauit, frustra aliquis ab eo aliam exigit: vale.

EPISTOLA LIII.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Archiepisc. Lanfranco Frater Anselmus & tota Beccensis Cœnobii congregatio, quod sui.

De Lanfranco ex dysenteria laborante: vt notat Mal. l. 1 de Po. t. Angl.

DE ægritudine paternæ vestre sanctitatis grauius dolentes, pro salute vestra Deum orare non cessamus: quoniam ægritudinem vestram tribulationem nostram; & salutem vestram, incolumitatem nostram esse putamus: nec solum nobis, sed & matri Ecclesiæ, quantum nomen vestrum extendi potest, vitam vestram necessariam esse intelligimus. Iussio vestra de conductu Longobardorum amodò Deo annuente seruabitur. Dñm Baldunum, quem in Angliam mittimus, p̄ necessitatibus nostis, quas ipse vobis narrare poterit, secundum quod eas cognoscetis, & paternæ vestræ benignitati placebit, vt adiuuetis, sicut mos vester est, supplicamus. Omnipotens Deus dñi nobis & Ecclesiæ suæ vitam vestram in salute & prosperitate, etiam in grata sibi sanctitate conferuet: Amen.

AD LECTOREM.

Forſitan imprudentia me arguet, quod epistolam de Lanfranci ægritudine postposuerim illi, nempe 41. in qua legeris, eum iam iam defunctum. Huius autem mei erroris, quem vt dolens agnosco, sic lacus ignoscas, velim, causa hac fuit, quod eam longe extra suum ordinem nactus sim: nam & ipse scriba immemor easdem epistolas variis in locis descripsit, commiscuit & confudit plurimas. Hinc est, quod huiusmodi transpositionem tantum detexerim in exemplis, qua Bibliopola tyranni exscribens. Licet antea perlegissem omnia, suisq; colis, casis & punctis distinxissem: Vale.



FINIS LIBRI SECVNDI EPISTOLARUM Beati Anselmi.

LIBER

a Scilicet pri die No. Martii, Anno 1093.

b Nota veterem usum a qua Australis in potu fundenda.



LIBER TERTIVS EPI-
STOLARVM D. ANSHELMI
QVAS SCRIPSIT CANTV-
ARIENSIS ARCHIEPI-
SCOPVS.

EPISTOLA I.

SVIS DILECTISSIMIS ET DESI-
deratissimis Dominis fratribus & filiis, seruis Dei
Becci commanentibus: Frater Anselmus post
Deum corde suus illorum, sancti Spiri-
tus semper regi consilio, & con-
solatione gaudere.

*De se licet inuito grauiusq; reluctanti facto Archi-
episcopo.*



VÆCVNQVE scripta, vel dicta,
cōmuniter vel singuli de affectu
cordis vestri mittitis dilectissimo
& desideratissimo vestro: & q̄ nec
lingua potest exprimere nec cala-
mus; omnia expresse & aperte scripta sunt in cor-
de meo. Insuper & multa alia ex affectu & intel-
lectu meo, quę vtinam similiter scripta & expres-
sa essent in corde vestro: Ibi scilicet in intimis
meis, ibi ea lego & relego, voluo & reuoluo sepe
coram Deo. Quod, quo affectu faciam, videt ip-
se intus & foris; testatur lachrymę meę, & vo-
ces, & rugitus à gemitu cordis mei, quales nunq̄
de me vlllo dolore memini exiisse ante diem illā,
in qua (a) fors illa grauis Archiepiscopatus Can-
tuarie visa est, super me cecidisse. Quas voces,
gemitus, vt puto, non simulauerunt confectio-
nes: sed gladii doloris animam meam penetran-
tes extorserunt, & adhuc extorquent confixio-
nes. Quod ignorare nequiuerunt illi, qui ea die
vultum meum inspexerunt, quando me Episco-
pi & Abbates aliiq; primates ad Ecclesiam tra-
hentes, & contradicentem rapuerunt: ita vt du-
bium videri possēt, vtrum sanum insani, an insa-
num traherent sani; nisi quia illi canebant, & ego
magis mortuo quā viuenti colore similis, stu-
pore & dolore pallebam: & illi, qui postea ipsa
die me inuitate lugentem, dolore rationem su-
perante, cum intentē mihi licuit cogitare, & ve-
stram dilectionem, & onus, quod meę imbecili-
tati imponebatur, de longē audientes accurre-
runt, & videntes me, aut animam aut sensum a-
missurum timuerunt; & hoc timore aqua bene-
dicta me aspergentes, eam (b) mihi potandam
D. Ansel. Tom. 4.

porrexerunt. Forsitan mihi erubescendum est,
quia vulnera dolotis, sic animam meam totam
intentam in scissuram sui ab animabus vestris, &
in graue periculum suum superauerunt, & adhuc
sic superant, vt gemitus profundos fluentibus la-
chrymis sepe toleret. Sed certe non erubescō
confiteri, quia timor Dei & charitas hominum,
maximē vestra, sic eam vulnerauerunt, & vulne-
rant. Quę omnia testimonium perhibent consci-
entia meę; quo desiderio, quae procuratio-
ne expectaui celsitudinem, & onus Archiepisco-
patus, & quo gaudio suscipio. Quod si aliqui
de me aliter suspicantur, quā mea de se consci-
entia, coram Deo iudicet: consolatur me, quia
pro minimo mihi debet esse, vt ab illis diudicet,
aut ab humano die. Et quia hanc vitam transi-
turi sumus per infamiam, & bonam famam; &
seductores, & veraces, sicut qui ignoti & cogno-
ti, tantum conscientia mea non me excuset ante
Deum. Huic autē me electioni, immo vi-
olentia, hactenus, quantum potui, seruata veri-
tate reluctatus sum: sed iam velim, nolim cogit-
fateri, quia quotidie iudicia Dei magis ac magis
conatui meo resistunt; vt iam nullo modo vide-
am, me ea posse fugere, nec sine graui malo cor-
porali & spiritali ex vtraque parte: nec sine ira
Dei intentionem conceptam me posse, aut vllum
alium, aliquatenus impedire. Vnde iam non tam
hominum, quā Dei, contra quem non est prū-
dentia aut fortitudo, victus violentia; hoc solo
intelligo me vti debere consilio; vt postquam o-
raui, quantum potui, & conatus sum, vt si possi-
bile esset, calix iste transiret à me, ne biberem il-
lum, & orationem meam video repelli conatum-
q; frangi: Iam dicam Deo, veruntamen non
sicut ego volo, sed sicut tu vis. Cum enim ex v-
traque parte Deum timeam, nec aliquid, nisi De-
um, & homines propter Deum vtrumque dili-
gam: nihil mihi puto tutius in re tam periculo-
sa, quā vt meum sensum & voluntatem postpo-
nens, me sensui & voluntati Dei penitus com-
mittam.

Et quamuis in hac re mihi nimis sit graue, dare
& accipere consilium, quod circa meum & ve-
strum affectum sit: tamen quia ego & vos magis
sumus

^a Scilicet pri-
die Nō. Mar-
tias, Anno
1093.

^b Nota vete-
rem usum a-
quę laustralis
in porū fun-
denda.

Rom. 14.

sumus Dei, quam ego vester aut vos mei: *sive enim vivimus, sive morimur, Domini sumus*: non audeo in causa Dei & in tanta necessitate mihi commissis ad consulendum, quicquid homines suspicentur meum coram Deo substrahere consilium. Consulo igitur dilectissimis dilectoribus meis, ut nulla res faciat vos pertinaciter ordinationi Dei obviare, quia quasi peccatum hariolandi est, nolle acquiescere: & durum nimis est, contra Dei stimulum calcitrare. Ad hoc enim res ista indubitabiliter iudicio Dei perducitur, ut necesse sit me, si quid boni dignatur per me operari, servare & prodesse vobis, & multis aliis: aut omnino nec mihi nec vobis nec aliis, non deficiente voluntate, sed potestate.

1. Reg. 16.
Astor. 9.

Quod si ob vestram pertinaciam contigerit, facietis senectutem meam in inconsolabili tristitia deduci & deficere; propter magna & multimoda mala, quae inde sequentur, & mihi & vobis iuste videbuntur imputari, etiam ab iis, qui modo ea non praevident. Si enim sciretis, ipsa sola dilatio quanta mala iam fecit corporibus & animabus. & quam execrabilis illa sit, & illi pariter, pro quos fit melioribus & prudentioribus, ipsi quoque populo Angliae: puto, quia & vos (si inhumani non estis) eandem dilationem execramini. Mirum forsitan vobis videtur quod dico, & multi, qui me intus non vident, & praecipites sunt, alienas conscientias, quas ignorant, iudicare; de me peruersum aliquid iudicabunt: quia sic vobis de hac re loquor. Sed coram Deo loquor, cui *reuelo viam meam, & spero in eo, ut ipse faciat*: quia non me accusat coram eo conscientia mea, quod me concupiscentia terrenarum diuitiarum, aut celsitudinis, ad haec dicta trahat.

Psalm. 36.

Si quis deinceps aliter de me senserit, puto quae aduersus veritatem erit: & Deus mihi testis aduersus illum erit. Valet; & Dominus qui *dirigit mansuetos in iudicio, & docet non rigidos, sed mites vias suas*; dirigat sensus vestros & voluntates in huius negotii iudicio.

Psalm. 24.

EPISTOLA II.

DOMINO SANCTISSIMO, ET CHARISSIMO ELECTO ANGLORUM ARCHIEPISCOPO ANSELMO, SUUS QUOD SEMPER ERAT, & SEMPER ESSE DESIDERAT SERVUS & FILIUS FRATER OSBERNUS, ITA RECTIS CONSILIIIS AGI, UT DEUM RECTA CONSILIA DANTEM, VALEAT PROMERERI.

Ab Beccensis monachi, suadens Anselmo subire onus Cantuariensis Archiepiscopij.

CVM te, charissime Domine, in omni veritatis cognitione scientissimum esse sciam; mirum valde, quod in hac sola re, sic omnimoda veri cognoscendi scientia aufugerit, ut quod Deo placitum sit in eo, quod communis de te sanctae Ecclesiae sententia tulit, ignorare possis. Aut si animus tuus in hanc potissimum sententiam vergit, ut quod generalis electio, vel omnium, vel certe quam multo maxime plurimum, & eorum sapientissimorum Deo placere clamat, solus tu displicere contendas. Verendum (praeiosissime Domine) ne praeter omnibus hominibus melior sanctiorque videri velle videaris; dum, quod illi

rectissime intelligunt, rectius quasi a te intellectum defendere coneris.

Vt enim inoffenso dulcissimo mihi amore tuo loquar, aut cunctis (quod non credimus) meliorem te fateberis: quippe cui soli reuelatum est, quod vniuersae Anglorum Ecclesiae fas non erat reuelari, aut facias necesse est, quod vniuersalis Ecclesia suadet, hoc est, ut Pontificalis infulae principatum, inter Beatos Apostolos suscipere non renuas.

Sed forte expectas, Deum maioribus, quod coepit, iudiciis probaturum: non ausim dicere, propterea quod te sapientissimum scio; sed timeo ne talia quaerenti ex obliquo respondeatur: *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Quid namque insignius ad te eligendum ostenderet Deus, quam ut tu promoueretur Regem, triumphis nobilem, seueritate cunctis (a) formidabilem, lecto decubuisse, ad mortem usque agrotauisse, te autem prouecto, statim eundem respirauisse, conuuluisse, atque ex fero & immani mitissimum pariter ac mansuetissimum redditum fuisse. Quid, inquam, aut ad effectum (b) dulcius, aut ad innocentiam praestantius, quam te ante lectum agrotantis violenter pertractum, dextram aliorum dextris impudenter de sinu extractam, virgam (c) ceteris digitulis pertinaciter oclusis pollici atque indici crudeliter impactam, post haec toto corpore e terra te eleuatum, episcopalibus brachiis ad ecclesiam deportatum, ibique adhuc te reclamante, & importunis minis obistente, *Te Deum laudamus* esse cantatum?

Math. 4. &
Deut. 5.a De Guillel.
Rufi Anglor.
Regis morbo
loquitur.b Confer epi.
1. supra.c Loge id scri
ptum articu
lat. per Guil.
Malmeib. in
narratio. de
Ansel. quem
posuimus in
elogio.

Quid, inquam, vel ad diuinas laudes magnificentius, vel ad humana spectacula gaudentius, quam quod in tua electione, exclusis omnibus transactae tempestatis afflictionibus, omnia ad proprii iuris possessionem veluti iubileo termino concurrerunt: dum vinciti ad expeditionem, carcerati ad lucem, captiui ad libertatem, oppressi dirissimis exactorum furoribus, redierint ad erectionem?

Omnia haec te loquuntur, tibi famulantur, tuis meritis ascribuntur. Quod si omnes haec diuinae blanditiae ad consentiendum te non excitauerint, profecto noueris, districta animaduersione aequissimum iudicem recum acturum, taliterque in die extremi iudicii aduersum te propositurum.

O homo meis vberibus nutrite, meis laboribus adulate, meis virtutibus ditate, meis doctrinis illuminate, meis honoribus sublimata, quam tibi molestiam ingessi, ut me praecceptorem fugeris? monitorem contempseris? imponentis mei iugum erecta ceruice abieceris? Nonne satius erat, nihil mihi de tuo contulisse, quam quae mea fuere crudeliter abstulisse? Annon constabat per tuam negligentiam ablatum, quod per tuam mihi diligentiam non est allatum? Cur non cogitabas, infinita hominum millia te occidisse, dum paucorum volebas saluti consulere? Ecce etenim sponsa mea, sancta Cantuariensis Ecclesia, Apostoli mei Petri benedictione a principio sanctificata, piissimo piissimi Gregorii studio (e) nobiliter fundata, SS. Bonif. Honor. Aga-

d Beda lib. 2.
histor. eccles.
Angl. 6.
23. & 105.

thonis
Diaconus lib. 2. vita S. Gregor. Papa cap. 3. Bonifacii Papa anno 607. studium in Eccles. Angl. refert Beda l. 2. c. 8. 10. 11. de Honorio, eiusdem lib. 6. 17. 18. & 19.

a Scilicet aureo
annulo, quem
cum Ansel.
in lecto repe-
risset, impru-
dens Lanfrā-
cus praeuenci-
auit, eum si-
curū Episco-
pum. Pet. de
Natal. catal.
Sanct. l. 8. c.
47. & ante
illum Edin.
l. 1. vita ei-
usde cap. 18.

g Is fuit 2.
Cant. Arch.
ex Bed. hist.
Eccles. Anglor.
l. 2. c. 6.
h Vide in ei-
usdem vita ab
Osber. mon.
scripta apud
Sur. tom. 3.

thonis & cæterorum orthodoxorum Patrum singulari semper privilegio donata, ad quam, salua Romanæ & Apostolicæ sedis autoritate omnium circa regionum ecclesiæ in suis oppressiõib. cõfugere, atque ab ea tenendæ libertatis præsidia expectere simulac suscipere solebant? Ecce illa talis omnium peripsæ effecta, omnium pertransentium pedibus cõculcata; non solum nulla perditæ libertatis iura cæteris restituere, sed nec sua multo tempore valuit illibata custodire. Homines autem, quos ei ad custodiendam castitatis deputavi, à quibus seruandæ integritatis illius fidẽ accepisti, non modo ipsi nihil defensionis aduersus alios incæsti cupidos parauerunt: Imò ipsi flagitiosissimam corruptionis negotiũ meditati sunt. Cumq; illa non immemor, quam fuerit magno acquisita, quam legibus coniuncta, quamq; denique muneribus dotata reluctando succlamasset, illi abreptis ornamentorum suorum vestibus, nudam, venalem & confusione plenam eandem reliquerunt. Exclamat itaq; multiplex filiorum caterua, quos in lauacro secundæ natiuitatis ipsa mihi genuerat & infra gremium sanctæ dilectionis tenerius nutrierat, maternæ cupiens verecundiæ mederi, eiusque nuditatem oppanso velamine tueri. Et ecce qui matrem afflixerant, grauiorib. in filios molestiis desæuiunt, dum hunc ab vberibus raptum, miseranda cæde discerpunt, illum ferrugiendo stridore præmunt, alter cæca latibula inhabitat, alius longa exilia deplorat. Quodq; ad scelus precipuum fuerat, dum se adulteri homines scelerata calliditate innocentes proderere vellent, intantum aquid terrenas potestates odium matrẽ cum prole adduxerunt, vt quicumq; eos interficeret, obsequium se præstare Deo arbitraretur. Vltimũ vero & quasi palmare totius mali flagitium extitit cuius radix si in lucem Solis huius perdata fuisset, non solum hanc exhorreret Christianus, verum etiam omnis execraretur paganus, Iudæus atque hæreticus. Ego autem vltra non ferens tantam sponsæ meæ calamitatem, ex tota hominum plenitudine te, Anselmẽ, elegi, atq; ad zelandum p̄ me amicũ sponsi exhibui, doctrinam contuli, virtutem largitus sum. Præmonstrauĩ (e) oraculis, comprobauĩ miraculis; verũ tu mihi prætulisti Normanniæ comitem Deo vermem viuenti mortalem latitudinẽ Anglorum, angustẽ solitudinis nidum. Excessitnẽ animo, Petrum Apostolũ Antiochiæ inthronizatum, nec tamen vllorũ singulibus, ne Romanos (F) experiretur furorẽs, præpeditum? Cur te fugit Pauli caput Miletinorum atque Ephesiorum stertibus irroratum? nec tamen à fulcra aequore, q̄ eum ad exteras trãmitteret nationes, prohibicum? Rogo hominum sapientissime, si talibus te sententiis iudex impereret, nonne rationum pondere pressus, paruindex, reclamares? Iam verò, si illam, cui tu nouiter attitutus es, Ecclesiã nõ tanti apud Deum meriti esse dixeris; grande eius meritũ licet ignoscas. Laurentium (g) namque Archiepiscopum multo verberẽ à præfato Apostolo nouimus flagellatũ, p̄pterea quod paganorum metu cõteritus fugam inierit, & eandem Ecclesiã adhuc in fidei perceptione rudem derelinquere tẽtauerit. Idem beatissimo Confessori (h) Dunstano idem Apostolus cũ Coapostolis Paulo & Andrea splendens apparuit, eique tradens gladium, verbo Dei inscriptum futurum illum, vt postea euenit, eiusdem ecclesiæ Pontificem præfigurauit. Quod

D. Ansel. Tom. 4.

si tanta Christi & Apostolorum dignatio super eandem Ecclesiã ab initio fuisse perhibetur, magno tibi prouidendum est opere, qui sanctissimam scientiam habes, ne huius dignationis participium refugas, cum neque sis priuata gratia exhibitus, neque mercenarius, neque Simonis discipulus: sed quem & diuina vocauit electio; & Apostolica informauit institutio. Præterea, quamuis monitorem non egeas, pro affectu tamen monere te audebo, vt nihil inconsultẽ agas, nec alieno multum à nobis consilio; siue id in consecratione tua sit, siue in rebus ecclesiæ dandis aut mutandis: Ideo quod nouimus, sanctissimum prædecessorem tuum multa primo aduersus sui tempore ordinasse, quæ omni tempore postmodum sibi displicuerunt. Sunt n. plures, qui circa destructionem Ecclesiæ semper laborauerunt, qui nũc putant, quàm maximẽ se regnatos, dicentes, te cum Deo semper acturum, res Ecclesiæ non curaturum, quasi res Ecclesiæ curare, non sit cum Deo agere. Sed Deo auxiliante, cum te cognouerint quemadmodum ego, puto illos secus dicturos ac senturos. Iam nunc repeto omnibus medullis quod promisi salutando: orans Deum, ita te rectis consiliis agi, vt Deum recta consilia dantem valeas p̄mereri Domine sanctissime, sapientissime, & super omnes animo dulcissime.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM II.

Romanos (F) experiretur. D. Anselm. epist. 7. infra apertè dicit, D. Petrum Romam migrasse. Id tamen adhuc nescitur à nostris & Germanis & Anglis Gnosticois: Dolendum profecto homines sibi Argo ouulatores, in hoc caeciores talpa nondum vidisse apud Træn. lib. 3. c. 1. & 3. Tertull. l. de Bapt. & de præscription. Ignat. ad Mariam Casrob. Euseb. Cæsar. l. 2. hist. Eccles. Ruffino interprete, c. 14. 15. & 25. Epiph. hæres. 27. Ambros. lib. 3. de Sac. c. 1. Hieron. in Catal. Optat. Milenit. lib. 2. August. de hæ. es. ad Quod uuldeum her. 1. cont. lit. Petil. l. 2. c. 51. & alios quam plures, quos lubens silico, ne manifestior fiat eorum caecitas.

Quis igitur non faciat risum plusquam Democriticũ, de illa ridicula thesi, agitata à Germanis, usq; Lutheranis Anno 1520. An Petrus Romæ fuerit? vt notatum est in Schol. margin. ad Abbatem Vßperg. vbi de Petro. Ee us quidem positionis negantem partem p̄ opugnat impudenter & (de mori) falso Ioannes Baleus Anglus Sudoloungius, peregrinusq; apud Germanos (vt gloriatur, hancq; ob causam Germanis Theologastis à me conuenctus) pro Christi (sic Antichristum spe. 1050 Christi mētitur nomine) prof. sione.

Porro ipsissima sunt eius verba, centuria prima Script. Britann. p. 16. edit. Basil. 1557. Petrus cum ex Christi Domini iussu ac præcepto Circumcisionis Apostolus fuerit, Gal. 2. equum p̄fecto non erat, vt relicto Iudæorũ grege 25. annis (vt somniat Papiætæ) apud gētes incircumcisos Romæ sederet, aut illis gentiliũ Regum morẽ imperaret. In Iudæa ergo ac finitimis regionibus, Christi mādato obstructus permansit, prædicans in maritimis vrbib. euangelium regni Dei: q̄ & ipsa testatur miracula, q̄ per illum Deus operabatur. Nam Lydda paralyticum Aneam sanitati restituit, Tabithã Ioppe à mortuis excitauit. In Cæsarea, Cornelium Centurionem baptizauit, atque alia plura fecit. Quæ oia declarat, illum nec sedisse, nec mortem obiisse Romæ. Vnde Bapt. Mantuanus in 6. Fast. libro. G 3 Urbibus

Matth. 4. 5. Dem. 5.

a De Guillel. Rusi Anglor. Regis morbo loquitur.

b Confer. epist. 1. supra.

c Lege id scriptum arica lat. per Guil. Malmesb. in narratio. de Ansel. quam posuimus in elogio.

v Scil. Anselm. annulo, quẽ cum Ansel. in lecto reperisset, imprudens Lanfrancus prænunciavit, eum futurũ Episcopum. Per. de Natal. catal. Sanct. l. 8. c. 47. & ante illum Edin. l. 1. vita eius. 15. cap. 18.

g Is fuit 2. Cant. Arch. ex Bed. hist. Eccles. Anglor. l. 2. c. 6. h Vide in eiusdem vita ab Orber. mon. scripta apud Sur. tom. 3.

d Bedæ lib. 1. histor. eccles. Angl. 6. 23. & Ioan. mo 607. studi. in dem libr. 6.

Vrbibus Assyriis Christi post funera, postq̄
In cœlum reditus, bis septē dicitur annos
Impendisse, graui vexans mala numina bello.
Mox maria ingressus, longaq; ambage viarū
Circumlatus, iter vertit Bythinica versus
Littora, Cappadoces, Galatas, Pontūq; pagrās:
Quotquot erāt illis Iudæa ab origine regnis
Edocuit Christum, veteriq; retraxit ab vsu.

Hieronymus etiam atq; Lyranus super illa Christi
verba: *Ecce ego mitto ad vos Prophetas ac Sapientes,*
&c. asserunt, Petrum fuisse à Iudæis Hierosolymę
crucifixum: quod & illis verbis aptissimè respon-
det. *Sic quidem Baleus, sed vtrum sic se habeant hæc, vi-
deamus. In primis Euangelium, Petro creditum, non sic
concluserit Christus intra Ecclesia Iudaica parietes, vt ad gē-
tilium aures non peruenerit: Imò Act. 10. per vas quadrā-
gulum cœlitus allatum refertur, impuris animantibus,
iussus est Petrus etiam ipsis gentibus euāg. lizare. Hinc
postea illis audientibus professus est, Deum non esse accepto-
rem personarum, sed cuiuslibet gentis iustum ei placere: vt
qui dominetur vniuersis. Quamobrem ait Lucas ibidē c.
1. sub fin. Obstupuerunt ex circumcissione fideles,
qui venerant cum Petro: quia & in nationes gratia
Spiritus sancti effusa est.*

Mantuanus verò à Baleo citatis, ne verbulum quidem
habet de Petri morte aut Papatu, tantum abest, vt neget,
præterquam quod n. illam vrbem à se recensitarum in Pa-
lestina reperias, quod grauisimo est argumento; Petrum
reliquisse Iudæam, vt in circumcissae doceret gentes, contra
Balei mentem & iudicium. Nam vt diuino iussu aliquā-
diu Iudæos, sic & eodem postea Ethnicos docuit. Quod a.
Mantuanus scripsit, D. Petrum Roma neca-
tum fuisse, liquet ex lib. 1. de agor. e D. Dionysii Areopa-
gite, quem multo labore Romam venisse, describens ma-
gistri sui D. Pauli visendi ergo. ait.

Sed fuit euentu clualis labor ille sinistro,
Nam licuit paucis, heu præceptor, diebus
Et sancto sermone frui: quia fata repente
Demerere noui duo maxima lumina mundi
Vidit ab excelso Petrum suprema trahentem
(Heu facinus visu horrendum) suspiria ligno.
Rursusq; in 10. Fastorum de eodem Dionysio sic canit:
Perfreta deuenit Romam post iunera Petri,
Post obitum Pauli, qua tempestate tenebat
Nauiculam Petri Clemens Romanus, &c.

*Sed Baleum scis conficiamus armis: Nam 6. Fastorum
citato (vide hominem ipso mendacio mendaciorem) ait
Mantuanus de Petro loquens:*

Multa mali & terribilia discrimina passus ad urbē
Romuleam mundi dominam rerūq; potētem
Venit: vbi æterni iaceret primordia regni.

*Hieronymi locus in icatus, & à me integre religioseq;
descriptus, iterum traducet Baleum ipsi, et am Creten-
mendaciorem. Hieronym. lib. 4. Comment. in Matth.
ad caput 23. explanans Euangelista verba: & ex illis oc-
cideris, & crucifigetur, & flagellabitur, subiungit va-
ria esse dona discipulorum Christi. Alios, inquit, Pro-
phetas, qui ventura prædicant: alios sapientes, qui
nouerunt, quomodo debent proferte sermonē.
Alios Scribas in lege doctissimos: ex quibus lapi-
datus est Stephatus: Paulus occisus: Crucifixus
Petrus; Flagellati in actibus Apostolorum Disci-
puli: & persecuti eos sunt de ciuitate in ciuitatem
expellentes de Iudæa ad Gentium populum trās-
migrant. Su Hieron. qui ne apicem quidem de Petro
in Iudæa crucifixo scripsi: q. in potius, si eius verba ad vn-
guē exploremus, Petrum à Iudæa expulsū, sicq; ad Eth-
nicos emigrasse habemus. Quod si quis Balei nomine per-
factus inficietur, iure offic. am. & D. Paulum in Iudæa*

peremptum fuisse. Interea reclamationibus antiquissimis
probatissimè Histor. ograph. is. Stephanum saxorum gron-
dine obrutum, narrat Act. 17. lib. Verū nec mihi
nec Baleus, sed ipsimet Hieronymo (qui litam videtur exci-
tasse) iudicium d. feratur: In ser. prioribus ecclesiasticis ait:
Simon Petrus & princeps Apostolorum, post Ex-
piscopatum Antiochenis Ecclesiæ, & 2. Claudii
anno, ad expugnandum Simonem Magum, Ro-
mam pergit, ibiq; 25. annis cathedram sacerdotia-
lem tenuit, vsq; ad vltimū annum Neronis. Rur-
sum ad Damasum Papam 2. Mihi cathedram Petri,
& fidem Apostolico ore laudatam, censui consu-
lendā. Et post pauca: Cum successore piscatoris,
& discipulo crucis loquor. Ego nullum primum,
nisi Christum sequēs, beatitudini tuæ, i. e. cathed-
ræ Petri, communionē confocior, super illā pe-
tram ædificatam ecclesiam scio. In Comment. in ep.
ad Galat. in illud ipsum caput, ex quo Baleus perpetuam
in Iudæa mansionē constituit, D. Petro, obseruans D. Hier-
onym. plerq; de siderari in historia actuum Apost. a. dicit
illud postremum inquit: Denique primum Episco-
pum Antiochenæ Ecclesiæ, Petrum fuisse accepti-
mus, & Romam exinde translatum. quod Lucas
penitus omisit. Expedi mihi ex catalogo Scrip. eccles.
testimonium haud spernandum, quo Hieron. ait: Cle-
mens &c. quartus post Petrum Romæ Episc. &c.
Lyranus, quia eadem cum Hieronymo dicit, prætereo, &
tentus d. texisse impudentem Balei malitiam.

EPISTOLA III.

GONDVLVS GRATIA DEI ROFEN-
sis Episcopus, Dominis & amicis suis charissimis,
feruis Dei Becci consistentibus salutem
& fideles orationes.

Non tristetur Beccenses de erepto sibi Abbate.

Charissimi, vestrae dilectioni cognitum est,
quantū temporis sit, ex quo Anglica Eccle-
sia proprio est orbata & destituta pastore, atq; omni
paterna desolata consolatione. Sed Deus plorat
orphanorū, gemitus & suspiria hæcenus longissi-
ma viduarum, pces quoq; fidelium suorum misē-
ratus exaudiens, tandē sua gratia eam consolādo
visitare dignatus est. Ipsius namq; inenarrabili po-
tentiā operāte, dedit Dñs noster Rex Anglorum
consilio & rogatu Principū suorum, Cleti quoq;
& populi petitione & electione, Dño Abbati An-
selmo Cantuar. Ecclesiæ gubernationem. Quod
quidē iustissima Dei operatione & ordinatione factū
esse, nō dubium est. Quapropter humiliter
mandamus, & vehemēter precamur vt fratres cha-
rissimos, quatenus oēm tristitiam vel cordis indig-
nationē, si qua est, deponētes, diuinæ voluntati,
opationi, & bonorū virorum electioni, nequaquā
resistatis: sed Deo gratias agētes, q̄ factum est cū
gaudio & bona voluntate concedatis. Est etiam
aliud, q̄ vos latere non debet. Impediri quidem
res ista fortassis ad tempus potest, omnino autem
remanere nullo modo potest. Verum n. dico vobis,
& sine dubio vsq; ad sedem Apostolicam iam p-
uenit. Vt imini igitur sapienti consilio, & per cha-
ritatem facite sine dilatione, quod quan-
doque facturi estis sine dubi-
tatione: Valet.

✠

EPISTOLA

Et sic comi-
tatu est in-
ter Belgas,
Rhemis At-
rebatibus,
finitimus, cu-
ius caput est
Anglia Ve-
romandorū,
eum, vt vulgō
dicunt, oppi-
dū S. Quinci
ni Viromādi

Amisio
loci, tom. 20
Matth. 11.

EPISTOLA IV.

DOMINIS ET FRATRIBVS ET
 aliis dilectissimis monachis Beccensibus: dilectissimus & Abbas eorum frater Anselmus
 continua Dei protectione & consolatione gaudere.

Quid Beccenses Anselmo & regi debeant scribere ob electionem Pontificiam.

QUOD humiliter per Dominum Balduinū & Dominum Telsonem petiistis, & si presens essem supplicii deuotione per vos petiissetis: paterno & pro affectu omnibus petentibus vt filius dilectissimis concedo, quod ex me est: & oro Deum, vt ipse misericorditer concedat, quod ex ipso est. Cum de sorte Archiepiscopatus, quæ super me diuina cecidit dispositione, loquor vobiscum: valde alienum & à me & à vobis videtur, si consideretur mutuus vester affectus me vobis inde consulere & vos mecum consilium accipere. Si quis consideret, quia plus Deo quam nobismet ipsis debemus: non ei mirum videbitur, si ego in causa Dei commissis mihi ad consulendum quos nullo modo eisdem ipsis testibus à recto volo deuiare, consulo circa meum & illorum affectum, secundum voluntatē Dei. Bene fecistis, quia concessionem vestram mihi per Dn. Tezonem mandastis; quādoquidem res nec per me, nec per vos mutari potest: sed melius facietis, si per epistolas vnam regi, alteram mihi mandabitis: quia quod Deus dignabitur de me disponere, & idem rex & omnes qui domini sunt Ecclesiæ nostræ ordinauerint secundum timorem Dei, & Archiepiscopus noster religiosa & ecclesiastica ratione iusserit & mihi videbitur: humili deuotione propter timorem Dei conceditis, & me Deo & Ecclesiæ eius committitis. Hoc retento, vt inquantū possibile vobis erit nostro semper fruamini (quādiu viam) consilio. Hoc consulo, hoc hortor, quia sic oportet fieri, vt & vos plus voluntati Dei quā vestre subditos esse ostendatis: & regis gratiam, quæ vobis necessaria est sine omni proficuo, ita cum damno maximo non perdatis, & mentem meam multis molestiis onustam, onustiore dissentione vestra non faciatis. Comitissa (a) Lermendēsi, quæ ad nos venit vt audiui, larga & benigna voluntate honorificè omnibus modis, quibus potestis secundum voluntatem eius seruire. Grandis enim vester honor est, & multum hoc nostræ profuturum est ecclesiæ, sicut spero: illam ex nostra parte dulciter salutate. Valet.

EPISTOLA V.

DOMINO SANCTISSIMO, PATRI
 dulcissimo, iam nunc quod nō sine desperatione dico. Anglorum Archiepiscopo Anselmo seruus & filius suus Osbernus salutes
 luctu & lachrymis plenas.

Vt acceleret suam inaugurationem omnium votis expetitam.

QUOVSQUE, dulcissime Domine, desideria nostra suspendis, quousque animas nostras tollis? (a) Si tu es qui venturus es, veniendo ad nos, ostende: nec velis diutius bonum differre, quod ab æterno consilio profectum humano generi Christus dignatus est impertiri. Alio-

quin, mi dulcissime, (b) commouisti terram & conturbasti eam, potiusque esset, mortis nos dispendia sustinuisse, quam super tuo nomine aliquid vnquam accepisse. Quid enim putas, qui luctus, quæ lachrymæ aduersum te hodie funduntur? Quæ maior potest esse miseria, quam homines, quibus quasi noxiis humoribus corpus ecclesiæ grauabatur, nuperrimè vidisse excludos, & nunc eosdem non modo nō excludos, verum etiam videre corpori ecclesiæ incorporatos? Puta mi dulcissime omnium aduersum te istas esse querelas. Hic cine est ille, de quo tatum gaudebamus, de quo tam magna audiebamus? Ecce, quomodo nos decepit, quomodo animas nostras interfecit: Expectabamus pacem, & non est bonum tempus medelæ, & ecce clamor. Hic cine est ille, quem Osbernus hos tredecim annos ad populum tātoperere laudauit, quem in omni sermone magistrum & sanctissimum, & sapientissimū predicauit: Ecce, (c) quomodo fecit nouissima nostra peiora priorib. Credas, nunquā hæc desinent dici, nisi desieris elongari. Veni ergo, tatum modo (d) inuocetur nomen tuū d *Esai. 4.* super nos, aufer opprobrium nostrum; (e) festinandum tibi est, princeps esto noster. Erit hoc Deo ad laudem, tibi ad mercedem, nobis ad vitā. Recuperemus in te, quod in mortuo sanctissimo patre Lanfranco nos cū toto mundo perdidimus: quem mortuum semper dolebimus, quoad vsq; illū in te viderimus. Deus omnipotens, quicumque Anselmum ab incepto præpedierit, anathema in medio hominum sit. Credas me in maxima lachrymarum alluione ista scripsisse, & vsque ad mortem sollicitum de te esse. Mater & omnes filii te salutant.

EPISTOLA VI.

DVLCISSIMO DOMINO, ET PATRI
 suo, diuinitus sibi olim dato Abbati Anselmo
 Humiles Beccensis Ecclesiæ serui & filii sui
 continua Dei in omnibus viis suis
 protectione dirigi semper
 & muniri.

Beccenses Anselmum manumittunt.

AVDITA concessione Domini nostri Normannia Principis, & Archiepiscopi nostri Rotomagensis, quā de vobis ad petitionem regis Anglorum, & omnium fere eiusdem gentis Principum fecerunt, vt ad culmen scilicet. promoteamini Archiepiscopatus: pro ea etiam, quæ ad nos de vobis pertinebat, & à nobis expectabatur, confessione, omnes in vnum congregati sumus, vnusquisque nostrum de sua sententia, ab eo qui præsidebat, nominatim est requisitus. Multa hinc, & diuersa nobis sensa, & dicta sunt, quæ modo replicanda & exponenda minimè sunt, finem tantum ipsius rei propter quam conuenimus, breuiter vobis intimabimus. Pars quædam nostrum, quamuis pro dulci & vnico pietatis erga vos affectu valde dolens atque tristis, propter Dei tamen metum, cuius id nutu atque consilio agi creditur, libenter ad honorem & commodum ecclesiæ Dei, secundum quod vos etiam consulitis, quod de vobis petitur, concedit: pars vero nostrum altera suo potius quam vestro vtens atque fidens consilio ardentiori, atque vt sibi videtur, rectoris amoris vestri zelo minimè id concedit, nec ad concedendum vllis

à hic comitatus est inter Belgas, Rhemis Atrebatibus: hinc finitimus, cuius caput est Augusta Vermandorū, cui, vt vulgo dicunt, oppidū s. Quinici in Vermandi

a Imitatio loci, tom. 20. Matth. 11.

a Is Lanfrancus monachus erat Lanfranci Archiepiscopi Cantuar. nepos, de quo scripsit in li. 1. dictum est.

maiorum se sine minorum persuasionibus aliquo modo acquiescit. Quae autem pars alteram, aut numero aut ratione praeponderet: (a) Dominus Lanfrancus, qui interfuit, & omnia hic apud nos gesta siue dicta & vidit & audiuit, plenissime per seipsum, & sufficienter vobis dicit. Nos enim ista succincte & celeriter multum dictamus, quia urgebat nos festinans lator presentium, ut sic agamus. Omnipotens Deus vitam vestram in beneplacito suo recte disponat, & ad communem fidelium suorum utilitatem & gaudium diu eam in presenti custodiat. Amen.

EPISTOLA VII.

SUIS DILECTISSIMIS DOMINO Priori Baldrico & aliis seruis Dei in Beccensi conobio commanentibus: seruus & conseruus, eorum frater Anselmus diuino semper regi consilio, & protegi auxilio.

Agerrime fert se a Beccensibus esse distractum, nec iuxta quorundam maleuolorum calumnias, ficta humilitate refutasse Archiepiscopatum. Hic vero Baldricus (ad quem Anselmus scribit) ante monachatum fuerat coniugatus, ut palam sit ex hac Herluiniani diplomatis clausula. Tempore quo Baldricus se, suumque filium monachico ordini tradidit, donauit supra scripto conobio quicquid terra ad eum pertinebat de Sarnarvilla. gessit autem Prioris honorem duobus Abbatibus, nempe D. Anselmo, & Willemo Monfortio, quo excessit.

QUA MVTS diuina dispositio me a vobis corporaliter non sine graui pioque cordis mei dolore separet, oro tamen Deum, ut dilectio, qua ipso dante anima mea vos in vtero suo completitur, indissolubiler perseueret. Per quam Deo prospiciente semper vester ero seruus, quia semper quantum Deus mihi dabit, ero vestris voluntatibus intentus. Nam & si tanta sit ipsa dilectio, ut saepe, cum intentē cogito animos vestros de tam insperata, & contra voluntatem nostram separatione statim sua quadam tempestate, velut mare ventis intumescat, & conturbetur cor meum, & pluant oculi mei: dulcius tamen mihi est hoc ab illa me tolerare, quam illa a me separate. Nouit enim Deus, ante cuius conspectum secundum conscientiam meam loquor, quia plus vos dilexi Deo & vobis, & meipsum vobis, quam vos mihi siue praelationem, aut dominationem, aut possessionem terrenam, quas habebam pro vobis. Quamobrem plus me grauat vestra tristitia de qualicunq; si apud vos est, mei indigentia, quam me consoletur aliqua terrena celsitudo vel opulentia. Ecce nunc in hac ipsa locutione, qua vobis absens loquor dictando, testes mihi sunt lachrymae, quas continere nequeunt oculi mei: & vim mihi facientes singultus gutturis mei inuadentes a gemitu cordis mei, obturantes & interrompendo tardantes scriptori verba oris mei. Quamuis sint (a) quidam, ut audio, (qui autem sint, Deus scit) qui aut fingunt malitia, aut suspicantur errore, aut coguntur dicere indifferetio dolore, quod magis trahar ad Archiepiscopatum vitiosa cupiditate, quam cogor religiosa necessitate. Quibus nescio quomodo possim persuadere, quam sit in hac re conscientia mea, si illis non satisfecit vita & conuersatio mea. Sic enim vixi iam per

a Inter quos videtur esse, ad quos scribit epist. 10. infra. Porro de consigisse D. Augustini. notat Possidio in li. c. a. vi. quae eius sic lo.

triginta (b) tres annos in habitu monacho, tribus scilicet sine praelatione, quindecim in Prioratu, totidem in Abbatia annis, ut omnes boni me diligere qui me nouerunt, non mea industria, sed gratia Dei faciente: & magis illi, qui me interiorius & familiarius nouerunt, nec aliqui in me viderunt aliquod opus, unde me praelatione delectari cognosceret. Quid ergo faciam? Quomodo propulsabo & extinguiam hanc falsam & odibilem suspicionem, ne animabus eorum noceat, qui me propter Deum diligebant: Charitatem illis minuendo, aut eorum quibus quaecunq; consilium, aut exemplum meae paruitatis professe poterat, me peiorem, quam sum illis persuadendo: aut etiam horum, aut aliorum, qui me non nouerunt & hoc audient, malum illud exemplum proponendo: Deus, tu qui omnia scis, non me iustifico secundum examen districti iudicii tui: quia ille magnus Apostolus tuus, qui dicere potuit: (c) nihil mihi conscius sum, cum hoc dixisset, subdidit: sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me Dominus est; & (d) v r ille simplex & rectus, timens Deum & recedens a malo, cui, teipso teste, non erat similis in terra, dixit, (e) verebar omnia opera mea: sed secundum quod anima mea comprehendit, conscientiam suam coram te, dico eam, ut omnes qui hanc meam epistolam legent, aut audient, sub tuo testimonio sciant & credant eam. Tu Domine vides, & tu esto testis meus, quia nescio, sicut mea mihi conscientia dicit, quid me rapiat, aut alliget ad consensum Archiepiscopatus, ad quem subito raptus trahor: amor alicuius rei, quam seruus tuus contemptor mundi debeat contemnere, & quia, si mihi (f) liceret seruata obedientia & charitate, quas propter te, quantum dedisti volo custodire; potius eligerem sub praelato sicut monachus seruire & obedire, & ab illo consilium animae meae & necessaria corporis mei accipere, quam aliis hominibus dominari aut praesse: siue ad animarum gubernationem, siue ad corporalem sustentationem, aut terrenas diuitias possidere. Tu vides, & tu esto testis meus, quia sicut mea mihi conscientia dicit, nescio quomodo me sine peccato possim euoluere, ab hac me eligentium intentione, & quia timor tuus, & charitas, & obedientia, quas tibi & ecclesiae tuae debeo, me cogunt, me ligant, ut non audeam religiosi precibus eorum & magno sicut mihi ostendunt desiderio, pertinaciter contradicere. Domine si fallit me conscientia mea, ostende mihi meipsum & corrige me, & (g) dirige in conspectu tuo viam meam. Et siue mihi placeat, ut quod inceptum est ab hominibus de hac mea electione fiat, siue potius ut non fiat, (h) Deduc me in viam tuam, & ingrediar in veritatem tuam. Domine tu vides, sicut dixi, conscientiam meam, tu esto mihi testis ad eos qui aliter de me suspicantur, & ostende illis eam, ne laedant suas aut aliorum animas, male eam iudicantes. Ecce dilectissimi fratres mei audistis vere conscientiam meam de Archiepiscopatus desiderio siue contemptu. Si enim Deo sciens mentior, nescio cui verum dicam. Si quis deinceps contra hoc, quod de hac re sub testimonio Dei inuocatione dixi, me noluerit aperte vel callide male alicui commendare, puto quia Deus erit mecum aduersus eum, & pro me respondebit ei: ego vero consolabor me sub testimonio Dei. Certus autem sum, quia quicquid haec falsa suspicio alicui animae vel nocebit: peccatum

quasi de eo ad episcopatum prorecto: ubertim eo flente, non nullisq; la-chrymicis ut nobis visis, superbe interpretantibus. b annos egerat Anselm. triginta tres Archiepiscopi susceptum.

c 1. Cor. 4. d Job. 1. e Ibid. 9.

f Lubantissime si per obsequium licuisset, Anselm. exiisset Archiepiscopatum, male monachus subesse, quae in Augustin praefato. Id est iam epist. in infra. repaui.

g Psalm. 3. h Psalm. 85.

e Quis sit hic Marcus, me clam est etiam post disquisitionem morem. Hic etiam Marcus, de quo Palladius Niceph. Zonar. Vita Patrum, fuit. tantum Eremita: reliqui ad episcopatum. I D. Perre de qua contra

catum hoc super se suscipient, si plures sunt auctores eius, & siue vnus siue plures sint: maxime super eum erit, qui maxime auctor eius est. Ad ea vero, quibus quidam vestrum putant, me potuisse rationabiliter electioni prædictæ resistere, breuiter respondeo. Dicunt enim. Quando contactus est, vt noster Abbas fieret. tradidit se nobis in seruum in nomine Domini. Bene, quia hoc feci in nomine Domini. Quid hinc intelligunt? An putant me iurasse vobis seruitutem per nomen Domini? vtique, non hoc feci. An, quod Dominus dicit: *Si quid petieritis patrem in nomine meo*, sic intelligendum est, ac si diceret: Si iuraueritis patri petendo aliquid per nomen meum? Aut quando dicimus, *(d) adiutorium nostrum in nomine Domini*, aut quotiens aliquid siue dicimus in nomine Domini, totiens iuramus per nomen Domini? Nequaquam: Quomodo autem illa intelligantur, nihil nunc ad me: quod vero tunc dixi in nomine Domini, intellexi & intelligo in Domino, hoc est, in Deo. Quæ in Deo fiunt, secundum Deum, id est, rectè fiunt: Cum ergo tradidi me vobis in seruum in nomine Domini, tradidi me vobis in seruum quantum potui secundum Deum. Iudicate nunc, si hoc modo abnegauit, aut si potui secundum Deum abnegare dispositionem Dei de me, cui vellem nollem rectè subiacebam, aut obedientiam, cui me penitus tradideram. Cum enim professus sum monachum, abnegauit me ipsum mihi, vt deinceps meus non essem, id est, non viuerem secundum propriam voluntatem, sed secundum obedientiam: vera autem obedientia aut est Deo, aut ecclesiæ Dei, & post Deum maxime prælati. Hanc ergo non abiurauit, nec abnegauit, sed potius seruauit, cum dixi, in nomine Domini. Discite itaque quid vobis tunc dedi. Hoc vtique, vt me vestro non possem subtrahere propria voluntate seruitio; nec querere vt subtraherem, nisi ea cogente dispositione & obedientia: quarum prius secundum Deum seruus eram. Quod autem feci, si aliter fecissem quam dixi, certe vos monachi non essetis, si quod contra Deum vobis promississem, exigeretis. Nunquam, antequam concederitis me ad Archiepiscopatum promoueri, hanc meam vobis factam deditioem alicui exposui, sed obiiciebam eam quasi firmissimum obstaculum, ne promouerer, donec intellexi me volentes promouere, in tanta suæ voluntatis persistere constantia, vt & hoc nihil obesse intelligerent, & ab incepto nullatenus, aut velle, aut debere existere, assererent. Dicunt etiam quidam, quia & vobis secundum Deum datus eram; & quibus rectè prælatus eram, non rectè me posse auferri ab illis, nec me concedere. *(e)* Beatus Marcus secundum Deum Abbas erat: & tamen monachis est ablatus, & clericis, & monachis, & laicis viris & mulieribus est prælatus. Petrus Apollonius, puto quia secundum Deum Antiochiæ cathedram episcopalem tenebat; nec tamen dicit aliquis, quia peccauit, cum deferendo eam, studio maioris fructus *(f)* Romam migravit. An ideo dicendum est, quia non diligebant priores discipulos suos, aut quia postea minus eos dilexerunt, aut quia Deus contempsit & deseruit eos, tantum Eremitæ reliqui ad episcopatum excocti, carent titulo monachi.

(g) D. Petrus ex Antiochena migravit Romam vberioris fructus ergo: videlicet qua contra Balenum dixi in epistola 2. supra.

quia isti eos corporaliter deseruerunt? vtique non est dicendum fratres, non me comparo magnitudini eorum, sed tamen non ideo sum damnandus, si de me facit Deus aliquid ad similitudinem eorum. Forsitan dicit aliquis: Non es homo, cui tanta res cõueniat, hoc ipsum de me corde & ore iudico. *(g)* Sed dicunt mihi, qualiscunq; sis: te volumus, te non dimittimus. Reminiscuntur quidam, quia dicere solebam, quod nollem viuere, nisi vobis, & quia nunquam aliam prælationem haberem, quam Beccensem. Sed hoc secundum affectum meæ voluntatis dicebam, & secundum hoc, quod in defensione & responsione mea si ad aliam prælationem vocarer, cõfidebam. Sed quid si Deus ordinat, vt etiam aliis vitam & seruitam? An debeo superbè resistere? Et ego & vos plus sumus Dei, quam ego vester, & vos mei. Princeps Apostolorum dixit Domino: *(h) Non lauabis mihi pedes in æternum*. Talis erat voluntas eius. Sed quid Dominus? *(i) Si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum*. Et Petrus quid? *Domine, non tantum pedes, sed & manus & caput*. Tamen non ideo illum Deus damnauit, quia sententiam suam pro diuina mutauit, imo ad pedes eius se humiliavit. Præsumam de fortitudine & ingenio meo ad me defendendum, sed fortior & ingeniosior me Deus fuit, & ideo præsumptio mea nihil fuit. Insuper me locutum esse forsitan dicit aliquis, quasi me iustificando & dignum Archiepiscopatu probando, sed falsi calumniatores mei me cogerunt, ne vos aut aliquem alium, veneno suæ falsitatis inficiant. *(k)* Nec nitor me dignum Archiepiscopatu probare, sed falsum crimen expurgauit. Sed de his vnde hætenus locutus sum: nunc ista sufficiant. De consolatione verò vestra pauca subiicio. Precor itaque vos fratres mei dilectissimi, vt non contristemini vltra modum propter absentiam meam. Certè tristitia vestra mea est tristitia, & consolatio vestra, mea consolatio est. Non sit in homine spes vestra, sed in Deo, quia si quid vobis profui, non à me fuit, sed ab eo. Multi propter me, & ferè omnes Beccum venistis, sed nullus propter me monachus factus est, nec propter spem retributionis meæ vos Deo vouistis, ab illo cui totum dedistis quod habuistis, ab illo expectate totum, quo indigetis. *(l)* lactate cogitatum vestrum in Domino, & ipse vos enutriet. Conuertite totam curam ad illi seruiedum, & ipse suscipiet totam curam vestram ad vos nutriendum. De me vos precor, ne minus me diligatis, si Deus de me facit voluntatem suam, & ne propter hoc perdam, si aliquando volui facere voluntatem vestram, quia non audeo, nec debeo, nec possum Deo resistere, nec adhuc video quomodo me possum ecclesiæ Anglorum subtrahere nisi Deo resistendo. Appareat, quia non me vobis solummodo dilexistis, sed & Deo & mihi. Orate pro me, vt quidquid fiat de me, bono fine per gratiã Dei cõlummetur. Abbatem vestrum ex hac hora nolite me expectare, sed dilectorem vestrum & sollicitum pro vobis, quamdiu viuam, Deo seruante voluntatem quam mihi de vobis dedit: scitote.

(m) Nunquã tamen dimittã potestatem ligandi & soluen-

g Quorundã Beccensium respondet objectioni.

h Ioan. 13.

i Ioan. 13.

k Cur hæc calumniatoribus responderit.

l Psalm. 54.

m Quidpiã simile sibi seruauit. Iuo Carnot. De-

posita S. Quintini Bellonaci præfectura, his verbis epist. 17. Si quis autem inter vos ambulat inquietè, hunc mihi per epistolam notate, vt congregatis vobis & meo spiritu digna eũ possumus f. ueritate corrumpere. Rursus, epist. 107. Ego etsi depono prælationem: non desero illius ecclesiæ societatem.

queni de eo ad episcopatum pronocio: ubertim eo flente, non nullisq; la-chrymis eius ut nobis uelut lit. superde interpretantibus.

b annos egerat Anselm. triginta tres ante conuersionem Archiepiscopi suscepim.

e i. Cor. 4.

d Job. 1.

e ibid. 9.

Substanti- me si per ob- ritate licuisset. Anselm. exisset Archiepiscopatum, malens monachis subesse, quã in Angliã præfessio: id est iam epist. 17. infr. repetit.

g Psalm. 5.

h Psalm. 85.

e Quis sit hic Marcus, me clam est etiam post disquisitionem morosorem. Hic etenim Marcus, de quo Palladius Nicoph. Zonar. Vita Patrum, fuit.

tantum Eremitæ reliqui ad episcopatum excocti, carent titulo monachi.

f D. Petrus ex Antiochena migravit Romam vberioris fructus ergo: videlicet qua contra Balenum dixi in epistola 2. supra.

soluendi & vobis consulendi, quam habui in vobis, quamdiu Abbas qui post me erit, & vos, qui sub illo eritis, hoc mihi concedetis flendo & vix dico. Domino nostro IESU CHRISTO, & pia genetrici eius Mariae, & beato Petro; (e) cui ipse commendavit oues suas, & beato Benedicto (secundum cuius regulam professi estis) & aliis sanctis Dei vos commendo dilectissimi fratres mei. Ipse qui vos redemit sanguine suo, eorum meritis & intercessionibus sit vester Abbas, sit vester custos, ipse faciat vos post hanc vitam beatè viuere in regno suo. Ibi sua pietate tribuat mihi vos videre, & vobiscum sine fine gaudere, qui est Deus benedictus in saecula, Amen. Mirantur multi ex vobis, quos tam dulci & familiari dilectione amplectebat, ut vnicuique videri posset, me nullum alium pariter dilexisse: cur non illis singulis aliquam nostram dilectionis commemorationem scribo. Sed sciant, quia non hoc facit obliuio mea, sed multitudo eorum. Et forsitan faciam cum magis opportunum erit, & si non omnibus, saltem aliquibus. Hoc tantum ad praesens illis dico, ut reminiscantur, quia non ob aliud eos sic dilexi, nisi ut ipsi Deum & animas suas diligerent. Ipsi sunt mihi testes, hoc de illis semper, & de omnibus vobis desidero, hoc precor, hoc moneo, hoc consulo: hoc faciant, & sic semper dilectionem meam inuolabilem erga se seruant: Abbatem vobis substituere festinate, expedit enim vobis: Valet. Hanc epistolam nostram quibuscumque potestis pro excusatione falsae suspensionis ostendite, & maxime reuerendis Dominis & patribus meis, qui me propter Deum sua gratia dilexerunt, Episcopis & Abbatibus, de quibus me magis grauat, si de me aliquid suspicandum peruersum falluntur. Nolo enim dilectionem eorum vllatenus perdere, sed semper eos venerando & diligendo illam mereri & custodire.

EPISTOLA VIII.

DVLCISSIMIS ET DELECTISSIMIS suis: Domino Priori Baldrico & aliis monachis Beccensibus frater Anselmus, qui hactenus sub Abbatis nomine seruiunt à Deo semper custodiri & protegi.

Quem Beccenses Abbatem in suum locum surrogare debeant.

Deo, de me quod vult ut de creatura sua, velim, nolim, disponente; & reuerendo Domino nostro Principe Normannorum Roberto cedente. Et (a) Archiepiscopo nostro Guillelmo precipiente, & vobis à Deo coactis fauentibus, à vestra cura sum absolutus, & maiori inuolutus. Si Deus vobis dederit eam gratiam praedicti Dn. nostri Principis, ut de ecclesia nostra vobis velit dare Abbatem, & nostrum inde dignetur audire consiliū: illi & vobis dico, quia de nullo (B) mihi melius videtur (c) quam de Dn. Guillelmo, qui Prior fuit apud Pexeuim. Et si iussio gloriosi Dom. nostri Principis in hoc fuerit, quod utinam ita fiat. Ego quoque tibi frater Guillelme in nomine Domini per sanctam obedientiam, precipio, ut hanc curam in spe auxilii Dei tuam postponens requiescas, moneo, ut aliquem substituatis loco meo: non quod velim fraternitatem vestram deserere: sed (si ita diuinus ordo se habet) aliquando sub eo, quem meo consilio praeficeretis, militare.

pro fratrum tuorum utilitate humiliter suscipias. Ista literas congruo tempore & Domino nostro & congregationi, & quibus oportebit, volo presentari. Tibi quoque Baldrice Prior, per sanctam obedientiam precipio, ut quicumque sit Abbas, Prioratum non deseras, nisi eius & meo consensu, dum viuo. Valet.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM VIII.

DE nullo (B) mihi melius videtur, quam de Dño Guillelmo, &c.] Hinc certo certius est Anselmum intus & in cute hunc nosse Wilhelmu; cum speciale non tantum de eo in sui locum legendo det consiliū, sed & votum faciat: quae quidem certissimo sunt argumento probitatis & sanctimoniae Guill. lmi. Agedū, videamus illum pusionem, sensimq; adolefcentem: videamus tyronem, cum hic videamus futurum non dico veteranum militem sed ducem. Anonymus Beccens in prologo historiae eiusdem pollicetur se eius successorisq; vitam posteris relicturū: unde est quod certius ei credamus narrationem hoc verborum flamine ordiehti: Venabilis Abbas Becci Guillelmus, nobili Normannorum profapia originem trahēs in veteri castro super Rillam, quod dicitur Monsfortis, claris parentibus est exortus. Pater eius Turstinus, mater Albereta dicebatur, Rogerii de Bellomonte, patris Roberti Comitis ex sorore neptis. Qui puer dum adhuc in cunis iaceret, graui molestia tactus pene visum amisit. Territa mater pro filio lugens cucurrit ad quandam ecclesiam S. Germani in eodem castro sitam, & obtulit illū super altare eiusdem ecclesiae, vouēs Deo, & beatissima Dei genetrici Mariae, sanctoq; Germano, quod si puer illam incōmoditatem oculorū, eorū auxilio euaderet, illum seruitū Dei nutrirer, literisq; imbuendū traderet, simulq; rogauit Deū, ut si aliter puerū sanare nollret, in se, i. e. in matrem infirmitatem illā couerteret. Quid plura: Annuit petitioni, & voto bonae matris gratia Saluatoris nostri, pietasq; eius sanctis, genetricis, necnon & beatils. confessoris Germani: & infans integrè restitutus est sospitati: matre verò infirmitas corripuit, nec multo post extinxit. Creuit puer, & cum ad cōgruam peruenisset aetatem, traditus est literarum studiis imbuendus. Caept itaq; boni indolis esse amore Dei feruere, honestis incedere, ab inhonestis animum reuocare. Iam mundi luxum spernebat, iam sermone, actu & habitu talē se exhibebat, ut iam tunc quasi monachus ab omnibus haberetur, quantum ad vitam morumq; spectabat informationē. Si quando à cognatis & amicis ad scholas aliquid pecuniae sibi mitteretur, quasi rem malam vitabat suscipere; sicut condiscipuli eius soliti erant referre: ita auaritia perhorrebat. Cūq; 25. ageret aetatis annū, desiderans vocem Domini implere, dicens: Qui non renunciat omnibus, quae possidet, nō potest meus esse discipulus: & si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Renunciāns mundo, Becci factus est monachus sub sanctissim. Abbate Anselmo. Ingressus monasteriū intentissimè religioni monasticae operam dabat: lectioni & silentio assiduus vitam suam honestè custodire admodum studebat: Ita Deo placere cupiēs, hominibus charus, in castris Domini Sabaoth, eius signa sequens, per 15. annos strenui militis officio functus, huic militiae B. Anselmo duce militauit tam strenuè, ut omnes eum diligerent, & nullus de eo

6. Ioh. 21.

a. scil. Rothomagensi.

e. Idem sentit & consulit epist. 14. infr. Iuo autem similiter suis fratrib. innominato tamen successore, epist. 17. Iterū, inquit, moneo, ut aliquem substituatis loco meo: non quod velim fraternitatem vestram deserere: sed (si ita diuinus ordo se habet) aliquando sub eo, quem meo consilio praeficeretis, militare.

6. Ioh. 21. oho Beccens. factus fuerat Abba ca. nobis.

6. Ioh. 21. vulgo Anselmus.

Int. 14. Mar. 16.

de eo cōquereretur, fama bonitatis eius circum-
 quaq; bonum Christi odorem de eo ferebat. Igi-
 tur B. Anselmo in Angliam translato, & Archiepi-
 scopo facto, cuius fastigiū virgæ prædictus Wil-
 lielmus antea cum veneratus fuisset, postea susci-
 pere meruit. *Huc vsq; Chron. Beccens. de Willemi in-
 amabilis pueritia & monachismo; Insequentia etenim,
 quoniam hinc in quartum Anselmi fuere traducta elogiū,
 reticent, int. rim mirabundus, qui Biographus iste præterie-
 rit, quod Willemus fuerit Prior Prixienfis, vt Anselmus
 peculiariter designauit. Sed, vt coniungam distincta, tan-
 dem vnuerforū calculi in Willemi electionem ongle-
 bati sunt.* Post hæc, ait *Chron.* vocatus venit, & in
 ordine suo sedit. Tunc Prior dixit ei, quod ad rē-
 gimen Beccensis ecclesiæ illū eligerent; & vt Ab-
 batis officium, & curam animarum susciperet ex
 parte Dei, & S. Mariæ, atq; omnium Sanctorū;
 nec non ex parte reuerendissimi patris Anselmi,
 præcepit: At ille in terram prostratus, precor Do-
 mini, aut de hoc quod iubetis omnino absolutū
 dimittite me: aut quomodo id adimplere pos-
 sim, docete. Prior ad hæc, vt dimittamini, ait, non
 est opus laborare, sed suscipite hanc curam in no-
 mine Domini: & nos vobis ex animo obedientes
 erimus. Statim ipsa die Abbas Rogerius & Prior,
 & quidā alii fratres cum eis assumpto electo suo
 ad curiam properarunt, & Roberto Normannor.
 duci præsentarunt. Quem alacriter, & cū magnō
 honore suscipiēs, dedit ei Abbatiam more ances-
 sorū suorū. Aderant n. principes, Robertus comes
 Mellenti, & Robertus Anschitilli cōsobrini
 eiusdem Willemi electi Becci, qui de eius pro-
 motione valde sunt gratulati. Tunc Comes Mel-
 lenti præcepit Roberto filio Anschitilli, vt nouum
 electum Becci ad monasterium cōduceret, man-
 dans omnib. ministris suis, ne quis ipsi Abbati vel
 hominib. eius in aliquo molestus esse præsumeret.
 Dedit tunc Comes Mellenti Robert. vt res quæ ad
 victum fratrum emebatur quietæ essent ab omni
 consuetudine: quæ vsq; ad illud tempus de rebus
 ad cibum monachorum pertinentib. vbicumq;
 emerentur, etiā in coquina Becci à ministris Bri-
 dum castri exigebatur. Procedente tempore de-
 dit idem Comes Mellenti per totam terrā suam,
 vbicumq; suū erat, hoc exigere, vel dimittere; ne
 omnino Dominicæ res monachorū Becci ad vi-
 ctum vel vestituram pertinentes, vbicumq; mona-
 chi essent, ad quorū vsus emebantur, siue in clau-
 stro, siue extra claustrum in negotiis monasteriū
 quietæ forent ab omni consuetudine, quæ telonei
 vel trāsitus vel aliō nomine nūcupatur. Hoc fe-
 cit pro amore Dei & Willemi Abbatis Becci cog-
 nati sui. Multa quoq; alia beneficia Beccensī cō-
 nobio contulit dum vixit, causā eiusdē Abbatis.
 Itaq; nouus electus accepto à duce Roberto, vt
 dictum est, Abbatia dono, & à Willemo Rotō-
 magensi Archiepiscopo animarum cura cū gratia
 Principis rediit à curia cū suis. Venit autē Beccum
 serō post completorium diē ante festiuitatem de-
 dicationis: quæ festiuitas est X. Cal. Nouemb. &
 eo anno Dominica diē euenit. Surgens ad matu-
 tinas venit nouus electus in chorū, & stetit in lo-
 co iuxta sedem Abbatis, & totum officium festi-
 uitatis, nocturnum & diurnū decenter vt Abbas
 compleuit. Acta sunt hæc anno Dominicæ incar-
 nationis 1093. In ipsa diē Willemus electus, sedit
 primū vt Abbas in Capitulo, ab illo diē dispo-
 nens omnia intus & extra cōuenienter, monaste-
 riū negotia; gaudentib. cunctis, quod talem Deus

Anselmo successorem, & sibi deditat pastore
 Tamen ante benedictionem, nec in sedem Ab-
 batis intrauit, nec virgam pastorale portauit. Sed
 & de benedictione acceleranda, nullā, vt videba-
 tur, curam habebat: quæ benedictio dilata est vs-
 que ad Augustum mensē anni insequentis. Ve-
 rum Anselmus non oblitus q̄ inceperat, rogauit
 Willemum Rotomagensem Archiepisc. de bē-
 nedictione Abbatis Becci; & hoc ipsum per lites
 Priori Baldrico, & cōuentū notificauit. In-
 trante Augusto mense Baldricus Prior, & alii qui-
 dam fratres cū eo perrexerunt Rotomagū cum
 Archiepiscop. locuturi de benedictione Abbatis.
 Qui diē benedictionis cōstituit in proxima fe-
 stiuitatis S. Laurētii. Reuersus Prior dixit cōuen-
 tui quæ ab Archiepisc. acceperat. Diē festiuitatis S.
 Laurentii, cum Archiepisc. ad altare staret infula-
 tus, atq; electus Becci esset vestib. factis indutus,
 & instaret hora, vt ad benedicendum presentaretur,
 audiuit à referentibus, q̄ Archiepisc. non be-
 nediceret eum, nisi professionem faceret: sed re-
 spondit se nullo modo facturū. Tunc Prior Becci
 Baldricus cum aliquantis monachis perrexit ad
 Comitem Normanniæ Robertum, intimans ei,
 q̄ Archiepisc. exigeret ab Abbate Becci professio-
 nem, q̄ antecessores eius non fecerant. Illico dux
 misit Guillelmū de Britolio, & Guillelmū filium
 Ricardi de Bardiulla cum Ernulpho Cācellario
 suo, mandans & præcipiens Willem. Archiepisc.
 vt Abbatem Becci sine mora benediceret, nihilq;
 ab eo exigeret, nisi q̄ constaret à Beccensib. Ab-
 batis antecessoribus eius factum esse. Audiens
 hoc Archiepiscop. iratus est valde, perfecit tamen
 quod inceptū erat: & Abbatē benedixit sine pro-
 fessione, quia præceptum Principis illū cogebat.
 Postea Abbas locutus est cum Archiepisc. atq; in
 tantam gratiam illum præsul accepit, vt nullum in
 Normānia Abbatem thariorem vel familiariorē
 haberet. Postera diē rediit ad monasterium: Ar-
 chiepisc. verō præcepit Guillelmo Cormelienti
 Abbati, vt simul cum eo pergeret, & in sedē Ab-
 batis vice sui introduceret. Venit autem cum ma-
 iori, qua potuit, humilitate, nudis pedib. & susce-
 ptus est à fratribus cum magno honore & gaudio
 in ecclesiam ductus. Tunc Abbas Cormelientis, vt
 sibi iustum erat, cum in sedem misit, & incipiens:
 Te Deum laudamus, osculatus est omnem cō-
 uentum. *Huc vsq; Cod. Becc. de Guillelmi electi. ne, quē,
 vt posteri norint dignissimū Anselmi successorem, dig. usq;
 patellam inuenisse operculum, citra p̄ lecto is vt spero fa-
 stidium. (nam de probis habitus sermo etiam pullulātem
 suffocat nauiscolam, tantū abest, vt existeret.) Suppingam
 breuiora quadam & crassiora virtutum eius lincamenta
 ex Becc. eadem tabula: Ille, inquit, vir bonus de quo
 loquimur Abbas scil. Guillelmus magnæ sapientie,
 bonis moribus ornatus, magnorum virorum
 propinquus, regi & primorib. regni acceptus, ita
 se modestē, humiliter & mansuete habebat, vt a-
 liquādo nescius & pene idiota videretur quibus-
 dam: verū si p̄pius accederes, & velut pericru-
 tando eius sensum de rebus dubiis interrogares,
 altam prudentiam, profundum cōsiliū, & ma-
 ximæ honestatis documentum inuenires. Erat
 quoque Deo deuotus maioribus summisq;
 subditis benignus, mansuetis bonus, seuerus in-
 disciplinatis: supra mensuram suam nihil vsurpa-
 bat, diuinis rebus omnem reuerētiam exhibebat,
 Deum timebat, peccatū quasi virus mortale odio
 habere fugiebat: Si quis benedictionem ab eo po-
 sceret,*

In mona-
 cho Beccens.
 factus fuerat
 Abbatē ca-
 nobii.

Guilgo Ansel-
 manus.

Inc. 14.
 Anselm. 16.

sceret, verbo magis quam manu benedicebat, dicens non esse suum manu benedicere, sed Episcoporum. Nullus Abbas, qui maiorem sollicitudinem gereret conuentus sui, talem illum fuisse sciunt, qui illi familiariter adhaerunt. Quippe ita compositus homo, ut nec turpiloquium ore proferret, scurrilitatis omne genus abhorreret: immunditiam mentis & corporis, ut virgo ab utero matris ignoraret: cibo potuque temperatus, honeste vercundus indole religiosa, decorus, bono ingenio sane intelligebat, blando sermone placebat: doctrina & exemplo utilis erat, &c. *Propè mihi ceciderat locus Gemmet. lib. 8. suae histor. cap. 6. vbi Guillelmum nostrum agnominat Bellomontanum ex genere materno, ut videre est in exordio huius narrationis.*

EPISTOLA IX.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Abbati Rogero frater Anselmus in hac vita prospere viuere in sanctitate, in futura feliciter in aeternitate.

Huius epist. meminit Biographus Abbatis eligendi, sic: mense Octob. aduenit quidam abbas nomine Rogerius Becc. monachus, vir bonus & multum religiosus, quem Anselm. (ut aiebat) iusserat literis suis Beccum venire, & in eligendo Abbate Beccenses quantum posset inuare. Sic MS. Becc.

Sic nobis inuicem confecti sumus ego & vos mutuae dilectionis in Deo, ut nec putem me indigere precibus, ut ipsa semper in nobis, quamdiu viuetis, viuat: nec vos indigere persuasionibus, quia Deo annuente, quamdiu viuam in me non deficiet. De Ecclesia Becci, (quia nihil in hoc mundo purius dilexi, nec diligo) si vestra sanctitas supplicationibus indigeret, utique corde & literis quia verbis praesens nequeo, quantum possem supplicarem, quatenus illi vestra consolatio & vestrum consilium & auxilium non deesset, & ut filios eius velut primogenitus & maior frater eorum, paternam sollicitudinem & maternam dulcedinem foueretur. Sed quoniam vestra prudentia, & vestrae charitatis sinceritas, hoc vobis persuadere sine mea exhortatione sufficiunt: & ego propter cordis abundantiam omnino tacere non valeam, hanc breuem commotionem sufficere ex nostra parte existimo. Mementote Dominici verbi ad Principem Apostolorum, velut ad fratrum suorum primogenitum: *(a) Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Salutate dominos & fratres nostros filios vestros, & eis precibus nostris & vestra commotione persuadeate; quatenus dilectio, qua me olim propter Deum dilexerunt, sic non deficiat: sicut non deficit ille, propter quem inceperunt. De conscientia mea ad Archiepiscopatum incunctanter credite & securè aliis asserite, quia nulla cupiditas (coram Deo loquor) quae in corde serui Dei contemptoris mundi esse non debeat, me trahat aut alligat: sed timor, aut charitas, aut obedientia Dei & ecclesiae eius. Literas istas aut exemplum earum Becci videri facite. Valet.*

EPISTOLA X.

SVO DILECTISSIMO PATRI REVERENDO Dn. Ebroicensi Episcopo Gisleberto frater Anselmus quod fidelis seruus & filius.

Se non honoris cupiditate suscepisse onus Archiepiscopij. Ad hunc autem Gislebertum est Inon. Carnot. episc. 178. in fragmento. De Guillel. Conquest. notatur,

quod diuina re confecta cum sarcophagum iam iam esset terra mandandum: Magnus Gislebertus Ebroicensis Episcopus in pulpitem ascendit: & prolixam locutionem de magnificentia defuncti Principis eloquenter protulit. In fine vita Herluini proto. anobis archa Beccensis, notatur quod eius exequias celebrarit, vbi à vita & scientia praestantia laudatur.

IN principio meae epistolae apud reuerendam mihi paternitatem vestram me excusare desidero, quia quod tardè illi scribo, postquam fors grauis mihi Archiepiscopatus super me cecidit, non hoc fecit negligentia vel obliuio, sed magna valde perturbati cordis mei dubitatio. Sic n. intra me luctabatur timor Dei, & timor oneris quod subire cogebatur, & dilectio earum, à quibus sine magna tristitia separari non poteram, ut cum ordinationi Dei resistere pertinaciter non auderem, & graue pondus & scissuram animae meae ab illorum animabus quos sicut me diligebam, & quibus solis viuere volebam, nimis horrerem: quoniam in mentis parte Deum volebam offendere: omnino dubium mihi esset, quid magis deberem eligere, aut ad quid potius auxilium amicorum expetere. In qua re, hoc vnum & tutissimum ut mihi visum est elegi consilium, ut, sicut scriptum est: *(a) lacta cogitatum tuum in Domino*, omnino me committerem diuino moderamini, & consilio. Ita tamen ut facerem quicquid possem sine peccato, ut quod volebam de me facere qui me eligebant, non fieret: & nihil facerem quod sine peccato dimittere possem, ut fieret. Quod quo affectu, qua simplicitate facere volui, vel in qua parte cor meum magis pependit, coram Deo ipse nouit, ad cuius regulam, intentionem meam in hac re pro meo intellectu & possibilitate volui dirigere: veniam ad hoc, quod me non parum contristat si verum est. Nouit enim prudentia vestra, mihi pater charissime, quoniam quanto sincerius aliquis diligit, & à dilecto diligitur, tanto molestius illi est, si dilectoris eius dilectio aliquo modo minuitur. Quod autem vestra celsitudo paruitatem meam dilexerit sincere, dubitare non possum, quia hoc certissimis argumentis beneficiorum, quae mihi & ecclesiae Beccensi, cui haecenus sub nomine Abbatis praesui, in dictis & factis, & cum multa benignitate & dulci pietate impendistis, probare possum. Quod, quoniam nullis obsequiis aut beneficiis me prius meruisse, aut postea retribuisse considero valde me reprehensibilem ego ipse iudico, si paternam vestram sanctitatem fideliter non diligo. Quanto ergo vos diligo sincerius, tanto si vestra dilectio erga me aliquatenus obnubilatur, mihi est amarius. Hoc idcirco dico reuerende mihi pater & Domine, quoniam audiui, quod paterna vestra sanctitas suspiceretur, me aliquatenus cupiditate Archiepiscopatus, ad quem dolens & tristis, & timens multis lachrymis testantibus trahor, illaqueari: unde valde timeo, mentis vestrae benignitatem erga humilitatem meam quamuis nequaquam hoc mereat, decolorari. Deum n. inuoco testem, in cuius conspectu mentiri non debeo, & quem mendacii testem inuocare nefas esse scio: quia secundum quod meam coram illo comprehendo conscientiam mallet, si hoc seruata charitate & obedientia (quas Deo debeo & Ecclesiae Dei propter Deum) possem monachica paupertate seruando & obediendo Abbati regulariter subesse, quam vni, vel multis, vel omnibus hominibus dominando in terrena

a Psal. 24. uigilauer. sio 72. habet: lacta sicut cura tuam: Hebras, Hierony. Proie super Dominum charitatem tuam: Chald. Proie super Dominum sicut tuam. Cassiod. Lacta in Deo cogitatum. Hilarius, cogitationem. Unde claret Anselmum habuisse aut versione aliquam peculiarem, aut exemplar diuersum & plerumque mutatis uoculis diffini. e.

a Dilatio consecrationis Ansel. mul. torum erat. semens malorum.

b Beccense cenobium destrudum erat, si Anselm. praefatus sua obstruxisset electioni.

celitudine & opulencia terrenarum rerum præesse. Certè (mi reuerende pater) coram Deo similiter loquor, non mentem meam trahit aut alligat ad Archiepiscopatum terrenæ alicuius rei, quam seruus Dei contemptor mundi contemnere debeat cupiditas, sed timoris Dei cogit, quam adhuc nõ video quomodo rumpere possim sine peccato, necessitas. Quod autè Dño nostro Comiti Normannorum Roberto, & patri nostro reuerendo Archiepisc. Guillelmo, & fratribus nostris Beccensibus mandauit, me nullo modo posse amplius sine peccato resistere, & quia voluntati Dei nullatenus possem obistere, & idcirco consilio virorum spiritualium, & plus timentium Deum quam hominem ageret idem Archiepiscopus, & mihi præciperet sicut monacho, qui non nisi per obedientiam venire vult: quid mihi potius faciendū esset, & quod scripsi prædictis fratrib. rem ad hoc perducere inuitabiliter: vt aut illis & aliis prodessem, si ordinationi Dei adquiescerent; aut nec illis, nec aliis prodessem: sed in tristitia viuerem deinceps, si pertinaciter agerent: & idcirco illis cõsului, sicut mihi commissis ad consulendum, vt nihil nisi consilio spiritualium de concessione mei, quæ ab illis exigebatur, facerent. Quidam nõ intelligentes, quid me cogeret, putauerunt cū hæc legeret, me cupiditate Archiepiscopatus esse deuictum. Sed certè non ita fuit, nec est: (a) sed videbam ex ipsa sola dilatione, quia non determinabatur quid futurum esset de me, iam præsentia multa & graua mala corporib. & animabus multorum nocentia nasci, & multo plura & grauiora nascitura, si diutius differrentur, quæ nunc non est opus dicere. (b) Inter quæ mala, erat distinctio Beccensis Ecclesiæ, & vt intelligebam, irreparabilis, sicut erat inuitabilis. Quam si viderem: in tanta tristitia deinceps viuerè, vt nec mihi, nec vlli vtilis essem. Sciebam etiam quia propter concessionem, vel contradictionem eorundem fratrum nostrorum nec maius, nec minus quod inceptum erat, fieret: & idcirco volebam, vt illi sine culpa & sine omni occasione imminentis periculi essent, quidquid fieret. Quod verò significauit voluntate fieri quod fiebat cui non possem obistere: non ita intellexi, quasi certus essem, quia Deo placeret; sed quia siue misericordie siue irate voluntate tamè Dei (cui resisti non potest) fieret. Solemus enim dicere, etiam cū certi sumus, quia iratus aliquid facit Deus, nullū posse voluntati eius resistere. Deniq; quicquid aliquis intelligat in literis meis de Archiepiscopatu, ego certus sum quia in simplicitate cordis mei, in quantum eam coram Deo seruare potui, locutus sum. Precor igitur dilectam mihi paternitatem vestram, vt potius sentia in dolore & timore meo miserationis vestræ consolationem. Quod non solum à vestra pietate, sed & ab hominibus qui me propter Deum hæctenus dilexerunt, disidero impetrare, ne aliquid paruum de me iniuste suspicantes eandem dilectionem malint abicere, quam seruare. Sed quidquid illi faciant: Oro Deum, & spero in Deo, quia ego semper eos diligam. Vestram autem rogo paternitatem, sicut de eius confido dilectione, vt quotiens opus fuerit, apud alios fiducialiter me defendatis à prædicta cupiditatis suspitione. Ecclesiam Beccensem, quam plusquam vitam corporis mei dilexi, & diligo; & quam tristis, tristem de mei amissione quantum ad corporalem præsentiam nõ dubito, vestræ pietatis consilio & auxilio, veluti animam

D. Ansel. Tom. 4.

meam toto cordis affectu lachrymis fluentibus commendo: Quatenus illam non solum per vos, sed & per quoscunq; potestis illos ad eiusdem ecclesiæ miserationem pia vestra miseratione conuertendo sustentetis. Omnipotens Deus diu vestram paternitatem in hac vita sub sua gratiæ continua protectione custodiat, & ad vitam æternam perducatur. Sigillum hæc epistola non habet, quia Abbas iam non sum, & Archiepiscopus nondum sum: nec me delectat pingi, quod non sum.

EPISTOLA XI.

DVLCISSIMO ET DELECTISSIMO suo dilectori Episcopo Beluacensi Fulconi frater Anselmus: aterna Dei protectione & consolatione gaudere.

Est ordine nona hæc inter excusas. Eiusdem est argumenti quàm præcedens & 7. supr.

SCIO mi dulcis amice, quantum dilectio vestra de illius (quem super omnem diligit hominem) insperata (a) corporali amissione contristaretur, nisi se sapienter diuinæ dispositionis consideratione consolaretur. Sicut enim in cordibus diligentium se inuicem spes & opportunitas confuendi se, nutrit quandam delectabilem dulcedinem: ita eiusdem rei desperatio ingerit molestam amaritudinem. De qua re vestra prudentia meam potest cognoscere cõscientiam. Sic enim cognosco vestræ dilectionis erga me sinceritatè, vt certus sim vos nõ ignorare meæ dilectionis erga vos, & erga illos, quibus illam ostēdebam, & maximè erga monachos Beccenses, veritatè. Nam nullus sic cognoscit amici veri cõscientiam, sicut ille qui veram gerit amicitiam. Considerate ergo, quæ possit esse in corde meo integra læticia; quem tot amicorum me desiderantium, & à me desiderantium contristat irreparabiliter perdita in hac vita præsentia. Vnusquisq; eorum de mei solius amissione corporali dolet, & anima mea de omnibus: quia ab eorum præsentia inuita tam inopinatè scinditur, dolet. Nam etsi maior multitudo similem exhibentium dilectionem in Anglia me videatur lætificare: nullatenus tamen tam longo tempore radicatam & nutritam priorem dilectionem de corde meo valet eradicare. Vera n. charitas non diligit minus priores amicos interius, etiam si exterius pariter nequeat operari, cum ad plures extenditur, sicut nec à prioribus: si veri amici sunt minus non timet diligi, cum à pluribus diligitur. Et quidè si qua mihi consolatio est multitudinis amicorum præsentium, ad angorem, quæ gero de priorum absentia: illud utiq; efficere nequit, vt non contrister de illorum, qui quanto me magis diligunt, tanto magis contristantur de absentia dilecti & dilectoris sui tristitia. Delectat me cū dulci amico meo scribo de charitatis sinceritate, & de eius efficacia diu tractare: sed quoniã epistolæ breuitas hoc non patitur, cum & aliud velim dicere, necesse est me iam materiam mutare. Quidam (vt auctori) suspicantur me Archiepiscopatus concupiscentia, ad quem dolens & timens trahor, detineri. Quod siue suo errore, siue aliena persuasione faciant, parcat illis Deus, qui videt, quia falluntur & peccant. Non me excuso apud vestram fraternitatem mihi dilectissimam, quæ, ex quo me cognouit familiarissima & longa conuersatione: meam indubitanter didicit & credidit de secularis honoris ambitione consci-

H entiam

a Dilatio cõsecrationis Ansel. multorum erat ieiunium maiorum.

b Beccense cenobium destruetum erat, si Anselm præsentis sui obstitisset electioni.

a Antebac mendose, legatur. No separata.

a Psalm. 74. vulgariter. sicut 72. habet. Iacta super Dominum curam suam: Hebrae, Eitrony. Proice super Dominum charitatem tuam: Chald. Proice super Dominum spiritum tuum. Cassiod. Iacta in Deo cogitationem. Hilarius, cogitationem. Vnde claret Anselmum habuisse aut versionem aliquam peculiaritatem, aut exemplar diuersum & pleriq; mutatis voculis dissimulati.

antiam. Quam tantò verius cognouistis, quanto securius vos & totam vitam vestram sensui meo iudicioque meo commisistis. Sed apud eos me excuso quicunq; hanc lecturi sunt epistolam, vt sciant quid mihi dicat conscientia mea coram Deo, & aliis ignorantibus cum opus erit, respondeant pro me: si non propter me, vel propter Deum. Multum enim nocet infirmis in ecclesia Dei opinio alicuius vitii: siue vera, siue falsa sit de aliquo homine, & maxime de eo qui sic est in ecclesia Catholica constitutus, vt & verbo & exemplo vite aliis debeat & possit prodesse. Sciant ergo omnes, sicut mea conscientia mihi dicit coram Deo, què inuocare testè mendacii, nefas esse scio: quia non me rapit aut alligat ad Archiepiscopatum Anglorum cupiditas alicuius rei; quam seruus Dei contemptor mundi cõtemnere debeat: sed timor Dei me cogit pati, vt quamuis dolens & timens ab ecclesia Dei trahar: & quia, si mihi licebit seruata obedientia & charitate, quas Deo debeo & ecclesie eius matri meae propter eum; (a) potius & libentius eligerem sub Abbate & sub regulari disciplina in monachica paupertate & humilitate esse, & obedire, & seruire, quam regnare in hoc mundo seculariter, aut dominari, aut Archiepiscopatum siue Episcopatum possidere, vel Abbatiam: aut hominibus quibuslibet præesse ad animarum gubernationem, siue ad corporum sustentationem, in magna terrarum & rerum tetrenarum possessione & opulentia. Quod ego ipse non imputo mihi tantum ad virtutem; quatum ad hoc, quia talem me scio tam parum vtilem, parum fortem, parum strenuum, parum prudentem, parum iustum: vt potius mihi congruat & expediat subesse prælato, quam aliis præesse; obedire, quam præcipere: seruire, quam dominari: ministrare, quam ministrari. Cogor hæc de me confiteri, sed malo hæc in simplicitate mea (vt puto) sine omni duplicitate de me dicere quam pati, vt alii homines peccent in me: aut vt malum exemplum sumant per ignorantiam & errorem suum de me. Qui mihi hæc de me confiteri credit, certus sit, quia hoc credendo non fallitur si mea conscientia coram Deo non fallit: & qui non credit, verum est, & quia ipse falso & temerariè de me iudicando se fallit. Omnipotens Dominus faciat vos in hac vita & in futura indeficienti sua protectione, & consolatione gaudere.

EPISTOLA XII.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Episcopo Parisiensi Iohanni Frater Anselmus Dei disponentis omnia dispositione electus Archiepiscopus Cantuariæ: presentis vite Deo placitam sanctitatem, & futuræ æternam felicitatem.

Extat 10. in lib. impressis. Clericos monachismum amplectentes, non esse ab Episcopo reuocandos.

QUAMVIS diuina dispositio valde longè à reuerentia vestra meam separet paruitatem: nulla tamen longinquitas debet miuere meam, quam vestra multis modis meruit benignitas, fidelitatem. Quapropter si quid de vestra celsitudine audio, vnde mihi sit congaudendum: semper volo congaudere, & si quid cognosco, quod vestram dignitatem mutare deceat, familiari fiducia eam charitatiue & humiliter debeo commone. Didici quod Dominus Waterannus

charissimus amicus noster cantor ecclesie Deo inspirante habitum sanctæ conuersationis studiosè & intensissimè petens (a) in monasterium S. Martini de Campia eo gaudio quo debent suscipi, & inde violenter à vobis, quemadmodum non necesse fuerat, abstractus. De quare, quamuis vestra prudentia meo consilio non cogat: cogunt tamen fidelitas & dilectio, (quas vobis & illi debeo,) mentem meam, vt vestræ reuerentiæ aliquid suggerat. Non loquor sapientiori me quasi docendo, sed velut ea quæ melius me scit breuiter commemorando. Mi pater, si (b) omnia facienda sunt cum consilio, cuius magis consilio, quam eius, qui (c) admirabilis consiliarius Deus fortis dicitur? Ipse quippe consulit ad perfectionem nitentibus & sequentibus, vt omnia relinquunt & se sequantur. Ipse (d) omnia relinquentibus & sequentibus se promittit, quia sedebunt cum illo in iudicio iudicantes duo decim tribus Israel. Ipse est qui inuitat laborantes, & oneratos amore & curis secularibus, vt ad se veniant & requiescant. Hoc consilium magis in monachico quam alio vite proposito impleri sancti Patres intellexerunt. (e) Beatus namq; Gregorius in lib. 14. Registri: scitis, quid mandet Deiderio Episcopo de quodam, qui diuina inspiratione compunctus gratiam monachicæ conuersationis appetierat: quo modo scilicet hortetur eundem Episcopum, vt propositum eius nullo modo impediat: sed magis eum, quantum valet, pastoralis admonitione succendat, ne feruor conceptus in eo tepescat, nec vllatenus debere eum, qui monasterii portum petiit: rursus ecclesiasticarum curarum perturbationibus implicari. (f) In Toletano Concilio IV. legistis (g) clericos monachorum propositum appetentes, quia meliorem vitam sequi cupiant, liberos esse debere ab Episcopis ad monasteriorum ingressus. Pauca dixi de multis. Si ergo dicere contra Dominum, & contra tot sanctos Patres, dicta Domini veraciter intelligentes est peccatum, facere contra, manibus non dicam quomodo, sed quo modo vos scitis quid est? Et qui (h) separat pretiosum à vili, id est, animam à sæculo tanquam os Dei (sicut scriptum est) erit: ille cuius os & manus retrahunt animam ad hærentem post Deum ad sæculum, quid erit? Absit mi Domine: nolit Deus vt super Episcopum cadat quod Deus dicit: (i) qui non colligit mecum, dispergit: & qui non est mecum, contra me est. (k) Horrendum est etiam auditu, vt quod Christus elegit de mundo, Episcopus religet in mundo: Et quod Christus trahit ad portum, de procellis & tempestatibus mundi, hoc Episcopus retrahat à portu in naufragos turbines mundi: Et quod Christus abscondit in ouili à multitudine infidantium luporum; hoc Episcopus rapiat, & exponat multitudini luporum. Mi reuerende pater, ne sit molestum prudentiæ vestræ, quia sic loquor. Non enim hoc dico, quia velim ostendere quod huiusmodi sitis: sed quia desidero, vt huiusmodi nõ sitis. (l) Consideret, & retractet prudentia vestra quod fecit de prædicto suo canonico: & si quid fecit, quod mutandum

est lex posita: sed vbi spiritus Domini, ibi libertas. Sic Urbanus 500. ab hinc annis relatus à Stephano Tornacensi in epistolis suis p. 6. v. Cod. N. Fabri Parisiensis. in Hierem. 15. i. Matth. 12.

k Horrendum est auditu Episcopum velle relocare in mundum, quod Christus hinc reuocauit.

l Hæc dicitur & manens in hoc loco in exempl. prioribus.

a Idem Edinernus prodidit lib. 2. vita Anselmi: qui antea epist. 7. idem testificatus est.

a Ia bodie
e: Lucia
Parisiorum
via Marti
niana, idem
seruans a
gnomen de
Campia: aut
Campis: quod
quod huius
co suburbano
no, in cuius
solore Hen
ricus I. Ro
berti Franco
rum regis si
lunt illud ex
truxit D.
Martino
Campellus
nomen esset,
in Campes
tribus ab
undaret.
b Ecol. 32.
c Esai. 9.
d Matth. 19.
e Iuxta di
uisionem Re
gistri, quod
extat, id scri
ptam est lib.
20. epist. 44.

f Canon. 49.
g dist. 10. q.
10. c. cleri
cis iungo D.
Thom. 2. 2.
q. 189. art. 7.
g Non san
ctum mona
chorum, sed
etiam Cano
nicorum Re
gularium so
cietatem ex
petentibus
clericis con
cessit Urban
us I. h. u
verbis: Si q
in ecclesia
sua sub Epi
scopo popu
lū retinet, si
afflatus spi
ritu sancto,
in aliquo
monasterio
vel regulari
Canonica
saluare se
voluerit, &
iam episco
po suo con
tradiciente,
eat liberau
toritate
nostra. In
sto enim nõ

Consecra
tionis Ansel.
dies.
e hunc diem
appellat pri
die Non. De
cent. infra
epist. 15.
f eodem cla
sula finit e
pist. 10. supra.

EPISTOLA XIII.

DOMINO ET AMICO CHARISSIMO Waleranno olim Cantori Parisiensis ecclesie frater Anselmus Archiepiscopus Cantuarie semper ad meliora proficere & nunquam deficere,

Ut arreptum vite monastica propositum strenue persequatur.

AVdiui amice charissime, quia propositum sancte conuersationis eligens monasterium sancti Martini sub charissimo amico meo Domino Priore Vrsone ingressus fueras, & valde de tanto bono amici mei letatus sum. Sed postea didici, quia dominus noster Episcopus tuus te inde vi retraxerit, & tristis factus sum. Et quoniam honestatem tuam, de cuius dilectione certus sum, sine figmento dilexi, & diligo: reprehendit mea conscientia, si te visitare meis literis & possibilitate mea in tanto periculo tibi contulere charitatiue non studeo. Timeo enim ne diaboli caliditas animam tuam dilectam mihi decipiat: ne tibi, quoniam vi abstraheris & nolens a sancto proposito posse in clericatu licite & sine culpa ut olim permanere persuadeat. Certus esto charissime, quia nullo modo hoc potest anima tua sine sui reprobatione suscipere: quamuis hoc Episcopi sui autoritate velit defendere. Christus enim dicit: (b) Nem. mittens manum suam ad aratrum & retro respiciens ap. us est regno cœlorum. Mens tua ab aratro Christi retro respicit, si a proposito, ad quod te vocauit Christus, & quod incepisti, aliqua occasione tepescendo deficit. Sicut enim Episcopi seruant sibi autoritatem, quamdiu concordant Christo: ita ipsi sibi eam adimunt, cum discordant a Christo. Omnis Episcopus qui habet vocem Christi, Christus est: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Lege in Euangelio posthæc verba: (c) Alienum non sequuntur sed sugunt ab eo: qui a non nouerunt vocem alienorum. Si persecutio corporis fugienda est de ciuitate in ciuitatem, quanto magis persecutio animæ? Annon est animæ fugienda persecutio, animam prohibere sequi Christi consilium? Amice, charissime, si multa nō legisses, & rationabilis ingenii non esses: multa tibi dicerem, ut quam bonum sit quod incepisti: & quam malum, si ab incepto defecis, ostenderem. Breuiter dico nihil salubrius potuisti incipere, nihil periculosius potes relinquere. Nihil igitur separet animam tuā a proposito monachico, quod incepisti. Lege in (d) Concilio Toletano Quarto de clericis petentibus vitam monachicam, & in 14. libri Registri epistolā ad Desiderium Episcopum de clerico facto monacho. Omnipotens Dominus dirigat & corroboret, & consoletur cor tuum. Amen.

EPISTOLA XIV.

DOMINO, ET AMICO CHARISSIMO Fudoni: frater Anselmus salutem & fideles orationes.

Quem velis & consulat ecclesia Beccensi presicere.

DIU est, quod literis vestris de eligendo Abbate in Beccensi ecclesia respondi: sed (sicut audio) lator mearum literarum in mari captus, ad vos venire prohibitus est. Quod tardè sciens,

H 2 iterum

videndum intelligat: non eam pudeat facere, quod magis deceat. Non enim adeo mirandum, si subito motu de tam strenui clerici amissione aliquid non premeditatè feceris: sed hoc valde est laudandum, si mutatis, quod mutandum intelligitis. Saluto dominos & amicos nostros canonicos vestros, quos, etiamsi singulos nō cognoui: omnes tamen diligere & seruire volui. Quos omnes vobiscū supplex precor, (d) ut consecrationem meā, quæ (e) in dominica (qua cantatur populus Syon) ordinata est Deo annuente fieri: suis orationibus non meis meritis, sed sua charitate præueniant. Omnipotens Dominus sic vos vsq; in finem vitæ dirigat & custodiat, ut post hanc vitam æternam beatitudinem vobis retribuatur. (f) Sigillum hæc epistola non habet, quia & Abbas iam non sum, & Archiepiscopus nondum sum: nec me delectat pingi quod non sum.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM XII.

IOhannibus,] alias Goffredo, Gaufrido, Gaufrido, & varia sunt & discrepantes scripturarum, impressorumq; voluminum lectiones. Paulus Amilius lib. 2. annalium habet, Gotofredo, quem Eustachij Comitis Bononiensis fratrem fuisse asseruat. & F. Ant. C. ncellarium, virumq; non modo in re sacra, sed & profana potentissimum. Sane de Cancellarij dignitate est verus testimoniū in Diplomate Phi. ppti Francorum regis dato Aur. lianis anno 1075 in quo vocatur re. is Cancellarius, & Parisiorum Episcopus. Vnde palam est illum multos annos Parisiensem Ecclesiam gubernasse. Sed hac impresentiarum satis sint nam plura dicturi sumus in histori. episcoporum Parisiensium, quam premeditamur, det Deus huic quoque finem.

[Vt [D] consecrationem meam, quæ in Dominica, qua catur populus Syon, ordinata est, &c.] Hæc est Dominica secunda Aduentus, quæ cum hoc anno incidit in 4. Decem. seu priā Non. Decemb. ut Anselmus designat epist. 15. sequen. i. necessario prima Dominica Aduentus celebrata est 27. Nouemb. quo principio Aduentus nullum habet. alius: sicut nec inferius 3. Non. Decemb. Pridie ergo Nonas Decembris, Anselmus qui sanctus dicitur, & meritò, ex confinio Burgundie ortus. Becci monachus, & secundus Abbas: postea Cantuarie Archiepiscopus consecratus est à W. kelino Wintoniensi, & Mauricio Londoniensi Episcopis; His enim verbis tabula Cantuariensis MS. in Biblioth. S. Victoris Paris. recitant anselmum inaugurat. onem: quæ eodem a. no vid. l. 1093. facta est, quæ electio, assertoribus Edmer. lib. 2. vita eiusdem. Malmesb. Rogero Honeveno Thom. Walsinghamo, Matth. Paris. Non sunt igitur audiendi Matth. Pa. mer. in add. ad Ch. onicon Eusebij scribens, Anno 1090. Anselmus Cantuarie Episcopus bonitate vite & ingenij acumine clarus in Anglia. Nec Georgius Lilius i. tradens anno 1095. multo minus Sigibertus eius anno 1097. Lanfranco defuncto anselmum successisse in presulatu Cantuarie. Non sunt inquam audiendi, ac in prius Palmarius: Tantum animi abest, ut Anselmus, tum in Angl. a clarer. t. cum ne quidē degeret. Nam ex Lili supputatione is est ann. defuncti Lanfranci: Imò illa vltima eiusdem egritudine, Anselmus erat Becci in Normannia, ut liquet ex epist. 53. lib. 2. ad eundem lecto decumbentem ex dysenteria. Sigiberte ti & Lili errorem prodidisse, viciisse est aliorum testimonij, qui Edmerum Anselmi conuictorem secuti sunt.

D. Anselm. Tom. 4.

a Fuit ille primus huius cœnobij propositus, ex quo Philip. I. Francor. rex inde clericos incontinētiore expulisset, sedalesq; Cœnias conuictos inuixisset 1082. Vrsonis meminit in epi. 29. lib. 2.

b Luc. 9.

c Ioan. 10. quem locuto mutilatam integravimus.

d relato in epist. antecod.

a Id bodich
b Lutetia
c Parisiorum
d Martiana, idem
e seruan a
f gnomen de
g Campu aut
h Campesie
i quod huius
k co suburbia
l no. in cuius
m solorex Fran
n ricus I. Ro
o bertis Fraso
p rum regis si
q lins illud ex
r truxit D.
s Martino)
t Campelle
u nomen esset,
v & Campes
w sribus ab
x undaret.
y Eccl. 32.
z Esai. 9.
aa Matth. 19.
ab Intra di
ac uisionem Re
ad gistri, quod
ae extat, in scri
af ptam est lib.
ag 10. epist. 44.
ah Canon. 49.
ai dist. 10. q.
aj 10. c. clerici
ak cui iunge D.
al Thom. 2. a.
am q. 189. art. 7.
an Non san
ao tum mona
ap chorum, sed
aq etiam Cano
ar nicorum Re
as gularium so
at cietatem ex
av pesentibus
ay clericis con
az cessit Vrb
ba nus I. h
bb verbis: Si q
bc in ecclesia
bd sua sub Epi
be sco po popu
bf liu retinet, si
bg afflatus spi
bh ritu sancto,
bi in aliquo
bj monasterio
bk vel regulari
bl Canonica
bm saluare se
bn voluerit, &
bo iam episco
bp po suo con
bt tadicente,
bu eat libera
bv ctoritate
bx nostra. In
by sto enim nō
bz anus 300. ab
ba u. Cod. N. Ta
bd m dnm, quæ

a Idem vult
& consilium
epist. 8. supra.

iterum mando Domino nostro Comiti, & vobis de re predicta nostrum secundum iussionem eius consilium. De nullo fratrum eiusdem ecclesie volo, aut consulo tantum ut Abbas fiat in illa, (a) quantum de Dn. Willelmo, qui Prior fuit apud Pecciun, quatenus plures alii sint inter eos Dei gratia hac praelatione non indigni. Vobis autem gratias ago quantas possum, ut verissimo amico, pro eleemosyna vestra, & propria cura quam habetis de Ecclesia Becci, quam vobis commendo sicut animam meam, quia plus eam diligo quam presentem vitam meam. Nulli enim confidentius commendo rem tam charam cordi meo, quam verè dilecto dilectori meo. Precor, obsecro, ut non solum per vos eam vestro consilio & auxilio adiuuetis, sed & ad alios ad eius miserationem & sustentationem, & dilectionem, quantum potestis conuertendo eam sustentetis. Et si contigerit, ut aliquando aliter aliquo modo sese habeat (quod Deus auertat) quam oportet, confidenter eam ut verus amicus corripite & arguite, & donec corrigatur charitatiue insultite. Dilectionem meam & fidelitatem, quas erga vos habui, ex quo vos cognoui, & quae tanto magis in corde meo creuerunt, quanto magis vestram erga me dilectionem veriorè probavi, scitote (Deo annuente) quamdiu viam perseueraturas. Omnipotens Dominus vos sub sua continua protectione sic in hac vita custodiat, ut ad vitam aeternam perducatur. Amen.

EPISTOLA XV.

DILECTISSIMIS SVIS DOMINO

Priori Baldrico, & aliis monachis Becci: frater Anselmus semper velle, & facere quae

Deo placent, & quae expediunt.

De suavissimis literis Roberti Normannorum Ducis ad se missis.

GRatia Dei faciente Dominus noster Princeps Normannorum misit mihi literas plenas magna benignitate & excusatione sui, si quid aut credidit aut dixit de me aliter quam decuit, amore meo, & dolore de amissione mea cogente ob meam ad Archiepiscopatum electionem. In quibus literis, & de Abbate vobis constituendo petiit benignè meum consilium: quod non solum in hac re, sed & in aliis rebus se libenter accepturum promisit. Consilium autem de hac re illi mando, & vobis remando, quod mandavi per Dn. Girardum fratrem nostrum. Rex Anglorum vobis mandat salutem, & auxilium suum & custodiam rerum vestrarum quae sunt in sua potestate quamdiu meo consilio agetis & viuetis. Si autem illud spreueritis, in illo proficuum non habebitis, cum ex vestra parte aliqua mihi mittitur epistola, secretè & mihi soli legenda: non minus sit gracilis scriptura. Postquam enim illud, quod de me inceptum esse mecum doletis, contigit: multae (a) diurnae & nocturnae lachrymae visui meo nimis nocuerunt. Non enim celsitudo aut opulentia Archiepiscopatus eas tantum valuerunt suas copias reprimere, quantum timor & tedium eius eas potuerunt sua perturbatio e exprimere. Amici mei compatimini mihi, quia ego compatior vobis. Orate pro me, quia ego si possum oro pro vobis. Consecratio (b) mea ordinata est fieri prima die Dominica post festiuitatem S. Andreae,

a Visus D.
Anselmo mi-
nutus ex tor-
rentelachry-
marum, quae
effuderat die
sua in augu-
rationis.

b Antea mo-
morauit epis-
sub fin.

pridie videlicet nonas Decembr. (c) Praeuenite eam vestris orationibus: & mandate hoc monachis & sanctimonialibus per Normanniam inclusis, & claustralibus & amicis nostris in Francia. Valete.

EPISTOLA XVI.

ANSELMVS SERVVS SERVORVM
Dei vocatus Archiepiscopus dilectissimis in Christo filiis Willelmo Abbati & ceteris Beccensis ecclesiae monachis,
salutem.

Accommodat odam Angelicam suo instituto Luc. 1. sic epist. 1. lib. 1. & 10. lib. 2. De Abbate à Beccensibus in suum locum surrogato gratulatur precipiens monachis, hunc patris: & Abbati filiorum loco sibi hos esse De huius Willelmi in Abbatem subleuati virtutibus est notatio ad epist. 8. supra; & hoc Guillelm. Gemmet. elogium lib. 8. h. st. Duc. Normann. cap. 5. quo religionis commendatur nomine. prater quem est potissima testificatio Anselmi.

GLoria in excelsis Deo, & in Ecclesia Beccensi pax fratribus bonae voluntatis. Grates immensa clementiae Dei, quae sicut vobis pastoralis solatio destitutis visitationis suae gratiam voluit impartire, ita eandem longa rerum expectatione noluit protelare. Iterum ago grates clementiae illius, quod licet non omnino, sicut vellem, aliquo tamen modo animi mei desiderio dignata est occurrere: dum me superstitè alium in praefata ecclesia Abbatem secundum iuge desiderium meum constituerit. Sed cum illud indefinenter eius intentionis speculatione desiderarem, ut & vobis ante mortem meam consultis, finem vitae cum gaudio expectare, & ab omni mundanarum specie rerum segregatus quietam inter vos vitam posse agere, noluit in hac parte superna prouidentia desiderium meum adimplere, sed ad magnum (ut valde pertimesco) animae meae detrimentum maioribus quam ante rerum tumultibus voluit implicare. Proinde quantum in vno, quod à Deo exauditus sum, gaudeo, tantum in alio quod exaudire me noluit, doleo. Paternam tamen nunc, sicut semper, sollicitudinem pro vobis gerens, moneo vos sicut filios meos charissimos, & sicut eos quos in visceribus Christi tenerimo semper affectu dilexi, & diligere volo: ut secundum B. Apostoli vocem id (a) ipsum inuicem sentiat, propositum animi ad meliora quotidie dirigatis: & ei, quem diuina pietas vobis praesse voluit, humilem in omnibus obedientiam exhibeat, memores illius praeepti quod nos idem Apostolus admonet, dicens: (b) Obedi-
te praeceptis vestris, & subiicite vos eis. Tibi autem charissime frater Willelme & in omni sanctae religionis obseruatione animo meo probate, quem Dei gratia tam sancto monachorum gregi rectorem post me fieri constituit, hanc facio suggestionem: ut ita de animabus fratrum sub tuo regimine consistentium sollicitus existas, quatenus callidi hostis insidiae nulla eis arte protegente Deo nocere valeant: sed sollicitudinis tuae custodia, vallata boni pastoris tutamina se inuenisse gaudeant. Sicque te in omnibus, quae agis, moderatum exhibere festines, ut neque iustitiam gratia, neque gratiam iustitia qualibet vnquam priuata subreptione excludat. Sed ita altero semper alterum coniungas, ut in utroque monasterii ordo inuiolata rectitudine seruari valeat. Nunquam ab animo tuo

c Vagandus
Anselm. Regi-
nat. vultur-
forum mona-
chorum mo-
nialium que
Normannia-
rum & Fra-
corum prae-
auxilia.

Proverb. 8.

a Rom. 12.

b Hebr. 13.

mo tuo excidat, quod Dominus negligēti pastori per Salomonem dicit: *Fili mi, (c) si sponderis pro amico tuo, desixisti apud extraneum manum tuam: Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus tuis.* Plura me loqui delectaret, si aut epistolae breuitas permitteret, aut tua sanctitas melius facere, quam ego dicere nesciret. Omnes tamen vos hac postrema supplicatione conuenio, ut expertum semper dulcedinis vestrae amorem erga me tepescere non sinatis, quoniam ego, etsi corporali presentia vobiscum esse nequeo, cordis tamen amore vobiscum manere nunquam desisto. Memores etiā estote, quā ratione semper ecclesiae Beccensi amicos acquirere consueui: & hoc exēplo amicos vobis vndecunque acquirere festinate, hospitalitatis bonum sectando, benignitatem omnibus impendendo, & vbi facultas operis defuerit, affabilis sermonis gratiam porrigēdo. Nec unquam satis vos habere amicos credatis, sed siue diuites siue pauperes omnes vobis in amore fraternitatis conglutinate: quatenus hoc, & ad vestrae ecclesiae vtilitatem proficere, & ad eorū quos diligitis salutem valeat pertingere. De benedictione tua frater Willelme Comiti & Archiepiscopo mandauit, atque ut omnia decenter fierent rogauit. Literis tuis, quas per Dominum Gisbertum, & Dominum Ioffridum misisti, ideo non respondi, quia & istae literae antea scriptae fuerunt: & portitor earum multum festinauit.

EPISTOLA XVII.

ANSELMVS VOCATVS ARCHIEPISCOPUS, dulcissimis & dilectissimis filiis suis iuuenibus & adolescentibus Beccensibus qui & suas in Angliam miserunt epistolas Dei & suam quantum valet si quid valet benedictionem.

De literis à Beccensibus ad Anselmum misis.

LEGI in literis vestris dilectissimum & dulcissimum affectum vestrum erga dilectum dilectorem vestrum: quas saepe legi & saepe interiora cordis mei vestrae dilectionis consideratione pie commouerunt, & faciem meam lachrymis meis fluentibus perfuderunt. Ad quod, cum vnus vestrum sola sufficeret dilectio, tārō plenius tamen & vehementius hoc fecerunt, quāto in vestris dictis similem animum & affectum aliorum cogitabam, qui literas non miserunt. Sic enim dilectio vestra conglutinata est animae meae, ut eam intentē cogitare nequeat, sine quadam magna sui vulneratione, de dilectorum filiorum suorum violenta ablatione & separatione. Quod autem significastis, vos mecum desiderare semper esse, certē, & ego desidero. Sed quoniam aliter disponit Deus, quam desideremus, nec video opportunum esse animab. vestris, quas sicut meam, teste vestra conscientia, diligo, ut mecum possitis conuersari precor, monco, cōsulo: quatenus mecum supernam dispositionem patienter toleretis, & vestram tristitiam tolerando mitigantes meam quoque mitigetis, vestra namq; tristitia mea est, & vestra consolatio mea est. Quod non solum vobis dico fratres dulcissimi, sed & omnibus qui eandem molestiam vobiscum ferunt pro absentia dilectoris sui dilectissimi. Scio, quia si speraretis vos adhuc in hac vita aliquāto tempore me-

D. Anselm. Tom. 4.

cum conuersaturos magnae consolationis vobis esset. Quāto ergo maiorem consolationem habere debemus, si in futura vita nos in aeternum simul victuros & congratulatuos speramus? Consolamini igitur filii mei, consolamini, & vos subiicite voluntati Dei, qui melius scit quid vobis expediat quā vos ipsi: Quatenus aliquid maius vobis retribuatur Deus pro hac patientia, quā vobis prouenire posset ex mea praesentia. Certi estote, quia nulla locorum distantia, nulla temporum diuturnitas dulcedinem amoris vestri sicut spero in Deo à corde meo poterit separare. Et illis, qui meam in literis suis se significauerunt velle absolute, & illis qui quamuis eam per literas non petierunt, tamen eam volunt, mando meam coram Deo absolute & benedictionem, & oro ut Deus omnipotens illos ab omnibus peccatis absoluat, & in vitam aeternam benedicat: Amen.

EPISTOLA XVIII.

ANSELMVS SERVVS SERVORVM Dei, vocatus Archiepiscopus reuerēde & diligēdae vitae merito Comitissae Idae, sic in hac vita Deo seruire, ut in futura mereatur cum Deo regnare.

Hortatur Comitissam ad sanctimoniam perseverantiam; ad eandem scripsit epist. 73. lib. 1. & 24. lib. 2.

SCIO & certus sum (Domina mihi in Deo charissima, soror dilectissima, filia dulcissima) quia sancta tua dilectio, (qua me semper in corde tuo presentem quasi patrem spiritualem reuerenter & delectabiliter amplecteris) incessanter desiderat ea, quae de me & erga me sunt, cognoscere, & ex mea parte aliquid audire & legere: quatenus mihi secundū verā charitatis regulam congaudeat aut compatiatur. Cui tuae dilectioni cor meum utique simili respondet affectu: Quoniam ergo & per epistolam congruum non esset narrare nunc, quae de me facta sunt hoc anno siue qualiter cor meum illa sustineat: & Dñs Rainerius dilectus amicus noster, clericus vester multa per se vidit & plura me narrante didicit, illum precatus sum, ut ea, quae de me interius & exterius cognouit, sicut qui ad hoc ipsum se à vestra reuerentia missum fatetur, viva voce viuis vocibus notificet. Et quoniam iam olim certissime expertus sum filia in Deo mihi dilectissima, monita mea cor tuum delectabiliter suscipere atq; animam tuam curae meae penitus te commisisse memini, aliquid necesse est quod ad exhortationem tuam pertineat subiungere. Amica charissima in Deo, Dominus dicit. Multi sunt vocati; pauci vero electi. Nunquā ergo securā sis, te inter electos computari debere, donec ita viuas ut pauci sint quibus vita tua debeat comparari, & cum te in numero paucorum esse cognoueris; adhuc time: quia adhuc dubium erit, si inter paucos electos fueris, donec te, de illis paucis videas, de quorū electione nulla manet dubietas. Qui enim dixit, pauci sunt electi, non utique dixit, quam pauci: ut quantumcunque nobis videamur profecisse, semper iudicemus, nos nondum nisi ad initium proficiendi peruenisse. Hortor igitur & consulo filiae meae, quae se meo commisit consilio, ut bene viuendi studium quod olim incepit nullatenus languescat, sed quasi quotidie incipiat, per singulos dies feruescat. Omnipotens Deus ab omnibus peccatis

H 3 catia

catis te clementer absoluat & benedicat in æternum, & quantum mihi diuina gratia concedit, meam semper habeas absolutionem & benedictionem. Amen.

EPISTOLA XIX.

ANSELMVS SERVVS SERVORVM Christi vocatus Archiepiscopus: dilecto & reuerendo Episcopo Guigornienſi Vulfſtano: sic in arrepto ſanctitatis propoſito perſeuerare, vt mereatur in æterna beatitudine ſine fine regnare.

Inter Lanfranci epistolae reperi vnā ad eum scriptam, Archiepiscopum Cantuariensem ab omni a-uo deditasse villas sui iuris constitutas in aliorum Episcoporum diocesisibus.

SANCTITAS & sapientia vestra, quæ in diu-
sterna ætate per Dei gratiam in vobis multum
creuerunt, & certitudo dilectionis vestræ quam
erga me indubitanter cognoui, hortantur me, vt
in negotiis nostris, (cum res exigit) ad vestræ reue-
rentiæ recurram consilium. Quapropter de qua-
dam calumnia, quam quidam Coepiscopus nos-
ter, Londinensis scilicet, contra antiquam con-
suetudinem quam Ecclesia nostra liberè & quietè
possedit in præteritis & antiquis temporibus,
vsque ad præsens tempus, ingerit mihi, vestrum
quæro consilium. Quippe testante omni genere
hominum, qui sunt in Cantuariensi diocesi, & in
aliis episcopatibus, qui sunt circa eandem diocesi-
m, semper Archiepiscopus Cantuarie hanc ha-
buit potestatem & consuetudinem, vt intra cui-
uscūq; Episcopi diocesim haberet ecclesia Can-
tuarie villam aut ecclesiam, quæ eiusdem Archi-
episcopi proprii iuris essent, quidquid de eadem
villa vel ecclesia pertineret ad episcopale officium,
siue dedicatio, siue aliquid aliud. Adhuc viuunt
innumerabiles homines, qui viderunt anteces-
sorem (C) meū venerabilis memoriæ Lanfrancū
Archiepiscopum dedicare ecclesias villarum sua-
rum intra dioceses aliorum Episcoporum ipsis
scientibus sine calumnia. Quod etiam sanctus
Dunstanus & alii prædecessores mei fecisse pro-
bantur ipsis ecclesiis, quas dedicauerunt, adhuc
stantibus. Hanc dignitatem & potestatem tam-
diū inconcussè ab ecclesia Cantuariensi posses-
sam conatur hoc nostro tempore prædictus Epi-
scopus suffraganeus scilicet Archiepiscopo, &
primati suo filius matris suæ auferre & annihila-
re. Quamobrem in hac re vestrum peto consi-
lium & auxilium, quatenus vt fidelis filius matris
vestræ contra filium non dicam infidelem, sed
volentem eam exheredare subueniatis: & si quid
scitis, quod ad nostram valeat, literis vestris nobis
studiosè intimetis. Valere.

ANNOTATIONES IN
EPISTOLAM XIX.

Vulfstano,] Non parum dissentaneæ legitur id no-
minis. Aliquando Wulfstanus, alius Wolstanus
& Vlfstanus: sed creberrime Vulfstanus, vt hic & in MS.
tabulis Wigornienſium episcoporum n. st. & Bibliotheca,
ita. Aldredus Wigornienſis Episcopus ecclesiam
in ciuitate Glauornia à fundamentis construxit:
& in honorem Apóstolorum principis Petri ædi-
ficauit; & postea regis licentia, Vulfstanum Wigor-
niensem monachum à se ordinatum Abbatem
constituit. Ibidem MLXII. Sanctus Vulfstanus
fuit Episcopus ab Aldredo prædicto tunc Eborac-

centi Archiepiscopo, Stigando Cantuariensi in-
terdicto. Huius S. Vulfstani gesta habentur. Cuius
festum est 14. Cal. Febr. Tantum ille: Plura verò Wil-
helmus Malmesber. lib. 4. de gestis Anglorum Pontificum;
obiterq; lib. 3. in Eboracensibus Archiepiscopis: Rogerus
Honedenus Annalium priori parte ad annum 1062. sin-
gularia quæq; commemorat & satis prolixè, & 1095. Se-
natus Bauonites Wigornienſis monachus concinnauit epi-
tome gestorum eius: -pud Surium tom. 1. Polydor. Vergil.
hist. Anglic lib. 8. 9. 10. passim & honorificè sanctissimi An-
tistitis meminit, nec non Mattheus Paris historia maioris
anno 1088. & 1095. vbi prolixiorè texiuit narrationem
vite & morum eiusdem. Thomas Walsinghamus, etsi de
eo narrarit paucula, dicitur tamen deliria & præstigia in
historiis reliquissa, non meo, sed Matthei Parkeri Pseudo-
Archiepiscopi Cantuariensis, & Anglo-Caluiniani iudi-
cio: qui Walsinghamo conuenit Mattheum Paridem
in Prefatione ad historias Walsinghami, sua cura & o-
pera Londini editas anno 1574. Et ne aduersario me au-
dacius imponere quis existimet. legat ipsissima eius verba
ad hanc sententiam. Quis hodie, inquit, putat vel
Dunstanum Archiepiscopum, diabolum operi il-
lius insidiantem naso suspensum tenuisse, vel Wul-
stanum Wigorniensem iuxta D. Eduardi sepul-
chrum, baculum marmoribus ita infixisse, vt nec
à Lanfranco, nec alio quocumq; nisi solo Wulstano
euelli posset? Ista omnia antiquitatis deliria
cognoscere salus est adolescentulis. Et post pauca,
lectorem monens ait: Nec antiquissimas istas patriæ
tuæ historias profus reicias, quoniam in illis falsa
miracula produntur.

O hominè emunctæ naris, & lyncei visus! qui
probè nouerit purpurâ iuxta purpurâ diiudicare.
falsaq; miracula à veris fecernere. Vtinâ & adole-
scētulis, quorū salutem metuit, explanasset discrimē
falsorum & germanorum miraculorum, nē pro
sole amplecterentur nubem. Quid enim velit,
profiteor me non tenere: nisi per falsa miracula,
significet ea, quæ antè verbis eiusdē descripsimus:
in quibus si quidpiam falsitatis deliteſcat, solus ip-
se detexit. Si enim horū optimus iudex, planèq;
quod dici solet, *νεγκλεῖα ληθ* & apponatur scri-
ptura sancta, (quam illi cæterisq; Caluinianis aut
Protestantibus, non tamen nobis sufficere explo-
ratum est) nihil tamen fuci aut mēdaci arguetur.
Nam, vt à sanctissimo Dunstano exordiamur, ne-
minem fugit, sicut ad decipiendos primos paren-
tes serpentis organo & malitia vsus est diabolus,
ita ad deliniendos quoslibet, potissimumq; viros
sanctitatis & pudicitie studiosos assumere fallax
mulieris spectrum. Iam vero si cōtrariorum con-
traria sunt consequentia, vt sunt: quis ibit inficias,
cum (a) Abraham bonos angelos virilem habetes
speciem, exceperit hospitio, lauerit, allocutus sit;
(b) Loth quoq; in hospitium suū compulerit: imò a Genes. 18.
Iacob (c) sit cum Angelo luctatus, plurimaq; alia
sacris literis mandata homines cum bonis angelis b Ibid. 29.
virilem ostentibus specie egerint; non potuisse c Ibid. 32.
D. Dunstanum compresso naso delinere victum,
vincitumq; diabolum: si Iacob datum sit arctissi-
mè bonum angelum constringere: Ad Wulfstanū
festino, cuius præclarū facinus etsi meo nec præ-
conio nec patrocinio indigeat: saltem illatā bre-
uiter retorquebo calumniam, à qua inferendā nō
potui sacrilegam hæretico manum prohibere. In
hoc igitur diuino cœlestique opere quid depre-
hendi potest, aut delirii aut præstigiū forsan, quod
marmor eodem penè tempore & molle & durum
fuerit. At quis mihi diuinarum literarū expers, non
videat

*Huic Episco-
po nomini e-
rat Mauri-
cius, Willel-
mi Nothi
Cæcellarius,
qui magnifi-
cam D. Pau-
li Londinensis
adem incho-
auerat, obiit
anno 1107. ex
lib. 2. de gest.
Pontif. Ang.
Hunt. lib. 7.
Matt. Paris,
Honedenus
viti fatum
narrat anno
1108.*

videat e Te sacris historiis simillimum? Exod. 9. e-
numeratur aliquot plagæ, quibus vltionum Deus
percussit Egyptum: nis tamē Gessen Egypti re-
gio fuit immunis. 4 Reg. 6. idem ferrū eodem pe-
ne tēporis momento fuit graue vt caderet in fun-
dam aquæ: leue, vt enatans fursum ascenderet.
Daniel. 3. idem ignis, eodē tempore, & Nabucho-
donosotis tortores incendit; & sanctos pueros in
fornacem coniectos ne leuissimē quidem attingit:
imō velut ros inatutinus leuiter perfudit. Eiusdē
maris aquā & stabilē Chro & Petro instabilē nar-
rat Matth. 14. Quid ergo his S. Script. locis obstat,
marmor sepulchrale & mollitiē simul & duritiem
prebuisse: mollitiē, cum lituus pontificius defixus
est; duritiem, cum aliquis præter Wlstanum ten-
tauit reuellere: Has verò refutatiūculas vt lector
facilius accipiat, breui vtriusq; causam dico. Bea-
tus Dunstanus aliquando quidpiam artificiosi o-
peris eudens, vidit ex improuiso diabolū puellari
specie: qui & muliebri risu & procacibus verbis
adorfus est virum Dei. Petulantior autem sermō
hostem indicauit. Quamobrem derepente ignitis
forcipibus nasum crispantem cachinnos tam for-
titer corripuit Dunstanus, vt horribilē eiulatū
doloris inflūcti testem diabolus daret. At si Parkerō
videatur id operis ridiculum propter nouitatem, saltē per-
simile mul. a canicie venerand. m. quādam cōciliaui re-
uerentiā. Illud ipsum de pelle fabro ferrario Nitriensisq;
Erimi incola ref. runt hist. Lausiaca P. llady c. 60. Tripar.
lib 8 c. 1 & Sozom. lib 6 c. 28 D. Wlstanus anno 1078.
ad sui Synodo Londin. habit. a: i: qua Willelm. rege a-
gente, & Lanfranco iuberet ob imperi. am (etsi aliter
Senatus Brauonius, Malmesb. & Matth. Paris loquuntur)
coactus est insignia episcop. lia deponere. Et reuera deposuit
dicens: honore & onere me indignū profiteor: ve-
rum à quo accepi, eidem reddo. Vix ea factus erat,
cum se vestimen. a pontificia exiit & ad D. Eduardi mō-
nimentum profectus, tam altē pedum in lapidem infixit,
vt nullius vi potuerit extrahi nisi eius qui fixisset. Hoc mi-
raculo & rex & Lanfrancus terri. i. sserunt, vt resumens
lituum, & poderem reinduens sacerdotio ab Eduardo col-
la. o potiretur. Ecce vtriusq; rei summariū: iudicet lector,
quid in se delirij. Liberet quidem manifestus ostendere de-
liria illius scriptoris, sic delirantis: vt cetera qualibet pre-
clare gesta existimes deliria: verū minime licet. Nā extra
chorum saltādum foret. Præterquā quod idem illic plerq;
alia enarret somnia (vt vocat) ad quæ explicāda & plurib.
paginis & vigiliis opus fuerit. Quoniam autem Dunstanū,
superius & hic incidit cum Wlstano mentio, visum est
opera pretiū, aut potius n. esse breuiter hac discutere. Por-
rō cum Anselmus iam Archiepiscopus factus scripsit ad
Wlstanum, crassissimus error, qui in eius vitā Suriy 10. i.
inertam irrepit, facile deprehenditur, deprehensusq; faci-
lius potest emendari: scil. quod obierit anno 1067. recla-
mantib. Thoma Walsinghamo in ypodigmate Neustrie;
Matth. Paris. Florentio Wignoniens. Chron. p. 462. (qui
ante p. 421. amplius de eo scribit) & Rogero Honedeno. ne-
pe mortuū esse anno 1095. Quod certe necessarium est, cum
alibi ostenderimus Anselmum sub finem anni 1093. con-
secratum fuisse Archiepisc. puim. Quo quidem argumento
dicit carere, tamen alia plerq; in Anglorum historias
relata coarguerent non esse hunc defuncti Wlstani an-
num. Et ex his quidem perspicuū est, quando has ad Wl-
stanum literas, Anselmus dederit, nempe anno 1094. cum
superius ostenderimus Anselmum vinctum fuisse sub finem
anni 1093. Wlstanum expirasse: in init. o 1095.

Qui viderunt antecessorem (C) meū venerabi-
lis memoriæ Lanfrancum. Anselmus quidem gene-
ratim dixit & asseruit ex rumore populari, exercuisse Lan-

francum in villis Cantuariensis eccl. sue, quidquid ad mu-
nia pont. facta pertinet, Lanfrancus vero in epistola ad Sti-
gandum Winlonie antistitem paulo subtilius rem hanc
differere videtur, inquiens. Clerici Villarum nostrarum,
qui in vestra diocesi existūt, questi sunt nobis,
quod vestri Archidiaconi repertis occasioni-
bus pecunias exquisierunt, & à quibusdā iam ac-
ceperūt. Meminisse debet fraternitas vestra, quia
contra morem antecessorum nostrorum atq; ve-
strorum nobis concessimus, eique imperauimus,
quatenus ad synodos vestras irēt: & ea, q̄ ad Chri-
stianæ religionis notitiā prodesse possunt, sine in-
terpellatione vel discussione aliqua, à vobis audi-
rent. Si quæ in ipsis culpæ inuenirētur, suspēsa in-
terim vindicta ad nostrū examen feruarentur: &
nobis vel in miserando, vel in vlciscēdo obnoxii
tenerētur. Mandamus itaq; vobis vt malè accepta
sine dilatione reddi iubeatis: & ministris vestris,
ne vltius id presument seruādē charitatis studio
prohibeatis. Nos vero presbyteris nostris, q̄ extra
Cantiam constituti sunt, omnino præcipimus, ne
ad vestram vel alicuius Episcopi synodus amplius
eant; nec vobis, nec aliquib. ministris vestris pro
qualibet culpa respondeant. Nos n. cum ad villas
nostras veniemus, quales ipsi vel in morib. vel in
sui ordinis sciētia sint, pastoralī auctoritate vesti-
gare debemus. Chrisma tantum à vobis accipiāt,
& ea, quæ antiquitus instituta sunt, pro chrismatīs
acceptatione persoluant. Sicut namq; ea, quæ anti-
quitas vsq; ad nostra tempora antecessores nostri
habuerunt, solerti vigilantia cupimus illibata ser-
uare: Ita aliis debita (quod absit) aliqua vsurpatio-
ne denegare nolumus.

EPISTOLA XX.

ANSELMVS DEI DISPOSITIONE

vocatus Archiepiscopatus Cantuariensis re-
uerendo Episcopo Exoniensi Of-
berno salutem.

Vt Exoniensis clericū non sine monachis graues, eosq; si-
nat Episcopus diuinās preces camparū sono distingua-
re. Porro huius Osberni antecessor es dicebantur Cri-
dionses à Cridia vlla Deuonshyre: quæq; fuit antiqua se-
des octo primorū episc. vsq; ad p̄orificatū Leofrici, cōde
Leouici (vt ligāt nostr. a. ab. M.S.) qui sedē episcopale
translulit Exoniā 12. millib. positā à Cridia vsq;
dictā ab Ex-stumie, quod aluitur. Mortuo tādē
Leofrido successit Osbernus, sedūq; ad 4. Henrici 1.
Anglorū regis annum.

Episcopalem decet dignitatē quoscūq; potest
ad seruitiū Dei inuitare: & volentes Deo ser-
uire, quib⁹ valet consulēdo & adiuuando cōfor-
tare. Hac igitur fiducia reueren. vestrā obsecro, vt
monachos de monasterio, q̄ vulgo dicitur de Ba-
tailla in vestra ciuitate morantes, p̄pter Deū, & p̄-
pter nostrū, si qd ad hoc valere potest, amorē pa-
terna & Episcopali pietate adiuuetis, & ab omni-
bus aduersariis pro possibilitate vestra (sicut vos
decet, defendatis: quatenus si qd boni Deus per
illos operari dignabitur, cū illis à Deo retributio-
nem recipiatis. Audiuī n. quod quidā de clericis
vestris fecerunt illis quādam, quæ fieri non oport-
uit. Vnde precor, vt p̄dictis monachis eā iubea-
tis fieri satisfactionē, vt deinceps iustē conque-
rī nō possint de clericorum vestrorum indiscretio-
ne. Eisdem quoque clericos fraterna charitate &
paterna fiducia precando moneo, quatenus sic
sā habeant erga eosdem fratres, vt ipsa chari-

tatis exhibitione & benigna familiaritate pro-
bent sibi placere profectum illorum, & studium
ad seruiendum Deo. Quod autem prohibetis
eos pulsare signa sua secundum ordinem suum,
nusquam rectè solet fieri, nisi vbi monachi in
maiori ecclesia ciuitatis deseruiunt: vbi enim can-
onici in maiori ecclesia ad seruiendum Deo
sunt constituti vnusquisque ordo canonicorum,
scilicet & monachorum secundum opportuni-
tatem seruitii sibi iniuncti, tardant vel festinant
signa pulsare absque omni recta prohibitione.
Quapropter ratione ipsa commoiti, eos signa
sua secundum ordinem suum pulsare deinceps
prohibere ne velitis. Hoc quoque petunt ipsi
fratres, & ego cum illis & pro illis, vt si quando
in aliquo conuentu populi auxilium postulare
volunt ad ecclesie suae constructionem, nullatenus
prohibeantur. Valet.

EPISTOLA XXI.

DOMINIS ET FRATRIBVS CHA-
rissimis Domino Abbati Willemo, & seruis
Dei Becci commanentibus frater An-
selmus vocatus Archiepiscopus
deduci in via Dei & in-
gredi in veritate
eius.

Qui valeat, ex ore nunciatorum accipiendum esse.

SCIO dilectissimi mei, quia semper quae erga
me sunt desideratis cognoscere: nec puto esse
in hac vita, qui mihi fidelius compatiantur, aut
congaudeant. Sed quoniam per Dominum
Wilhelmum, & per Austridum seruientem no-
strum plenius potestis discere quid mihi sit, quam
per breuem epistolam: & puto, quia iam magna
ex parte auditis per Dominum Farmannum, &
alios, qui nuper a me ad vos venerunt: existimo
non opus esse in praesenti, epistolam longius de
hac reproducere. Vt autem pro me dilecto di-
lectore vestro in maiori quam vnquam habui
necessitate, (vt puto) oretis: spero, quia precibus
non indigetis. Ad quod mihi sufficere videtur,
vt sciatis, quia nimis indigeo dulcissimos filios
ante tempus ablaetatos meos (adolescentes di-
co) quae propter aetatis teneritudinem & natura-
lem mobilitatem, saepe sui memoria affectuose
monent cor meum: illos specialiter moueo,
precor, & obsecro: vt in tota vita sua mei, & dile-
ctionis quam erga se in me experti sunt, memo-
res nulla vnquam peruersitate contristetur cor
meum, & sciant pro certo, quia si secundum de-
siderium meum & secundum admonitionem,
quas a me perceperunt, vixerint, in qualibet tri-
bulatione multum consolabuntur animam
meam, & si aliter fecerint, nimis peccabunt con-
tristando eam: Spero enim adiuuante Deo quia
non me latebit vita eorum, quoniam semper so-
licitus ero inquirere conuersationem illorum.

Omnipotens Deus sic vos deducat, vt ad
conspicuum gloriae suae per-
ducatur.



EPISTOLA XXII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
vocatus dilectissimo fratri & filio Bosoni
Dei & suam benedictionem.

*Non esse pigritia vertendum quod ad Bosonem literas
non dederit.*

MIRARI potest homo forsitan, cuius con-
scientiam sic noui, vt nullum hominem
supra me diligit: & quem tantum diligo, vt ne-
sciam quem plus diligam; cur tanto tempore ab-
sens eum dolentem de mea absentia aliqua per li-
teras visitatione non sum consolatus. Sed certus
esto, quia non negligentia, nec obliuioni tuae factum
est. Sicut enim certus sum, quia tu semper velles esse
mecum, ita ne dubites quia ego semper velle esse
tecum. Si autem Deus pacem & opportunitatem
mihi dare dignabitur, vt tuae dilectionis mihi li-
ceat frui praesentia: scito quia hoc vt fiat, curabo
libentissime: & si non semper, vel tantum quantum
permittet ratio. Quidquid vero fiat serua, dile-
ctionem meam charissime, quia ego tuae seruae
desidero. Saluta dulcissimum filium fratrem tuum
(a) Rainaldum: Conforta quoscumque potes de
fratribus tuis sepe, & maxime adolescentes & no-
uitios. Omnipotens DEVS te semper ab omni
malo custodiat.

*a Lezelina
Bosoni ma-
ter tres ex
conuige Hai-
merico susce-
pit filios, quos*

*rum hic Rainaldus tertius fuit, Boso autem secundus: Chron. Beccens. M. &
notans. Insuper D. Anselm. Abbate hunc primumq; eius fratrem Gilbertum
ibidem cucullam induisse, ac post eos Bosonem.*

ANNOTATIO IN EPI-
TOLAM XXII.

BOsoni.] De hoc Bosone dicam quae offendi, licet bre-
uius, vt fugiam plerumque, a suo Biographo memorata
nullius aut perexigui fructus momenti, vt quae lectori mo-
lestas crearent moras. Sane quam dignus sit Boso longio-
ri latiorq; memoria, indicat mutus, & plusquam Fy-
ladeus amor, quo Anselmus illum, & ille Anselmum, redam-
naret. Quod etsi ex eius non agnosceremus literis, saltem
honorificum eius elogium, quod extat apud Gemmet. lib.
8. hist. ducum Norm. cap. 24. etiam ceceo indicaret. Rem-
igitur sui Biographi ordiamur verbis: In diebus Willel-
mi regis, qui Anglos araxis perdomuit, in pago Rotomagensi,
fundo, vulgo Montiuilliers au pais de Caux, monasterij vil-
laris, Boso parentibus Haimerico & Lezelina genitus est,
eorumq; cura sic bonis artibus pietateq; imbutus, vt in me-
dijs studijs mundi nihil profus immundum, contraxe-
rit, & ne contraberet ad Beccum sese contulit, mansitq;
ea potissimum de causa, quam exponit Edinerus l. b. i. vita
D. Anselm. cap. vlt. quamq; hic & iterum in Chron. Bec-
cens. enodatam minime repetemus, praetercentes quoq; &
illud quod de eo simul in Anselmi elogio hinc transfusum
est, profecuturi Chron. Beccen. paralipomena quae sic inci-
piunt: Inter haec obeunte Baldrico Priore, iubente
Willelmo Abbate successit ei in Prioratu. Erat
enim honorabilis vitae & multae prudentiae, hu-
militate conspicuus, spiritu consilii prouidus, for-
titudine firmus consolabatur desolatos, omnibus
omnia factus. In quantum poterat vniciq; sub-
ueniebat: benignus erat in exhortando, modestus
in corripiendo, pauperibus dapillis, hospitibus
affabilis, fide firmus, spe in Deo certus, charitate
diffusus, cum non haberet quod tribueret, mone-
bat, spem in Deo ponendam, assererat in pro-
ximo

xime subuentionem Dei affore, nondum finem mundi uenisse. Talia iocando dicebat, sed corde Deum suppliciter rogabat: qui per sepe illi secundum fidem suam subueniebat. Sapientiam, consilium, atque bonitatem animi eius non solum subiecti, sed etiam Principes terræ, Episcopi & Abbates, simulq; religiosi & seculares, multi conperientes, quasi thesaurum pretiosum, ac uelut diuinum oraculum admirabantur. Tanta ei inerat DEI gratia: & sic spiritus consilii in eo uigebat, ut ad se uenientibus causa consilii subtiliter & sufficienter ad inquisita respondebat. Per idem tempus mandauit Rex Henricus Willelmo Abbati, ut Priorem Becci Bosonem daret comiti Theobaldo nepoti suo ad faciendum Abbatem in terra sua. Quod utrum amore an cordis rancore sine agrorum immisione rex petierit, ut inde Boso pelleretur de regione, incertum habemus. Audiens hoc Abbas, contristatus est non modicè, misitq; ad regem, mandans & multum deprecas, ut ecclesiæ & sibi parceret; atq; à tali iussione animum reuocaret, Prioremq; sibi non tolleret. Iam enim Abbas senio & infirmitate confectus, uiribus corporis destituebatur. Pacatus rex hac deprecatione, dimisit Priorem. Cumq; Abbas Willelmus longa aegritudine confectus tam morti proximus uideretur, duo Beccenses monachi accesserunt ad regem Henricum, qui tunc Becci & circa Beccum propter incursionem quorundam, qui contra eum rebellauerant, morabatur, dicentes, quia Boso, si succederet Abbati Willelmo, (sicut conuentus quærebat) hominum, uel fidelitatis sacramentum nullo modo sibi faceret: Ideoque alium, quem nominabant & laudabant, pro eo substituere deberet: hoc agebant, quia Priorem nolebant habere Abbatem. Verum cur illi infensi erant, nescimus. His auditis Rex, nimium efferatus est animo, & tunc quidem iram dissimulauit. Illi autem callide agentes, ignorante conuentu contra regulam B. Benedicti, sine eorum consensu uolebant superponere sibi, cum hoc esse constat contra decreta Patrum, qui dixerunt, ut nemo inuitus ordinetur, sed conuentus ecclesiæ debet sibi secundum timorem Dei pastorem eligere. Sed hæc calliditas malignantium licet aliquantum conuentum conturbauerit, tamen quod moliebatur efficere non ualuit. Defuncto namque Abbate Willelmo totus conuentus elegit Bosonem. Omnes Episcopi & Abbates, Clerus & populus, vicini & remotiores, qui eum nouerant, hanc electionem laudabant, eumque summo honore dignum affirmabant. Itaque Conuentus, ut eis assentiretur, obnixè rogabat. Ille suæ infirmitatis multas opponebat causas: Illi in terram prostrati deprecabantur; ille toto conamine negando reluctabatur. Perlata est res ad regem; at ille recordatus, quod de hominio à duobus monachis audierat, sicut supra retulimus: erat enim inde nimis iratus. Interea Gaufridus Rotomagensis Archiepiscopus uir prudens & honorandus; & Ioannes Lexouiensis Episcopus, qui ad curiam regis uenerat: qui tunc obsidebat Bridoum castrum, quod contra eum tenebant homines Comitis Mellenti, uenerunt Beccum, & locuti sunt cum fratribus de eligendo Abbate. Tunc in terram omnes prostrati (nam in capitulo sedebant) rogabant Priorem, ut sepe dictæ electioni assensum præberet, & Archiepiscopum, ut illum præcipiendo cogeret. Archiepiscopus admirans fratrum v-

nanimitatem, laudauit eorum religiosam uoluntatem, & erga Priorem suum tantum amorem. Deinde conuersus ad illum, monuit, rogauit, ad postremum præcepit per obedientiam, ut acquiesceret uoluntati fratrum: & contra ille assererat, hoc se non posse facere propter magnam corporis sui debilitatem, & alia quædam graua quasi peccata opponebat, quibus ad hoc indignum se esse dicebat. Esne monachus? Respondit, uelle esse: Tunc Archiepiscopus: Reuera, inquit, si uiginti homines occidisses, non te dimittere: quandoquidem tantum ac talem erga te uideo affectum. Nunquam ait hominem occidi. Tunc compulsus est aperire quod latebat, & accipiens Archiepiscopum cum Episcopo seorsum, dixit: Papam sibi interdixisse, ne unquam laicæ personæ hominum faceret: & ideo istam obedientiam non audebat suscipere, ne cogeretur, aut prohibitionis Apostolicæ transgressor existeret, aut regem offendere. Archiepiscopus, cum audisset, sapienter tulit: Lexouiensis uero Episcopus grauius accepit: quia Prior Becci dedignabatur facere, quod ipsi & omnes Prelati Normanniæ faciebant antiquo more patriæ. Archiepiscopus præterea Beccenses iuuabat quantum poterat apud regem, loquens cum ipsis & pro ipsis, & sine ipsis. Quadam die cum de hac re loqueretur cum rege, dixit ei Rex: Nec mihi faciet hominum, nec uobis professionem. At uero paulo post mitior factus Rex duobus Beccensibus forte occurrentibus cõsuluit, ut generali quapiam obtestatione id negotii Deo commendarent. Nec frustra. Rex etenim postea iussit Priorem uenire Rothomagum, ubi ei regimen solo uerbo dedit; rogauit præterea pro duobus monachis, quos electioni eius fuisse contrarios diximus; ne illis obesset, quod contra eum sensissent. Non erat apud illum grauis labor indulgere delinquenti. Archiepiscopus uidens regem tam liberè quod petebatur fecisse, sicut promiserat, uoluit honorabiliter facere, quod de hac re ad se pertinebat. Venit ergo ad festiuitatem Pentecostes, & ad Tertiam, quando cantor incepit Veni creator spiritus, ingressus chorum Archiepiscopus cum honore mit illi in sedem Abbatis. Deinde in octauis Pentecostes iussus perrexit ad benedictionem. Veruntamen ante missam locutus cum Archiepiscopo, rogauit, ne se cogeret ad professionem, quam nullo modo facere uellet: quia si faceret, magni scandalum in monasterio generaret. Ad hæc Archiepiscopus, sine, ait: bene erit. Cumq; tempus missæ aduenisset, oblatus est ad benedicendum. Tunc Archiepiscopus stans sacris altaribus interrogabat eum iuxta morem, donec ad illud uentum est, ut diceret: Vis obediens esse huic ecclesiæ & mihi, & successoribus meis? At ille, uolo. Tunc cœperunt aliqui de circumstantibus clericis urgere, ut diceret profiteor: At ille iterum dixit, uolo. Atq; cum instarent, ut profiteor responderet, dixit tertio, uolo & ex corde uolo. Tunc Ioannes S. Romanæ Ecclesiæ legatus, qui ibi fortè aderat: Non auditis, inquit, quod dicit? quid amplius uultis? Sicque Archiepiscopus benedixit eum. Altera die Abbas reuersus est Beccum. Conuentus uero sacris uestibus indutus ordinata processione exiit obuiam uenienti: At ille occurrit humiliter nudis licet infirmus, & susceptus est cum gaudio. *Tantum Chon. Beccense quadam alia latiniori cont. xens oratione, inter qua illud præterire, regio uidebatur, nempe quod cum aliquis nuntiasset, minime expleri que iussisset, re-*

f. respondit: Sæpe mandata Dei præterimus, & sustinet: quanto magis nos pati debemus, si nostra contemnantur iussa? Tandem post diuturnos pedum, capitis, viscerumq; dolores, cæcitatem aliquot annis aquasimiliter toleratam, acerbissimos momentaneosq; cruciatus ex paralyseos accessione, venit ad mortis limen, ubi præinunitus ecclesiasticorum sacramentorum robore, fratrib; alternatim penitentiales concinnentibus Psalmos, ad illiusiui' atem, in cuius plateis, iuxta Tobia vaticiniū alleluja cantatur, migravit die festo D. Ioan. Baptist. anno Christi 1136. sue ætatis 71. regni inis 12 & 22. dierum. Cadaver autem in leuam Herluini hamatum est in area capitulari, tum hoc impolitiori elogio:

Moribus ornatus pastor fuit hinc tumulatus
Ingenio clarus, sobrius atque pius.
Extitit & mitis, prudens, ad tristitia fortis:
Nam donec vixit, multa flagella tulit.
Consilio pollens, multis fuit ipse leuamen
Solamen miseris, subsidiumq; piis.
Abbas bis senis hinc quartus præfuit annis
Cænobio Becci forma decusq; gregis.
Mundi contemptor, veræ virtutis amator
Christo deuotum præbuit obsequium.
Annos transferat pater hic iam septuaginta
Cum mortem subiit, qui cinis hic modò fit.
Dum sol octauum sub cancro tendit ad ortum
Tristibus hunc nobis vltima fors rapuit.
Ortus Baptiste colitur, dum deficit iste:
Boso fuit dictus, cui Deus esto pius.

Mortuus autem Boso reliquit sua doctrina heredem epistolam ad quempiam medicum, de monachorum professione insulse blaterantē: vt liquet ex ipsius epistola textu, quæ in MS. Becensi repertam, ne ab edaci ederetur tempore, huc transtuli his exordientem verbis, Boso, &c.

EPISTOLA XXIII.

DOMINIS ET FRATRIBVS CHARISSIMIS reuerendo Abbati Sagiensi Rodulfo, & aliis seruis Dei sub illo commanentib; frater Anselmus vocatus Archiepiscopus ad altiora virtutum & monastici propositi semper proficere, & nunquam deficere.

De duobus monachis, quorum hic ab externo fuerat ordinatus episcopo, illi herbas maleficas cuidam mulieri ad virum necandum suppeditarat.

DE fratre illo, quem dicitis esse ordinatum à quodam Episcopo, qui à nobis est interdictus, hoc respondeo; quia si ordinatus est ab Episcopo de (a) Vualis, qui vocatur Hereuardus, nec (b) illis ordinibus quos ab illo accepit, nostra concessione aliquñ vteretur; nec ab vllò Episcopo reordinari debet. De altero verò fratre, qui herbas quasiuit mulieri, quib; virum suum interficeret, quis prope vos habeatis de hac re in Normannia sufficiens consilium; tamen, quia à me hoc petitis, nostrum negare non debeo sensum. (c) Si monachus noster esset, & vir ille, cuius morti quasiuit herbas, ipsis interfectus esset: nunquã ad Diaconatum per me, vel ad sacerdotium ascenderet. Multa dilectioni vestræ si cordis affectum sequerer, scriberem. Sed quoniam, (vt puto) illis loquor, qui ex conscientia sua meam cognoscunt: breuiter dico, quoniam sicut propter Deum nos inuicem dileximus; ita desidero & oro Deum, & vos rogo vt in eadem dilectione propter Deum perseueremus: Quatenus sicut causa, propter quã charitas ipsa incepta est, nunquam deficiet: ita charitas inuoluta permaneat. De statu vitæ nostræ scio, quia deside-

ratis, vt amici cognoscere. Nescio quid in futuro Deus de me sit factururus, sed adhuc non sensi ex quo suscepi nomen Archiepiscopi, vnde cor meum audeat gratulari. Quapropter oro supplex & obsecro, vt mihi in necessitate mea orationib; vestris subueniatis, donec, ad quid Deus me à vobis & aliis amicis nostris, qui in Normannia sunt, non sine graui dolore adhuc perseuerante separauerit, cognoscatis. Omnipotens Dominus sua vos gratia & benedictione semper lætificet & in animabus vestris virtutes multiplicet.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM XXIII.

Rodulfo, Radulsum habent vniuersi codices impressi, duæq; nomenclaturæ Archiepiscoporum Cantuariensium MS. in nostra Bibliotheca: quorum vna Radulsum connumerans, præter nomen hæc habet amplius Anno Domini ab incarnatione 1089. Robertus primus monasterii Sagiensis Abbas vir bonus & simplex, mense Ianuar. in lectum cecidit & perceptis Dominicis sacramentis 13. Cal. Febr. de seculo migravit. Cui Radulfus Scisfredi de Scutris filius, eiusdem cænobii monachus in regimine successit. Hic literis admodum fuit imbutus, eloquens, & iocundus: ideoq; amabilis omnib;. In iuuentute de illustri familia monachilè ad conuersationem venit, & 10. annis in monasterio per diuerforum gradus officiorum humiliter ministrauit. Vndecimo tandem anno Abbatia curam, iubente & cõsecrante Girardo Sagiensi præfule suscepit: & 16. annis inter sæuos bellorū turbine strenuè rexit: Deiq; fretus auxilio pro temporis opportunitate res ecclesiæ diligenter auxit: & deinde Rodberti Belesinens. sæuitia nimis imminente in Angliam confugit. Quem rex Hæricus honorificè secū detinuit, & post Gondulfum præsulè Rosensi Episc. præfecit. Inde post aliquot annos promotus, venerab. Ansel. Archipræsuli successit: & 9. ann. Dobornia Metropoli præfuit. Hic Radulfus tempore Papæ Paschalis ad rogem in Neustriam venit, & inde Romam, licet iam tumore pedum infirmaretur, proficisci cœpit. Auditis de occasu Papæ rumorib; legatos Romam destinauit. Ipse verò Rothomagū remeavit, & fere trib. annis in Normannia deguit. Ibi quondã dum moraretur, in translatione S. Benedicti finita missa, dū exueretur vestimentis: acuta passione subito percussus obmutuit, & post aliquot dies loq; cœpit, sed nõ plenè. Duobus annis paralyti egrotauit, & vehiculo delatus ad sedem suã inter suorū manus decubuit Anno ab incarn. Dñi 1123. Radulfus Archiepisc. 13. Cal. Nouemb. Cantuarie obiit, cui Guillelm. Curbulensis Canonic. regular. post aliquot annos successit. Huc vsq; Cod. Victoriani narratiuncula de Radulfo: in qua vnũ obseruauit, quod lectorem moniam, sc. de anno mortis eiusdem: quem esse 1122. dicunt vna voce Malmesb. Hon. d. & Matth. Paris. Et librarij incuria suspicor esse additũ tertium, vt quemadmodũ legerat 13. Cal. ita festinàs scripserit ann. 1123. vt facilius & citius obtineret Palliũ est iuon. Arn. epist. 25. 2. ad Paschal. Pap. Monastèriũ verò Sagiense, cui Radulfus præfectus fuit, opinor illud esse, quod Gemmet. lib. 7. c. 2. testatur positũ fuisse D. Martino in suburbaniis Sagiensib; à Rogero Mongomerio R. b. vti Belesinensis (cuius sup. memoria facta est) patre, tempore Willelmi Nothi ducis Norman. ad cuius exemplũ (is n. D. Stephani nomine Cadomi e. vtriuendũ) auerat cænobiũ) vniuersi Norman. e. reguli sese cõposuerunt: & sancta quãdam emulacione plurimas exuit aures ecclesiã, quos perstringit Gemmet. adhuc Sagiens. d. b. Edis. quog; uiciniũ lib. 2. p. 112. Anselmi.

a Forfan re-
Etius leger-
tur de Vual-
lia.
b huc perti-
nent e. 7. q. 6.
Episcopus in
diacensi, & c.
9. q. 2. nullũ
Episcopum:
Episcopum
non debere:
nõ inuitati:
Lugdunensis.
e. opin. Ansel-
mi de mona-
chorenesiens
herbas ad al-
terius n. cem-
dane.
d Sic dist. 50.
miror. & seq.

*In Conu-
tu ordinum
rotius An-
glia celebra-
to apud Be-
chingam. Vi-
de Edimerii.
& Malmesb.
in Anselmo:
lib. 1. de gestis
Pontif. An-
glorum, & c.
bal. Giberto.
c. Psalm. 52.*

d Palli Ar-
chiepiscopa-
liu recepti
meminit e-
pist. 56. & 37.
infr. Sic Pa-
pam appellat
uerum epist.
67. 37. 92.

e in b. placi-
tato usq; es-
tatum epist.
2. lib. 2.

EPISTOLA XXIV.

DOMINO, ET AMICO CHARISSIMO, reuerendo Lugdunensi Archiepiscopo Hugoni: frater Anselmus, siue iubente Deo, siue permittente vocatus Archiepiscopus Cantuarie diu in hac vita lucere, & semper in futura gaudere.

Quid in multis aduersis suis factis sit opus, consilio Lugdunensem primatem.

SI omnia facienda sunt cum consilio, illa maxime facienda sunt cum diligenti consilio, in quibus nihil, nisi quod obediatur voluntati Dei, querendum est. Precor igitur sanctitatem, ut propter Deum, & propter charitatem quam scio in illo erga me, petat a Deo consilium quod mihi det, ut breuiter loquar. Audistis ut puto, qualiter subito raptus sum ad Archiepiscopatum. Antequam preberem assensum, (a) palam dixi me fauere Domino Papae Urbano, & (b) Guiberto aduersari: & feci, & dixi per sex menses, quod potui sine peccato, ut dimitterer. Tandem timore Dei ob multas rationes coactus subdidi me dolens precepto Archiepiscopi mei, & electioni totius Anglie, & sacratus sum: forsitan illic [c] trepidavi timore, ubi non erat timor: sed nesciui, Deus scit, & adhuc nescio. Paulo post Rex noster iturus in Normanniam, multa pecunia indiguit. Antequam a me quicquam peteret, consilio amicorum promisi illi pecuniam non paruam: nouit Deus, qua intentione. Spreuit quasi modicam, ut plus darem, sed nolui. Gratias Deo quo miserate simplicitate cordis mei hoc factum est, ne si nihil aut parum promississem, iustam videretur habere causam irascendi, aut si accepissem, uerteretur mihi in grauamen, & in suspicionem nefande emptionis. Ex illa hora visus est querere occasionem contra me. Loquutus sum de pallio, [d] nolunt ut illud peterem quoad ipse nullum reciperet Apostolicum: aut, ut saltem huius dilationis excusationem Dn. Papae intimare. Sustinui usque; nunc consilio Episcoporum propter vitandam infructuosam dissensionem, si forte Deus aliquid interim operaretur, unde illi Domini Papae receptio persuaderetur. Petiui ut Concilium conuocaretur, quod permultos annos in Anglia factum non fuerat, quatenus corrigerentur quedam in eodem regno, quae nullatenus toleranda videbantur. Ipsum quoque monui, ut quedam, quae mihi aliter quam oporteret facere videbantur, corrigeret: ex his aperte iratus me amorem suum perdidisse manifestauit. Respondi me malle ut ipse mihi irasceret, quam ut Deus illi, & sic a praesentia eius discessi. Postera die rediens ad eum, dixi me libenter facturum illi rectitudinem, si qua culpa in me aduersus illum inueniretur, quam tamen ego nesciebam: & rogauit, ut amorem suum mihi redderet: respondit se nec rectitudinem tunc recepturum, nec amorem redditurum, nisi dicerem cur illum mihi reddere deberet. Visus est mihi velle pecuniam quam dare nolui, ne culpam quam non erat videri fateri. Itatus intantum, ut diceret quae non debuisset: & quasdam terras non paruas, quas Archiepiscopus Lanfrancus tempore patris eius, & tempore ipsius quiete usque; in diem sui obitus tenuit, militibus partim daret, partim dare disponat sub occasione cuiusdam voluntariae iustitiae secundum quam de terris eiusdem me vult [e] placitare, cum ego dicam, quia non me debet placitare, cum cogere de terris quas Archiepiscopus antecessor meus tamdiu quiete tenuit, & ipse mihi dedit, sicut ille tenuit. Haec autem est illa, quam dixi voluntaria iustitia. Quoniam terras eadem, antequam Normanni Angliam inuaderent, milites Angli ab Archiepiscopo Cantuarie tenuisse dicuntur & mortui sunt sine haeredibus, vult asserere se posse iuste, quos vult eorum haeredes constituere. Intendat igitur prudentia vestra, & consideret quid ex praedictis sentiat, quatenus sententiam meam literis vestris aut approbetis, aut ostensa ratione infirmetis, & me in eo quod magis tenendum est, confirmetis. Haec enim est cogitatio mea: Rex mihi dedit Archiepiscopatum, sicut eum Lanfrancus usque; in finem suae vitae tenuit, & nunc auferit ecclesiae, & mihi: quod illa, & idem Archiepiscopus quiete tamdiu tenuit, & ipse mihi dedit. Certus autem sum, quia Archiepiscopatus iste nulli dabitur post me, nisi quemadmodum ego illum in die obitus mei tenebo, nec si alius Rex me uiuente venerit concedet mihi, nisi quod tenentem inueniet. Si ergo ita tenuero Archiepiscopatum imminutum usque; ab obitu meo, hoc modo perdet ecclesia per me. Si quis enim alius ad quem ecclesiae custodia non pertineret, hanc faceret ei violentiam aut factam patienter sustineret, palam esset quia in futuro nihil dici posset, cur res ecclesiae ad eam redire non deberent. Nunc autem, cum & ipse Rex aduocatus eius sit, & ego custos; quid diceretur in futuro, nisi quia rex fecit, & Archiepiscopus sustinendo confirmauit, ratum esse debet. Melius igitur mihi est coram Deo, ut possessionem terrarum ecclesiae non sic teneam & officium Episcopi more Apostolorum pauper faciam in testimonium illatae violentiae quam ut illam imminutam tenendo irreparabilem faciam eius imminutionem. Est & aliud, quod similiter cogito. Si Metropolitanus sacratus Episcopus per totum primum annum nec Papam uiuentem, nec pallium requiro, iuste ab ipso honore remouendus sum. Quod si hoc facere nequeo sine amissione Archiepiscopatus, melius mihi est, ut mihi violenter auferatur: imo melius est, ut ego Archiepiscopatum reiiciam, quam Apostolicum abnegem. Sic cogito, & sic facere volo, si mihi non scribitis cur hoc facere non debeam. Omnipotens Dominus sic sanctitatem vestram in hac vita sub sua gratia custodiat, ut ei in futura aeternam felicitatem tribuat. Amen.

In Consul-
tu ordinum
totius An-
glia celebra-
to apud Be-
thingam. Vi-
de Edmerit,
de Malmesb.
in Anselmo:
lib. de gestis
Pontif. An-
glorum, cap.
b. Giberto.
c. Psalm. 52.

d Pallii Ar-
chiepiscopa-
lii recepti
memini e-
pist. 56. & 37.
infr. Sic Pa-
pam appellat
iterum epist.
67. 87. 92.

e verb. placi-
tare usus est
iterum epist.
2. lib. 2.

tandum cogere de terris quas Archiepiscopus antecessor meus tamdiu quiete tenuit, & ipse mihi dedit, sicut ille tenuit. Haec autem est illa, quam dixi voluntaria iustitia. Quoniam terras eadem, antequam Normanni Angliam inuaderent, milites Angli ab Archiepiscopo Cantuarie tenuisse dicuntur & mortui sunt sine haeredibus, vult asserere se posse iuste, quos vult eorum haeredes constituere. Intendat igitur prudentia vestra, & consideret quid ex praedictis sentiat, quatenus sententiam meam literis vestris aut approbetis, aut ostensa ratione infirmetis, & me in eo quod magis tenendum est, confirmetis. Haec enim est cogitatio mea: Rex mihi dedit Archiepiscopatum, sicut eum Lanfrancus usque; in finem suae vitae tenuit, & nunc auferit ecclesiae, & mihi: quod illa, & idem Archiepiscopus quiete tamdiu tenuit, & ipse mihi dedit. Certus autem sum, quia Archiepiscopatus iste nulli dabitur post me, nisi quemadmodum ego illum in die obitus mei tenebo, nec si alius Rex me uiuente venerit concedet mihi, nisi quod tenentem inueniet. Si ergo ita tenuero Archiepiscopatum imminutum usque; ab obitu meo, hoc modo perdet ecclesia per me. Si quis enim alius ad quem ecclesiae custodia non pertineret, hanc faceret ei violentiam aut factam patienter sustineret, palam esset quia in futuro nihil dici posset, cur res ecclesiae ad eam redire non deberent. Nunc autem, cum & ipse Rex aduocatus eius sit, & ego custos; quid diceretur in futuro, nisi quia rex fecit, & Archiepiscopus sustinendo confirmauit, ratum esse debet. Melius igitur mihi est coram Deo, ut possessionem terrarum ecclesiae non sic teneam & officium Episcopi more Apostolorum pauper faciam in testimonium illatae violentiae quam ut illam imminutam tenendo irreparabilem faciam eius imminutionem. Est & aliud, quod similiter cogito. Si Metropolitanus sacratus Episcopus per totum primum annum nec Papam uiuentem, nec pallium requiro, iuste ab ipso honore remouendus sum. Quod si hoc facere nequeo sine amissione Archiepiscopatus, melius mihi est, ut mihi violenter auferatur: imo melius est, ut ego Archiepiscopatum reiiciam, quam Apostolicum abnegem. Sic cogito, & sic facere volo, si mihi non scribitis cur hoc facere non debeam. Omnipotens Dominus sic sanctitatem vestram in hac vita sub sua gratia custodiat, ut ei in futura aeternam felicitatem tribuat. Amen.

EPISTOLA XXV.

PATER FILIO, FRATER FRATRI, dilectissimus dilectissimo. A. B. quod ille, illi.

Non scribes frequentius ob iram dissidiumq. regium. Confer epist. preced.

GRATIAS ago sicut ego tibi pro epistolarum visitatione tua, pro consilio, pro consolatione, pro desiderio tuo: Et quoniam, quamuis super omnia mundana me desideres, plus tamen pendet cor tuum ad consolationem tribulationis meae, quam nouisti quam ad satietatem desiderii tui, quae maius inter ea quae mundi sunt, habes. Nouit dulcedo dilectionis tuae erga me dulcedine dilectionis meae erga te; & nouit affectus meus erga te, affectum tuum erga me. Alter alterius intima ex intimis suis cognoscit, quia vera sinceritas, veram sinceritatem intelligit, & experimentum

epist. 111

certum in neutro dubitationem orti permittit. Vera itaq; & ex Deo dilectio mutua habuit principium, & in hoc non precor, ut in quo haecenus perseveravit, perseveret: sed in spe Dei fiducialiter pronuncio, quia perseverabit. Literas non tibi sepe secundum desiderium meum & tuum mittere possum; quia, etiamsi opportunitatem haberem, scandalum tamen aliqua occasione à Rege, qui omnia quae à me sunt, & quae me diligunt, odit, & adversus ecclesiam nostram aut adversus latorem, si quo modo cognosceretur, timerem.

(a) Librum quem edidi, cuius titulus est: *CUR DEUS homo*, Dominus Ermerna charissimus filius meus & baculus senectutis meae, monachus Becci, cui tantum debent amici mei quantum me diligunt, libenter ecclesiae Beccensi: ut filius eius transcribit. Quoniam Domino Abbati ecclesiae nostrae propter causam praedictam scribere nolo, tibi commendo memoriam mei, ut in codicibus eorum, quos sicut animam meam dilexi ipsis testibus, & dum vitam, Deo dante diligam, frequens tua commonitio veterascere & evanescere eam non permittat. Audiui, quia Dominus *(b)* Folcheradus consobrinus noster est nobiscum. Si est, precor vos omnes pro eo, sicuti pro carne mea. Nam ipse exul est propter Deum, & olim factus est monachus Becci. Saluta eum, & esto illi pro me. Omnipotens Deus animam & corpus tuum benedicat. Saluta quos scis, & vis.

a Liber Anselmi, cur Deus homo, cuius iterum meminit cap. 1. lib. de conceptu virginali.

b Ad hunc sunt epist. 46 lib. 1. ep. 21. lib. 2.

EPISTOLA XXVI.

SVIS DILECTISSIMIS ET DESIDERATISSIMIS Domino Abbati Willemo, & aliis fratribus Dei in Beccensi cenobio commanentibus frater Anselmus professione & corde Beccensis, Dei dispositione vocatus Archiepiscopus Dorobernensis, praesentis vitae continuam prosperitatem, & futurae aeternae felicitatem.

Ut pro eo indefinenter orent, & in sancto proposito constanter perseverent.

QUONIAM nec novum, nec insperatum, nec extraneum est, quod fraterna charitas pia compassione succensa suis orationibus assidue mihi in assiduis necessitatibus diuinum implorat auxilium, nec ignoratis, quia cor meum vestra dilectio totum implet & possidet: non potero opus esse gratiarum actiones me vobis in epistola depingere, quas non ignoratis me semper in cordis scrinio servare, ubi enim tanta cordis esset animarum unitas, plus ipsae sibi inuicem sunt notae conscientiae, quam lingua aut stylus possit exprimere. Et ut in hoc, quod assidue facitis, perseveretis, maiores preces non habeo, quam ut repetam quod scitis, ut videlicet animam meam, ubicumque corpus sit, vestram semper esse, & ad vos, quantum in ipsa est, desiderare, & absentia vestra tabescere nullatenus dubitetis. Nisi enim eius tristitiam diuinæ dispositionis consideratio temperaret, nullatenus immensitatem eius sine gravissima latione toleraret. Nihil igitur me modo magis dilectioni vestrae delectat scribere, quam ut in sancto proposito ad quod convenistis, studeatis proficere, & ex nulla parte, clam vel palam antiqui hostis insidias in vos permittatis irrumperere. Quod ut efficacius efficere valeatis, inuicem

vos charitatiue custodite, moneo, corrigite, & haec ab inuicem velut magna beneficia vobis impendi benignè sustinete. Praelati subditos studiosos benignitate sustineant: tepidos, exhortatione accendant: si qui sunt peruisaces, disciplina coerceant. Subditi praelatis non ficta obedientia, & maximè Abbati subiaceo, & vos non graues sed faciles ad portandum exhibete: valde namque subditi coram Deo peccant, si praelatos non metuunt suis moribus grauari, qui eos solo Dei timore, & fraterna charitate suscipere portare. Occasione equitandi claustrales nisi cogente obedientia non solum non exquirant, sed nec occurrentes suscipiant. Qui enim claustra monasterii libenter exeunt, non solum sibi sed & alii suo exemplo noxii sunt, quoniam aut murmurationis, aut vagationis illis authores sunt. Nec Dominus Abbas vllatenus hoc concedere debet, si rigorem ordinis vult servare, hospites cum gaudio suscipientes, illis secundum facultatem vestram cum omni hilaritate ministrare. Constitutionem nostram & vestram de elemosyna pauperum, nullo modo minui permittatis: sed potius, si poteritis intelligere, qualiter eam rationabiliter augere possitis, augete. Omnipotens Deus voluntatem & actiones vestras dirigat in beneplacito suo, & faciat vos ab inuicem videri in regno suo. Amen.

EPISTOLA XXVII.

ANSELMVS VOCATVS ARCHIEPISCOPVS, dilectissimo fratri, Domino *(a)* Priori Baldrico salutem & benedictionem Dei, & suam, si quid valet.

a Huius monachi epist. 74. 8. ep. 21. supra. lib. 2.

Laudat ob bonam famam, & quod Beccensis abbatibus laborem minuat pro virili.

GRATIAS ago Deo, à quo est omne bonum, & dulcissima dilectioni vestrae pro omnibus bonis, quae de ea mihi referuntur ab omnibus, qui à vobis ad me veniunt. Et quamuis vestra bona voluntas, bonumque propositum iam longo vsui probatum confirmatumque sit, ut frequenti non egeat monitione: dulce tamen mihi est, ut vos rogem toto corde, ut perseveretis in Deo grata intentione; quatenus in futura vita gaudeatis de beata retributione. Et cum de omnibus vestris bonis studiis, & operibus gaudeam, in illo maximè cor meum exultat, quod Domino Abbati benigna obedientia concordatis & laboriosum eius onus, & onerosum laborem vestra consolatione lenigatis, nec pati potestis, ut aliquis eius ordinationibus aut detrabat, aut resistat. Certum enim est, & experimento saepe cognitum, quia monasterium, in quo subditi facta praelati diudicant, benigna Dei dispositione non disponitur: sed per abrupta vitiorum dissoluitur & discordia scindente destruitur. Vbi vero praelati facta & ordinationes velut à Deo inspiratae ab omnibus communiter suscipiuntur; ibi Deus inhabitat, & quasi propriam domum, cuius tota cura super ipsam iactatur, disponit & ordinat. Hoc ergo super omnia precor & moneo, ut seruetis, & in hoc studio intanter perseveretis. Omnipotens Deus dirigat omnes actiones vestras frater charissime & ad vitam perducatur aeternam.

Amen.

EPISTOLA

EPISTOLA XXVIII.

DILECTISSIMO DOMINO REuerendo Flandriæ Principi Roberto Anselmus seruus seruorum Christi IESU vocatus Archiepiscopus Cantuariæ fideles orationes.

Hortatur ad iustitiam magis magisque sectandam: fuit autem hic Robertus, cognomento Hierosolymitanus, secundus Flandriæ Princeps, Roberti Frisonis & Gertrudis Saxonica filius: cuiusque meminerunt Leodienses Clerici in epistola contra Paschal. II. obiit anno 1111. sepultus in D. Vadafti Attrebatensis. Meyerus in Compend. Chron. Fland.

QUONIAM chara mihi est excellentiæ vestræ benignitas, quam mihi, quotiens vobiscum locutus sum, dignati estis ostendere: debeo vel literis aliquando significare eius memoriam apud me nunquam veterascere, & me Deum orare quatenus ipse vos sua benignitate dignetur ab omni malo defendere. Et quoniam mihi iniunctum est, vt in huius vitæ exilio, quos valeo ad cœlestem patriam nõ desinam exhortari, hoc cœrtè seruitiũ illis non debeo subtrahere, quibus scio me dilectionis debito copulari. Suggestit igitur vestræ sublimitati non corripiendo, sed de bonis ad meliora inuitando mea humilitas, vt assidue cogitet illud, quod sacra iubet autoritas. (a) *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Quanto autem illorũ, quibus terra commissa est ad regendum præeminet potentia, tantò magis si à iustitia deuiant non regunt, nec adiuuant humanum genus; sed perturbant & grauant sua violentia. Talibus utique fratribus illa comminatio intenditur. (b) *Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus.* Semper igitur in actibus suis seruet iustitiam vestra prudentia, & in offensionibus, quæ sibi fiunt, indulget eam sua misericordia. Nam & hoc iustitia imperat, vt qui sibi vult misereri; misericordiam aliis impendat. Breuiter monui, quod cor meum assidue desiderat, sed omnipotentem Deum precor, vt sic ipse vobis terrenum principatum gubernare tribuat, quatenus in futura vita regnum cœleste vobis retribuatur. Salutant vos vt fideles serui Dominum fratres nostræ ecclesiæ, pro quorum necessitatibus in Flandriam præsentim mittimus. Qui mecum vestram pietatem flagitant, vt sicut ipsi in his quæ Deo in se placent, si qua sunt, vos fratres esse desiderat, sic vos hoc dignari, cum opus & oportunitum erit in vestra tuitione percipiant. Salutamus pariter ego & illi uxorem vestram vt Dominam charissimam, quam sic adiutricem nostram vobiscum esse, cum res exiget, deposcimus; sicut eam vobiscum in dilectione & orationibus complectimur. Valete.

EPISTOLA XXIX.

ANSELMVS GRATIA DEI Archiepiscopus Dominis & filiis suis charissimis Domino Priori Henrico & Suppriori Antonio Domino Ernulfo & Domino Osberno, & aliis seruis Dei in ecclesia commanentibus semper delectari in Domino, & eius perpetua benedictione tueri.

Vt Cantuarienses cœnobita sic obediunt Priori & Suppriori, ac sibi.

AD IO inter vos esse scandala & murmurationes, quia quidam sunt inter vos, qui se D. Anselm. Tom. 4.

Dn. Priori subiicere contemnunt, & ea quæ licentia eius facienda sunt, illo omnino nesciente, & sine eius licentia passim faciunt: & cum ab eo vel ab aliquo reprehenduntur in capitulo, eius se iudicio regulari humilitate subdere despiciunt: & insuper hoc se totum nostra autoritate facere affirmant. Vnde quasi diuersæ sectæ & partium dissidentium lites inter vos nascuntur & discordiæ. Qua de re vestram dilectionem scire volo, quia nunquam in nostra voluntate fuit, nec Deo protegente erit, vt in ecclesia mihi ad regendum commissa tanta & tam reprobanda inordinatio oriatur, aut si aliquo casu oritur, nutriatur aut permittatur. Præcipio igitur, vt omnes sicut mihi nostra seruata prælatione, & in petendis licentiis & in exequendis mandatis & in iudicandis negligentis Domino Priori, & post illum Suppriori subditi sitis humili benignitate & benigna mansuetudine. Et quoniam præfatae murmurationis causam & pondus super Dominum Willelmum quidam maxime imponunt: de illo nominatim dico, quia nunquã volui nec volo, vt aliquo modo Priori inobediẽter resistat, nec de illo aliud statuo quàm quod vobis audientibus in capitulo de illo precatus sum, & cõsului tum propter memoriam Domini & Patris nostri Archiepiscopi Lanfranci, tum propter infirmitatem eius. Quod tamen non sine discretionem & humili obedientia fieri vllatenus cõcedo. *Pax Dei, qua exuperat omnem sensum, cõsodiat corda vestra, & intelligencias vestras.* Amen.

EPISTOLA XXX.

ANSELMVS VOCATVS ARCHIEpiscopus Cantuariæ Sororibus & Filiabus charissimis reuerendæ Abbatissæ Wittoniensis Malthildæ, & aliis ancillis Dei sub illa commanentibus, electo sponso Christo semper placere.

Obscrat preces suo inchoatas nomine perpetuari, & moniales pietati assidue vacare.

GRATIAS ago sanctitati vestræ, quia sicut audio pro me assidue orare non cessat. Et precor suppliciter, vt quod charitatiuè incepit, perseveranter faciat donec appareat, quid diuina dispositio de me intendat: Quatenus vestris orationibus, exoratus Deus mihi in tribulationibus meis sit clementior, & vobis pro impensa charitate sit benignior. Præterea & officium à me iniunctum exigit, & dilectio, quam in vobis erga me sentio, me inuitat, & charitas qua vos diligo mihi persuadet, vt vestrum secundum studium ac propositum mea exhortetur commonitio; semper ad meliora proficere, & nunquam ab his, ad quæ gratia Dei adiuuante attingitis, negligentia vestra grauante deficere. Quod utique efficaciter implere poteritis, si illud considerantes quod scriptum est: *qui (a) modica despicit, paulatim decidit: Et: (b) qui timet Deum, nihil negligit,* etiam minima ordinis vestri non neglexeritis. Tantò enim vigilantius à minimis excessibus debemus cauere, quantò eos frequentius cognoscimus se nobis ingerere, & quantò callidius deceptor noster nullam in eis esse culpam aut cõtemnendam, si qua est, nititur nobis persuadere. Quod non solum in exterioribus operibus, sed etiam in intimis cogitationibus debetis seruare, nec minus Deo displicere indecentem cogitationem, quam hominibus reprobam

a Sep. 2.

b Sep. 6.

Philip. 4.

a Huiusmodi
minis epist.
74. 8. & 9.
supra: 6. & 7.
lib. 2.

bandam actionem debetis iudicare. Deniq; sicut spōs carnalium virorum exteriorem fœditatem execrantes; per pulchritudinem carnis & vestium apitudinem student placere: Ita sponsæ spirituales regis regum filii Dei fœditatem interiorem detestantes per mentis pulchritudinem & ornamenta virtutum, vt illi placeant semper, debent studere. Pulchritudo certè mentis & nutrimentum virtutum est cordis mūditiā, (a) cui visio Dei spiritualiter promittitur; ad quam mūditiā nullus, nisi per magnam cordis custodiā perducitur. Vnde scriptum est. (b) *Omni custodia serua cor tuum.* Ad quam custodiam post gratiam Dei quantum ad humanum studium pertinet, hoc est singulare & efficacius consilium, vt semper cor vestrum & vbique quandiu vigilatis, aut lectione, aut oratione, aut Psalmis, aut aliqua vtili cogitatione siue intentione sit occupatum. Vos (Domina Abbatissa) precor vt matrem, moneo vt sororè, hortor vt amicam, præcipio vt filia charitissimæ: quatenus R. Episcopo (C) Osmundo omni benignitate sanctam & Deo placitam obedientiam, sicut decet, exhibeatis, & eius dilectionem & familiarem amicitiam atque consilium & auxilium in corporalibus & in spiritualibus habere, & illi, quod ex vobis est, exhibere in Christi charitate studeatis. Omnipotens Deus, sponsus vester, sit semper custos vester. Amen.

a Matth. 5.

b Proverb. 4.

ANNOTATIONES IN EPISTOLAM XXX.

QVI modica (A) despicit, paulatim decedit:] Eandem sententiā in iisdem pr. vsus verbis Anselm. inculcat epist. 40. huius libri. Pro verbo despicit, excusa Bibl. a sex MS. nostra, habent. spernit: sed eam vox sit synonima, rei non peruenit intellectum. Significatur etenim ad virtutis Cyclopediam esse pernecessariam erratorum f. gam, leuiorunq; præceptoram diligentissimam obseruantiam: vt passim & crebro Anselm. commonet, ceteriq; Patres, nempe D. Chrysost. homil. 27. in Matth. & is ad populum Antioch. Hieron. ad Rusticum monachum, & Eustochiam de custodia virginitatis; Gregor. Nazianzen. orat. 1. in Iulianum, D. Ephrem. tom. 1. tract. de temperantia ab his verbis: vā illis, qui minimis leuissimisq; &c. & Parensi 29. tom. 2. Casarius Arelat. ser. 8. Rursusq; noster Anselm. apud Edinurum. lib. 1. similitudine sumpta ex vinario, cuius rimæ quantumuis tenues, si non obturentur, confusissimam aquam totam emittant, vnde piscium consequetur interitus. Leonius Canonicus noster Poeta non contemnendus, qui ante 400. annos parabat heroicum carmen in vniuersa Biblia, sed mors præueniens iam in scribendis manum obstupescit & compefcuit. Quam ob causam reliquit tantum libros duodecim finitos in historia Ruth. Is inquam præter hæc & alia poemata, illud reperi ad rem præsentem cui titulo est: Quod non sunt negligēda venialia: Carmen sequitur huiusmodi:

Quæ bene cuncta fugis grauioris crimina noxæ
Hoc age ne culpa sub leuiore cadas.
Culpa grauis, semper leuium contemptus habetur:
Paruaq; quæ fuerant, crimina magna faciunt
Quid vitæ esse lutum iuuat, vt mergaris arena?
Fortè lutum fueret, non minus illa necat.
Sic tmidus frustra maris alta pericula fugiet:
Quem necat in tuto flammis vnda vado.
Nec satis est gressu foueas vitare patentes,
Datipit incantos & via plana pedes.
Vt bene, quæ sese produunt incommoda vites,
Vtilium specte noxia multa latent.

Hactenus Decastichon, quod antehac in vulgus non exierat, vt catera sui authoris poemata, inter quæ vidi literas, vnas ad Adrianum IV. alteras ad Alexandrum III. summos Pontifices. Eo quoq; loci spectant Plutarchi duo vlt. capitula eius tractatus, quem inscripsit: Quomodo videre quis possit an in virtute promoueat.

Abbatissæ (C) Witonienli Osmundo Episcopo. Sarisberienli vel Salisberienli. Ante hunc reliqui Episcopi vocabantur Schireburnienses à Schireburnia in Anglia Westsaxonica, vico ignobili, & inameno. Vnde mirum est tandiu illic Episcopos sedisse. Tandem 1075. Synodus auctore Lanfranco Londini est habitata, in qua, vt testantur acta eiusdem epistolæ Lanfranci admixta, & decretis summorum Pontificum Damasi videlicet & Leonis: nec nõ ex Concilio Sardicensi atq; Laodicensi, in quibus prohibetur Episcopales sedes in villis existere, cõcessum est regis munificentia, & Synodali auctoritate præfatis tribus Episcopis de villis transire ad ciuitates: Hermanno de Syraburnia ad Seruoberiam, &c. Vulgaris autem codicum impressorum lecti. habet Sarisberiam & Schereburniam; Tabule quoq; Sarisberienlium Episcoporum in bibliotheca S. Victor. Parisiens. Hermannus igitur mox vt sedem inuexit Sarisberiam, inchoauit ecclesiam primariam, cuius opus mors præueniens remota est. Osmundus autem successor operi inchoato colophonem imposuit, vt notauit Malmesburiens. lib. 2. De gestis Pontificum anglorum. Caterum iuxta Sarisberiam positum est Cœnobium Wiltouienli ad Wilen flumen in vico non exiguo cui nomen Wiltuna, à quo & Wiltouienli Partheno vt sedem, ita & nomen traxit: Originem vero ab Edgardo rege, qui illuc introductis monialibus Benedictinis Antistitam præposuit filiam suam nomine Editham anno 974. vt Lilio placet. Sed quidem sed non importunè (virorum enim sanctorum quolibet tempore memoria solet esse opportuna) in metum venit annotare quæ D. Antonin. scriptis dedit. 3. part. hist. tit. 24. c. 12. nempe hunc Osmundum (quam Osmundum nuncupat) ob sanctitatis famam, & miraculorum frequentiam in diuos relictum fuisse à Calixto III. Papa, anno 1457. officiumq; præscriptum, in eius memoriam ferendum nomine vnius confessoris Episcopi. Quæ quidem Osmundi apothefosis à Gregorio IX. fuerat tentata, sed insurgentibus variis in Ecclesiam tempestatibus prorogata, donec sereniore die illucescente tam sanctum inscriptionis opus fieri posset religiosius & prudentius. Antonino erat in votis illic attexere epitoma mirabilium, sancti Osmundæ precibus & meritis gestorum, sed abstinuit, cum tãdy vitandi ergo, tum quod libellum id argumenti continerem iusserit in ecclesia Sarisberienli tabulario seruari; ad quem mittit lectorem cupidum historiae Ecclesiast. Præter Antonin. huius quoque apothefosis meminere Polyd. Virgil. lib. 23. hist. Angl. & ante illum, Matth. Palm. r. Pisarus, Petrus à Natalib. lib. 12. c. 22. Schedel. 6. atate sui Registri Chron. Bergom. lib. 15. supplement. Chron. Sabell. lib. 6. Ennead. 10. Platina in Calixto III. Sed in his quinq; posterioribus mirè variata est orthographia, ita vt pro Osmundo, legas Hofimundum, Edimundum, Eadimundum vel Edmundum. Nec est quod quis Sabell. Plat. Bergomens. Schedel. putet intell. gendos de sanctis Edmundo rege aut Archiepiscopo: cum ille longè ante, hic verò cœlum numero fuerit ascriptus anno 1246. testibus Walsingh. in Neustria. & Matth. Paris. aut 1248. vt notat Molan. in add. ad Vsuard. prid. Non. Decemb. His plura refert Malmesb. in Episcopis Sarisberienli. iterunq; Polydor. lib. 9. Pauca quidem sed optima & præclara. Migi aut tandem ad superos sanctissimus Pontifex anno 1099. Episcopatus sui 24. Sarisberia sepultus: (consentientib. Henrico Huntidon. lib. 7. & Matth. Paris) prid. Non. Decemb. vt Baron. post Molanum advertit. Quibus, quia hæc exciderant, collecta hic reposuimus.

Ed pertinet. 47. 53. 46. 1.

a vulgo Anselm. in: Bol gica secundâ quorū Anselm. in: 1. 2. put apud P. 10. lom. dicitur Sarisberienli. 1170.

EPISTOLA XXXI.

ANSELMVS VOCATVS ARCHIEPISCOPUS, fratri charissimo, Domino Abbati cœnobii sancti Vilmari Lanfrido, diuino regi consilio, & adiuuari auxilio.

Abbat volenti gregem relinquere ob varias molestias respondet. Coniunge epist. 49. lib. 2.

DE petitione vestra, qua mihi infatigabiliter inuitatis, quatenus ab Episcopo vestro consilio & precibus meis tentem impetrare vobis licentiam, Abbatiam, in qua vos diuina constituit dispositio, deferendi; sæpe multum mecum cogitavi, & cum aliis, in quibus consilium spirituale speraui, sum locutus: & intellexi, quamuis propter compassionem, qua tristitiæ fraternitatis vestræ compatior, valde vobis congauderem, si Dei miseratione consilio & permissione Archiepiscopi & Episcopi desiderium vestrum assequeremini: periculosum tamen mihi esse, tam inusitatam rem petere & consulere. Timeo enim me non parum peccare, si mea instantia locus vobis commissus omni rectore destituitur, atque & rerum, & morum, & ordinis maiori; imo omnimoda vastatione destruitur. Si enim ad aliud, ibi vestra non prodesset præsentia, nisi quia non ibi regnare potest, nec liberè exerceri sine aliqua reprehensione malitia: necita malè ibi est, sicuti esset, si esset sine rectore, aut in ordinis, aut in rerum destructione: non tamen possetis conquiri, quasi ibi inutiliter viueretis, vbi tantum malum, & corporale, & spirituale, ne locum prædictum destrueret, comprimeretis. Quanto magis nunc se vestra consolari potest prudentia, cum sint aliqui sub illa, quia eius consilio & gubernatione vti desiderant, & voluntaria subiectione illi obediunt. Est & aliud vnde in tribulatione vestra debetis gaudere, quia non est dubium vos illam bono zelo Dei habere, & timore Dei, cuius consideratione illam fugere non audetis sustinere. Certe vbi tot rationes sunt consolationis & spiritualis lætitiæ, non magnum pondus habere debet amaritudo tristitiæ. Quippe non solum considerat Deus, quantum studium alicuius in aliis proficiat, sed etiam aut forsitan magis quantum laborem in intentione proficiendi, & dolorem, quia non proficit secundum intentionem, sustineat. Nostrum enim est laborare & seminare, Dei vero est incrementum & effectum dare. Quod nostrum est, quamuis adiuuante sit, nobis retribuit, quod autem suum est, sibi attribuit. Quod si hæc mens vestra non vult, aut non valet suscipere, non prohibeo si per Episcopum vestrum, & per eos, ad quod res hæc pertinet, Deo disponente ad desiderium vestrum ordinatè potestis pertingere: Valet.

EPISTOLA XXXII.

ANSELMVS VOCATVS ARCHIEPISCOPUS Cantuarie, reuerendo Episcopo (a) Ambianorum Geruino salutem:

Non posse monachum in Abbat. ordinari, qui clam in seio Pralato abscesserit.

FRaterille Normannus ecclesiæ nostræ professor, quem Abbatem electum esse mihi manserunt.

D. Anselm. Tom. 4.

daftis, & cuius ordinationi me assensum præbere suaderis, me & fratribus ecclesiæ nostræ ignorantibus trans mare abiit, vt nec iter eius, nec causam itineris eius agnosceremus. Quapropter nec vos, vt literis vestris intimatis, eum sine nostro assensu ordinare debetis, nec ego in hoc assensum præbeo nec præbere debeo, in quantum intelligere queo. Si ipse venerit ad me, & ad Ecclesiæ suam, sicuti monachus, qui taliter de Ecclesiâ sua discessit, venire debet: & postea aliquis de eo mihi de præfata re locutus fuerit, respondebo inde, secundum quod respondere intelligam. Valet.

EPISTOLA XXXIII.

ANSELMVS GRATIA DEI ARCHIEPISCOPUS fratri & filio Ricardo monacho salutem & benedictionem.

Hec epistola vndecima est in ant. hac editis: monachum professum non debet aigi de voto peregrinationis a se facto in seculo.

AVDI VI frater mi, quia antequam monachus fieres in ægritudine vouisti te iterum ad S. Egidium, & idcirco modo timidus & nimis sollicitus es de voto illo soluendo, ita vt quiete non possit cor tuum, nisi ad S. Egidium iueris. De qua re non debes tantum credere tibi, quantum Abbati tuo, cuius consilio & ordinationi animam tuam commisisti, & aliis qui melius te sciunt, quid placeat Deo, & magis profit animæ tuæ. Quapropter consulo tibi & præcipio, vt omnino dimittens intentionem præfati itineris, & sollicitudinem voti illius in proposito quod assumpsisti quietus & immobilis permanes, & quietè ad hoc quod proposuisti, id est, ad obedientiam & penitentiam pro peccatis tuis, & ad alios bonos mores proficere studeas. Certus enim esse debes (a) quia cum te ipsum Deo totum vouisti, & reddidisti per monachicam professionem, soluisisti omnia vota minora quarumlibet actio num quæ prius sine iureiurando & fidei allegatione promisisti. Esto ergo quietus & securus, & ego te ea autoritate, quam per gratiam Dei habeo super te, ab illo voto absoluo. Vale.

EPISTOLA XXXIV.

ANSELMVS GRATIA DEI ARCHIEPISCOPUS fratri & filio charissimo monacho Cestrensi Willelmo salutem.

Non esse tantum virtute, quantum carminibus eum monachus depingebat. Horum autem carminum meminit Lelandus apud Baleum cent. 10. catalog. scriptorum Britannia: qui quidem, si hanc vidisset epistolam, non basisset de authore: nam aut huius Guillelmi, aut Edineri ss. suspicatur.

QUAMUIS me talem nesciam, qualem me suis carminibus tua prædicat beneuolentia: non tamen ingratus esse debeo, quoniam hoc facit dilectionis abundantia: Sæpe enim solet dilector dilecti vitia aut non sentire, aut leuia iudicare: bona vero, quæ non sunt, opinari, & quæ sunt, exaggerare. Quod quando sola facit charitas, nec error est suscipiendus propter affectum amoris, nec amor est contemnendus propter culpam erroris. Sed

a Sic D. T. lib. 2. 2. q. 88. art. 1. ad 1. Testa-
sus. Abbas
quæst. 30. in
30. Numer.
Diony. Car-
thuf. q. 3. in
dist. 38. lib. 4.
sent. Natur.
cap. 12. n. 65.
Enchir. con-
fess. Iacob. de
Grass. lib. 2.
dact. cap. 36.
n. 2. huiusmodi
epist. 116. in
finem circiter
154.

Id pertinet
epist. 53. lib. 1.

a vulgo A-
mianor. Bel-
gica secunda
quorū a m-
bianorū ca-
put apud P. 10
lone. dicitur
Samarobri-
um.

sic debet amor nutrirī, v̄ error corrigatur. Sic error debet expelli, vt amor retineatur. Gratias tibi ago, quia me talem diligis esse, qualem me predicās; & hortor, ne me talem opineris: sed potius ores vt talem Deus faciat, qualem esse me diligis, & existimas. Cum enim scriptum sit, (a) *no laudes hominem in vita sua*: & alibi: (b) *orate pro inuicem vt saluemini*: non debet homo hominem in hac vita magno conatu laudare, sed magis vt laudabilis fiat, pio affectu orare: laudem vero Deo committere, cui proprium est, merita iudicare. Non dico bonorum virorum virtutes ad exemplum bene viuendi aliis non esse monstrandas, sed eidem ipsis non esse exaggerandas. Quoniam autem opus charitatis nō debet esse sine retributione, pro carminib. profam, pro laude reddo exhortationem: Certē fili mi cum in me amas & laudas bona quæ in me opinaris esse, ipso tuo opere testaris quia amabilis & laudabilis est omnis, qui studet bonus esse. Cum ergo omnes velimus non dico laudari, sed amabiles & laudabiles esse: nihil tantum studere debemus, quam vt boni in conspectu eius, qui non fallitur, iudicemur esse. Bonus autem quisquē fidelis ab eo iudicatur, qui in suo ordine perfectionem attingere conatur. Nam & si omnes ad perfectionis summam pariter peruenire non possumus, non tamen erimus extra numerum bonorum, sicut scriptum est. Imperfectū meum viderunt oculi tui; & in libro tuo omnes scribentur: si ad eam perfectionem incessanter & fortiter conari velimus. Conentur igitur laici in suo ordine, clerici in suo, monachi in suo viriliter semper proficere: vt illi, qui superioris propositi sunt, eos qui inferioris sunt humilitate, in quantum homo magis proficit, tantō magis sublimatur, & aliis virtutibus excellit. Quapropter fili charissime, semper memor esto, cuius propositi gradum ascenderis, nec vnquam tibi vitæ tuæ sanctitas sufficiat, nisi ea illo, qui inferiorum graduum sunt, transcenderis. Sicut enim illi qui inferioris propositi sunt, laudabiliter ad virtutes superioris ascendunt: ita illi qui maiora sectari proposuerunt, vituperabiles sunt, si ad æqualitatem minora eligentium descēdunt. Quoniam ergo monachum te habitu profiteris, hortor, precor, confulo: vt semper in conspectu Dei intus studeas esse, quod foris in conspectu hominum videris. Non autem hic loquor, quasi hoc non facias, sed vt semper ad meliora paterna exhortatione succensus proficias. Vale.

EPISTOLA XXXV.

DOMINO ET REVERENDO ROMANÆ ECCLESIE LEGATO & CARDINALI EPISCOPO WALTERO: ANSELMUS VOCATUS ARCHIEPISCO-
PUS CANTVARIÆ FIDELIS ORATIONES & FIDELI SERUITIUM.

Fuerat is Cardinalis Albanensis, creatus ab Urbano II. Onuph. in Pontif. Max. vbi eum vocat Gualterum. De Ecclesie necessitatibus non posse colloqui nisi hand procul à Cantuaria.

QVOD mandat mihi prudens vestra sollicitudo, vt aliquo loco conueniamus de causa ecclesiarum Dei fraterno ac charitativo ad inuicem consilio acturi, & quæ corrigenda sunt, correcturi: vtique secundum intentionem vestram laudabile est, & secundum quod expedit valdē

utile esset, si congruo tempore fieri posset. Sed vestra prudentia non ignorat, quia nos duo nihil efficiemus, nisi regi suggestum esset, & eius assensu & auxilio ad effectū prōdūceretur, quod disponderemus. (a) Est & aliud, quia ego à Cantuarberia elongari nullatenus audeo, quoniam quotidie expectamus, vt hostes de vltra mare in Angliam per illos portus, qui Cantuarberia vicini sunt, irruant. Propter quod Dominus meus Rex ore suo mihi præcepit, antequam ab illo apud (b) Notingham discederem, & postquam Cantuarberiam redii, mihi mandauit per literas proprio sigillo signatas, vt Cantuarberiam custodiam, & semper paratus sim, vt quacunque hora nuncium eorum, qui littora maris ob hoc ipsum custodiunt, audiero, vndique conuocari iubeam equites & pedites, (c) qui accurrentes violentiæ hostium obstant. Et idcirco de Cantuaria exire nō audeo nisi in illam partem, ex qua hostium expectamus aduentum. Precor igitur sanctitatis vestre discretionem, quatenus æquo & pacato animo suscipiat has nostras rationabiles, & quæ infirmari nequeunt, quoniam veræ sunt, excusationes. Sciat pro certo vestra reuerentia, quia eundem animum quem habetis, vt corrigantur quæ corrigenda sunt habeo. Sed expecto reditū Domini mei regis & Episcoporum & Principum qui cum eo sunt: quatenus illi, quæ agenda sunt, oportunè & rationabiliter suggeramus. Et sic Deo adiuuante eius assensu & auxilio efficacius expleamus, quod desideramus. Si tamen vobis placet, vt per dilectissimum fratrem nostrum reuerendum Abbatem N. mihi consilium vestrum manderis. De quibus rebus & quomodo cum rege loqui debeam, hoc libenter suscipio. Sed & si regi monendo consulere aliquid de huiusmodi rebus per eundem Abbatem & reuerendum Episcopum Wintoniæ prudentiæ vestre placuerit, laudo & postulo. Vale.

EPISTOLA XXXVI.

DOMINO ET REVERENDO EPISCOPO (a) ALBANENSIS & CARDINALI WALTERO CANTVARIENSIS, diuina dispositione Archiepiscopus Anselmus orationum fidelitatem cum seruitio.

Causas reddit breuioris colloquii cum Legato Apostolico & calumniis impostas excutit.

LITERIS à vestra sanctitate mihi directis, si liceret, plenius quam epistolaris breuitas patitur, responderem. Pro temporis tamen opportunitate ad summā sensus illarum breuiter, quod ad me attinet, respondeo. Dicitis, quia oportuerat nos loqui simul de vinea Domini, quæ in hoc regno destruitur, ne penitus confunderetur; quoad vsque sanctus Petrus Apostolus per Vicarium suum (b) Vrbani summum visitaret eam. Hoc vtique ego ipse voluissem, si congruo tempore factum esset idem, quando Dominus meus rex & episcopi, & principes huius regni vobis presentes aut propinqui erant. Postquam verò licentiam accepistis à rege redeundi Romam, & Rex in expeditionem suam cum Archiepiscopo Eboracensi, & quibusdam aliis episcopis & principibus suis iuit, & vos ab illis, & ego à vobis ita discessimus, veluti non vos in

a *Eccles. 17 vbi editio vulgata habet. Antec mortem ne laudes hominem quenq. b Jacob. 5.*

a *Proxima est hec dictio vulgari & Anglice p. nunciationi, nempe Cantuarberia: unde vultur voce Lanfrancus scribens ad Alexand. I. b al. Notingham, vt in histor. Walsing. Est vero Notingham Comitatus castriq. nomen in Anglia sub Sarreberienf. duce.*

c *Hac proximaq. indicans bellum à Ruso susceptum contra Roberti Comitem Murbraiensem, Guillelmus Ancisam & coplures eorum foederatos: quorum erat animus regno vtriusq. priuare Rufum, vt Walsingham scripsit in Typodig. Noustr. ad annum 1095.*

a *hinc enim dicitur et Florent. W. gormienf. p. 403. Chron. vbi mentio legitur Albaniensis, non apud Henedanū, Anno 1092.*

b *Nempe Vrbani p. papam.*

hae

hac terra amplius inuicem visuri: & postquam rex mihi præcepit, vt illam partem regni sui, in qua maximè irruptionem hostium quotidie timemus, diligenter custodirem, & quotidie paratus essem hostibus resistere, si irruerēt, sicut in periculo vastandi vel perdendi terram, cum nullo modo auderem me elōgare ab vrbe, in qua eram, nisi versus hostes qui timebantur, tunc monitus vt vobis occurrerem, quatenus colloqueremur de his quæ corrigenda sunt in hoc regno, rationabilem & susceptibilem reddidi causam, quia propter prædictum periculū & præceptum regis venire nō poteram, & nihil efficeremus nos duo absente rege & aliis, quorum assensu, & consilio, & operatione ad effectum duci posset colloquiū nostrum. Ego enim ipse video quæ corrigenda sunt, & habeo voluntatem, quam nullus homo mihi potest augere corrigendi, Deo adiuuante, per assensum & auxilium Domini mei regis & aliorum, ad quos pertinet, cum locus & oportunitas erit. Quod autem conquerimini vos moratos esse, velut infructuosam arborem & peregrinum, non habentem adiutorium aut consilium; de aliis vos scitis: de me autem, ego scio, quia non prohibui vos fructificare, neque meum auxilium aut consilium vobis pro ratione & possibilitate mea denegavi tempore fructificandi: quod vero quæritis, cur & qua iustitia Episcopi alii me abnegantes à me discesserunt, nec sunt reuersi dignam agentes pœnitentiam: hoc potius ab illis quærendum erat quam à me. Ego enim nescio me fecisse, cur hoc facere deberent. Reuersi tamen hæcenus sunt, vt illam obedientiam quam Cantuariensi sedi promiserant, se mihi seruaturus faterentur. Dicitis quosdam illorum vobis dixisse, ideo vos offendisse in me, quia permisi me à Catholica ecclesia transferri ad schismaticos, & ab illis consecrari si fieri, sicut additis, potest; & à schismatico rege inuestituram accepisse, & illi fidelitatem & hominum fecisse, quos omnes sciebam esse schismaticos, & diuifos ab Ecclesia Christi, & à capite meo Urbano Pontifice, quem ipsi me audiente abnegabant. Certe nesciebam, nec scio eos schismaticos aut sic diuifos ab ecclesia fuisse, vt dicunt: Et si aliquis eorum, qui hoc vobis dicunt, me præfente hoc diceret, ostenderem rationabiliter, non ita esse. Illi enim non abnegabant Canonicum Romanum Pontificem quicumque esset, nec Urbanum negabant esse Pontificem: sed dubitabant propter illam quæ mundo nata est dissensionem, & propter dubitationem illum suscipere quasi certum differebant: nec vllm indicium eos ab Ecclesia segregauerat, & omnino obedientiam Romanæ sedis tenere se fatebantur, & sub professione obedientiæ Romani Pontificis me consecrarunt. Denique Dominus Papa sciebat me esse consecratum, & à quibus, & cui regi feceram, quod feci: Et tamen palliū, (B) quod Archiepiscopus Cantuariæ solet habere, mihi per vestram charitatem non vt schismatico, sed vt accepto; non vt reprobans, sed vt approbans misit, & sic quod de me factum erat, confirmauit. Ipse huius confirmationis author, & Dominus Gualterus Episcopus Albanensis, & Cardinalis hæc eadem scies minister eius & executor. Si vobis hæc calumnia attendenda videtur, cur eam ante pallii concessionem mihi tacuistis? Si negligenda putatur, vos iudicate, quam diligenter sit à vobis incul-

D. Anselm. Tom. 4.

canda. Plura possem adhuc dicere ad infirmandum verbum malitiæ eorum, qui hoc quod dicitis, vobis obtendunt ad excusandas excusationes in peccatis: sed sapientiam vestram scio non indigere apertæ rei multiplici ostensione. Videatur prudens simplicitas, & simplex prudentia vestra, qualiter super hæc quæ dixi, suscipere & exaggerare debeat confictas calumnias & calumniosas confictiones aduersum me ab illis qui fecerunt contra me pro excusatione sua, ne videamini velle confirmare, quod autoritate Domini Papæ & vestra executione non ignoranter est confirmatum. Nempe non sic accipi (teste Angliæ regno) nomen Domini Urbani Papæ in vanum, vt hoc me ab illo vel à fidelibus eius meruisse cognoscam. Dicitis vos causam meam, teste Deo defendisse, quantum potuistis, & ea occasione negotium, propter quod venistis, impeditum vsque nunc. Pro bona quidem voluntate, defensionis gratias ago: impedimentum autem hac occasione factum vobis vtique. Et si rei medulla diligenter consideratur sicut potest, & prudentia vestra me defendit quantum potest, certus sum, quia conscientia vestra in his quæ supra dicta sunt, accusare me non potest. Quod, sicut dicit, nec mecum, nec cum aliis loqui, sicut voluit, potuit vestra reuerentia carens obedientia Romanæ Ecclesiæ, sciat ipsa, cur non potuit. Ego autem scio me diu & multum desiderasse, & expectasse loqui vobiscum, antequam possem, & cum tandem potui, non tantum potuisse quantum volui. Rogatis me, vt fratres nostros Cantuariensis ecclesiæ quietè ac pacificè possidere dimittā res suas: Ad quod respondeo, quia nullus magis desiderat quietem ac pacem illorum quam ego, nec magis sollicitus est pro vtilitate eiusdem ecclesiæ, & idcirco voluntas mea est, vt res eius Deo annuente disponam ad vtilitatem præsentem & futuram, prout melius sciam & potero. Valeat beatudo vestra, & dignetur Deū, vt me & omnes actiones meas dirigat, orare.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM XXXVI.

PALLIUM (B) quod Archiepiscopus Cantuariæ solet habere, mihi per vestram charitatē, & c. misit.] Pallij ad se transmissi, rursus meminit in sequenti epistola; Urbanoq; gratias scribit eo nomine: qui vt honorifice, utissimè misit (erat enim leculo in lulum argenteo) sic Anselmus deuotissimè, iuxta ac lautissimè excepit: nam Waltero Legato id d. ferente obuiam iuit pontificia indutus vestimenta & nudato pede. Sacrum autem insigne depositum in altare suscepit & humeris composuit: sicque diu na illa decoratus stola rem sacram peregit dominico die, quarto Idus Iunias anno 1095. (Hunc enim Florentius Vignienfis, & Honedenus notarunt.) & reliquos astantes illud osculatos fuisse pro reuerentia Sancti Petri. Quem ritum, quia cognoscere operepretium existimaui, lubuit obseruare. Pallij autem Archiepiscopalis formam, aliq; scitu non indigna describit Onufrius in explicatione vocum Ecclesiasticarum, & Ioan. Durantus lib. 2. de ritibus ecclesiæ, cap. 9. num. 41. 42. & ceteris. Quid autem mysterij contineat, Iarlandus Chrysolitanus lib. 5. sui operis (quod Candelam nuncupauit) docet: ex Epistola Leonis Papæ in hanc sententiam: Archiepiscopo pallij honor decernitur: vt purpureo crucis eiusdem vestimenti signaculo à tergo & pectore depicto demonstret populo si-

I 3 gnaculum

De more ludit in Paronomasis.

gnaculum redemptionis nostrae: & pia cogitet mente de passione redemptoris, dicēs: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri IESU CHRISTI. *Leoni coniunxerat Amalarium: Verum quia & hunc noster Hugo est imitatus lib. 1. de officiis Ecclesiasticis cap. ultim. ubi vice auctarū interpretatur spinulas eiusdem pallij, nisi: praterquam quod rursus de illo agat lib. 2. de sacramentis. cap. 16. parte quarta. Paschalis secundus scribens ad Guidonem Vienna Galliarum Archiepiscopum singulare quoddam mysterium aduertit à superioribus incogitatum: Pallio ad missarum tantummodo solennia illis solummodo diebus uti fraternitas tua meminerit: qui tuis praedecessoribus Romanae auctoritate ecclesiae concessi sunt; cuius te volumus per omnia gremium conseruare. Huius enim indumenti honor, humilitas atque iustitia est. Tota erga mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem, & in aduersis (si quando adueniunt) inueniatur cum iustitia erecta, amica bonis, peruersis contraria, nullius unquam faciem pro veritate loquente tremens: misericordiae operibus iuxta virtutem substantiae insistens; & tamen supra virtutem insistere cupiens; infirmis compatiens, bene valentibus congaudens, de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans: In corrigendis vitiis pie seruiens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcēs: in ira iudicium sine ira tenens: in tranquillitate seueritatis iustae censuram non deserens. Haec frater charissime Pallij dignitas: quam si sollicitè seruaeris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Sic Paschalis in epist. quam Floriacensis Bibliotheca exhibet integram lecturanti. *Feculariter, quandoquidem ita tunc sermo, notabimus, Lanfranco collata fuisse duo pallia, ut ipsemet scribens Alexander III. commemorat epist. 3. Nunquam, inquit, res quaelibet de arca pectoris mei eicere quauis occasione poterit inauditam illam humanitatem: quam mihi extremo hominum, tantis indigno honoribus Romae exhibuistis: quodque duo pallia, vnum de altari ex more; & alterum quo sanctitas vestra missas celebrare consueuerat, ad ostendendam circa me beneuolentiam vestram mihi impendistis. Post Lanfrancum id prodiderunt Chion. Becc. MS. in eius gestis: & Willelm Malmesb. lib. 3. de Pontif. Anglis. *Cetero de honore, petitione & usu pallij tota est centesima Gratiani distinctio: ex cuius 1. can. cum praecipitur Metropolitanum fidem suam exponere tribus à consecratione mensibus, & ab ecclesia Romana pallium postulare; Merito Rog. Honea. susp. lectus videtur, parum fideliter notati anni, quo Anselmus pallium receperit. Cum enim testimonio suo, Anselm. f. erit subiectus & inauguratus Pontifex anno 1093. mihi profecto non sit verisimile eum iteris Ecclesiastici non inscium recepisse pallium sesquianno post consecrationem. Unde seipsum quodammodo damnans, dolensq; quod per Anglici regis malignam peruicaciam non daretur aut prorogaretur facultas eundi Romam, dicebat supra ad calcem epist. 24. Si Metropolitanus Episcopus per totum primum annum, nec Papam viuentem, nec pallium requiro, iuste ab ipso honore remouendus sum.) *Qua de causa****

Mattheus Paris exactius supputauit hanc receptionem anno 1094. in historia maiore.



EPISTOLA XXXVII.

REVERENDO AC REVERENTER suscipiendo Catholicae Ecclesiae summo Pontifici Urbano, Anselmus non suis meritis, sed nutu diuino Cantuariæ vocatus Metropolitanus Episcopus debitam subiectionem cum seruitii deuotione.

Quod haecenus Papam non adierit, causatur bella. regis preceptum, et atis imbecillitatem, quidq; factum sit apud, ab eodem moneri supplicat.

GRATIAS ago sanctae munificentiae vestrae, quod dignos Apostolicæ sedis legatos ad nos direxistis, quod Pallij beneficium sola gratia vestrae largitate mihi porrigi precepistis. Nostri quippe, (fateor) ordinis & officii intererat, & presentiam vestram ex more visitare, & eam (ut fieri decet) condigna reuerentia honorare. (a) Et id quidem, ex quo gradum Episcopalem suscepi, summo desiderio facere concupiui, tum quia ratio id fieri postulabat, tum quia consilio & alioquo vestro frui desiderabam: ut me de rebus necessariis tam publicis, quam priuatis interrogantem vestra prudentia doceret & autoritas roboraret. Quod me non exegisse, rogo ne ægre sancta eminentia vestra, nec meae negligentiae, aut arrogantiæ ascribat. Testis enim mihi est conscientia mea, quia postquam in cacumine sanctæ ecclesiae sublimatos vos esse cognoui, gauisus sum & reuerenter dilexi, & diligo, & quotidianum prouectum vestrum fieri optaui, & opto, & factum audiens exulto. Sed quia bellis undique quatunur, hostiles impetus indefinenter, & insidias aduersantium metuumus. Dominus noster Rex extra regnum me procedere haecenus non permisit, nec adhuc procedere posse vlatenus assentit. Præterea si nullæ aliæ causæ concurrerent, quæ me faciem vestram hoc tempore (quod valde molestè fero) videre prohiberent: sufficit quod ætas quod agritudo quod debilitas corporis mei, impatientem me agunt & prolixi itineris & immensæ viarum asperitatis. Sed inter hæc quo labore, quaq; anxietate grauatus iter arripere conarer, si Omnipotēs Deus & in regno Anglorum bella sedaret, & in regnis & regnorū prouinciis, per quas ad vos est eundum, illam pacem tribueret: ut quemadmodum oporteret, & expediret, iter ipsum explere liceret. Sed tamdiu id fieri non potest, quādiu impossibilitas me retinet. Diuina clementia iuuante vbicumque fuero, vobis obedire ac seruire, & celsitudinem vestram honorare paratus ero. Et quia sicut desidero, quotidianas miseriae querelas non licet mihi coram posito effundere in conspectu vestro, sanctas serenitatis vestrae aures paucis questibus & scriptis inquietare præsumo. Sancte pater, doleo me esse quod sum, doleo me non esse quod fui. Doleo me esse Episcopum, quia peccatis meis facientibus non ago Episcopi officium. In loco humili aliquid agere videbar, in sublimi positus præ grandi onere pressus nec mihi fructum facio, nec utilis alicui existo. Oneri quidem succumbo, quia virium, virtutum, industriæ, scientiæ, tanto officio competentium inopiam, plus quam incredibile videatur, patior. Curam importabilem cupio fugere, pondus relinquere: Deum è contrariò, timeo offendere. Timor DEI illud

me

*Verum par
nomas
lit.*

*a se id facere
nequissime i
terum dolet
epist. 24. sup.
Iuo Carnot.
ob id se excu
sas Paschali
epist. 33. &
Rotomagen
sem Archie
piscopum &
pist. 256.*

*Roger epist. 32
39. & 54. 7. 2.*

*a Scita con
ratioparabo
be euangelica
Luc. 15.*

b Psalm. 105.

EPISTOLA XXXIX.

DOMINIS ET FRATRIBVS CHARISSIMIS in Beccensi Cænobio commanentibus, Frater Anselmus voluntate Beccensis monachus, necessitate vocatus Cantuariensis Archiepiscopus presentis vitæ continuam sanctitatem, & futuræ æternam felicitatem.

Quod Beccenses in ordinis obseruantia sint stabiles.

Quamuis nostram raro epistolam videatis, scio tamen, quia dilectionem vestram in intimis feruere non dubitatis. De qua dilectione, tanto esse certiores debetis, quanto eam de præterito cognoscitis: & hoc, propter quod, & ad quod vos dilexi, facere contenditis. Audio enim, quia gratia Dei inspirante & cooperante in studio bene viuendi feruetis, & in paupertatis pressura rigorem vestri ordinis inflexibiliter tenetis. Sic enim decet seruos Dei, ut quanto magis eos tribulationes presentis vitæ angustant, tanto ardentius ad quietem æternæ vitæ tendant, & se ad virtutum profectum extendant. Sed quamuis sanctis moribus & religiosis operibus studio spontaneo iufudetis, noui ramen sinceritatem vestræ dilectionis, quia gratanter accipiet, si vos monuerò, ut in hoc, in quo estis, perseveretis. Quod ut efficacius adimplere valeatis, necesse est, ut sancta vnanimitate colligati, & corde & voluntate Prælato vestro obediatis; facta & dicta eius non diiudicetis; sed sine omni retractatione quasi diuinitus inspirata venerando mente benigna feruetis. Vbi enim Prælati iudices fiunt, aperte Dei ordinationi, cuius dispositione sibi Prælatus est, detrahunt & contradicunt; quibus Deus & suæ gubernationis subtrahit auxilium, & eos in proprii erroris præcipitari permittit consilium: vbi vero Prælatus cum veneratione tanquam Christus suscipitur; ibi tota domus Christi regitur consilio, & protegitur & sustentatur auxilio. Quanto enim subditi se vicario eius subiiciunt securius, tanto ille Prælato & subditis cuncta percurat benignius. Omnipotens Deus sua vos benedictione in æternū beatificet, fratres & amici charissimi: Amen.

EPISTOLA LX.

DOMINO ET PATRI, REVERENDO Paschali Summo Pontifici: Anselmus seruus Ecclesiæ Cantuariensis, debitam ex corde subiectionem, & orationum, si quid valent, deuotionem.

Excus. se, quod nondum per literas eum salutauerit, & calamitatibus suis expositis, ne in Angliam redeat, obtestatur. Scripsit a. e. Lugduno ann. 110. qui et. Guilhelmi Ruffi Anglor. Regis 13. & vltimus, paulo anto mens. Augustum: de Guilhelmo enim adhuc viuente loquitur, tamen paulo post, scil. 4. Non. Augustas, necatus est, venas in saltu Itenensi, à Gualtero Tyello qui sagitta in ceruicem collimata, Regem percussit ceruicem loco, vel prudens vel imprudens. Omnis saltu fatentur, hæc necesse subita miseraq. dignas suorum scelerum luiss. pœnas. Vide Neubrig. l. i. Malm. Honed. Hunrid. Gemmet. l. 8. c. 9. Flor. Wigor. Chron. p. 470.

Quod ad vestram celsitudinem tantum moratus sum nuncium mittere, postquam de cetera

me suscipere compulit, timor idem, onus idem me retinere compellit. Si inter hæc voluntatem Dei agnoscerem, procul dubio voluntatē meam & actus meos pro possibilitate ad illam conferre. Nunc quia voluntas Dei me latet, & quid agam, nescio: errabundus suspiro, & quem rei finem imponere debeam, ignoro. Postulo itaque sanctam clementiam, & clementem sanctitatem vestram, ut propter Deum, propter eam charitatem, quæ Ecclesiam Dei contenditis adiuuare, penuriam consilii nostri vestrarum manu sanctarum orationum pascatis, ne cogitationum talium fluctibus agitatus, aut omnino ruam, aut nihil apprehendam. Rogo etiam, & summissis mentis gemitibus supplico celsam & piam paternitatem vestrā, ut in naufragio positus, si quando procellis irruentibus adiutorii vestri indigens ad sinum matris Ecclesiæ confuero, propter eum, qui sanguinem suum dedit pro vobis, pium & promptum adiutorium & solamen inueniam in vobis. Pro Domino Beluacensi Fulcone supplex oro clementiam vestram, prout vestra iudicabit prudentia. In munusculo nostro, magnitudo vestra (rogo) nō solam penset quantitatem; sed & bonam, quam missum est, voluntatem. Omnipotens Deus diu nobis paternitatem vestram in gratia sua & pace custodiat. Amen.

EPISTOLA XXXVIII.

ANSELMVS DEI DISPOSITIONE vocatus Archiepiscopus Cātuariæ, Domino & fratri in Deo dilecto Abbati Lamberto, misericordiam impendendo temporalem, misericordiam mereri sempiternam.

De profugo monacho recipiendo.

Frater iste comedens de ligno scientiæ boni & mali experimento didicit, quanta sit differentia inter delicias paradysi claustralis, & exilium vitæ secularis. Pœnitens igitur & dolens, sicut lachrymæ testantur, confitetur se nimis peccasse, & promittens, se deinceps mores suos correcturum, & secundum vestram dispositionem obedienter victurum; orat quanto affectu potest, ut intra ouile, de quo sponte miserabiliter aufugit, admittatur. Et quia supplicationem suam pro magnitudine reatus sufficere non putat, nostris precibus suas apud vestram clemētiam adiuuari precatur. Quamuis igitur ego de vestra Sanctitate nihil promeruerim, tamen quia inuicem compati, & pro inuicē orare iubemur, præsumo supplicare, quantum (a) oui, quam Christus quæsitam & inuentam in humeris suis ad oues reportat, vestra paternitas ostium ouilis contra non claudat: ne Christus idem perditam quærendo, & inuentam reportando, frustra laborasse videatur: & ipse apud amicos & vicinos, quos ad congaudendum conuocare debuerat, non tam ouem quam seipsum & quod valde attendendum est, ombatum & à suo ouili exclusum esse conqueratur. Itaque (b) misericordiam & iudicium cantate Domino; & sic ut misericordia super exaltet iudicium: Vale.

Uterum pura nomasius luit.

Refer epist. 32. 33. 34. 35.

a Scia facere nequissime iterum dicit epist. 24. sup. suo Carnot. ob id se excusat Paschali epist. 33. Rotomagen. sem Archiepiscopum epist. 250.

a Scia contrarioparabola euangelica Luc. 15.

b Psalm. 105.

Notitia vestra Deo gratias agentes gauisi sumus: Hæc fuit causa, quia quidam nuncijs Regis Anglorum venit ad Venerabilem Archiepiscopum Lugdunensem pro causa nostra, non tamen afferens quod suscipiendum esset, & audiens responsum Archiepiscopi reuersus est ad Regem; pmit- tens, se in proximo rediturum. Hunc expectaui, vt scirem, quid vobis de Regis voluntate notificare possem: sed non venit. Causam itaque nostram breuiter intimo, quia, quando Romam moratus sum, eam Domino Papæ Urbano, & multis alijs, sicut scit (vt puto) sanctitas vestra, sæpe narraui. Videbam in Anglia multa mala, quorum ad me pertinebat correctio, quæ nec corrigere, nec sine peccato meo tolerare poteram. Exigebat enim à me Rex, vt voluntatibus suis, quæ contra Legem & voluntatem Dei erant, sub nomine rectitudinis assensum præberem. Nam sine (a) sua iussione Apostolicum volebat recipi aut appellari in Anglia, nec vt epistolam ei mittere, aut ab eo missam reciperem, vel decretis eius obedirem. Concilium (b) non permisit celebrari in regno suo, ex (c) quo Rex factus iam per tredecim annos. Terras ecclesiarum hominibus suis dabat: in omnibus his & similibus si consilium petebam, omnes de regno eius etiam suffraganei mei Episcopi negabant se consilium duros, nisi secundum voluntatem regis. Hæc & multa alia quæ contra voluntatem & legem Dei sunt, videns; peti licentiam ab eo, sed ad eundem Apostolicam, vt inde consilium de anima mea & de officio mihi iniuncto acciperem. Respondit Rex, me in se peccasse, pro sola postulatione huius licentiæ: & proposuit mihi, vt aut de hac re, sicut de culpa, satisfacerem; & securum illum redderem; ne amplius peterem hanc licentiam, nec aliquando Apostolicum appellarem, aut de terra eius citò exirem. Elegi potius exire, quam nefandæ rei consentire. Romam veni; scitis, & Domino Papæ (d) rem totam exposui. Rex mox, vt de Anglia exiui, taxato simpliciter victu & vestitu monachorum nostrorum, totum Archiepiscopatum inuasit, & in proprios usus conuertit. Monitus & rogatus à Domino Papa, vt hoc corrigeret, contempsit; & adhuc in hoc perseverat. Iam est tertius annus, ex quo sic de Anglia exiui: pauca quæ mecum tuli, & multa quæ mutuatus sum, quorum adhuc sum dnbitor expendi. Sic plus debilis, quam habilis apud venerabilem Patrem nostrum (e) Archiepiscopum Lugdunensem eius benigna largitate, & larga benignitate sustentor. Non hoc dico, quasi desiderem redire in Angliam; sed timeo ne mihi vestra sublimitas succedat, si ei nostrum esse non notifico. Precor igitur & obsecro, quanto possum affectu, vt nullo modo me in Angliam redire iubeatis, nisi ita, vt legem & voluntatem Dei, & decreta Apostolica voluntati hominis liceat mihi præferre: & nisi Rex mihi terras ecclesiarum reddiderit, & quicquid de Archiepiscopatu, propter hoc, quia sedem Apostolicam petiui, accepit: vel certè, quod pro horum digna recompensatione ecclesiarum proficit. Aliter enim ostenderem me hominem Deo debere præponere, & iuste spoliatum esse, quia sedem Apostolicam volui requirere. Quærent quidam minus intelligentes, cur ego Regem non excommunico: sed sapientiores, & rectum habentes consilium, consulunt, ne id faciam, quia non pertinet ad me, vtrumque & quærimoniam scilicet & vindictam facere. Denique ab amicis nostris, qui sub eodem Rege sunt, man-

datum mihi est; quia mea excommunicatio si fieret, ab illo contemneretur. Ad hæc omnia auctoritas vestra prudentiæ, nostro non eget consilio. Oramus, vt Deus Omnipotens faciat omnes actus vestros sibi placere, & Ecclesiam de vestri regiminis prosperitate diu gaudere: AMEN.

EPISTOLA XII.

HENRICVS DEIGRATIA, REX Anglorum, piissimo Patri suo spirituali Anselmo Cantuariensi Episcopo salutem, & omnis amicitia exhibitionem.

Has literas Anselmus accepit, cum ex Abbatia Casadei tantum redisset Lugdunum. Excusat se in auguratum ab alijs Episcopis ob ingruentes hostes, & Angliam citissime reuerii supplicat inter veniendum, vt diximus supra: Quo nuncio accepto, Anselmus fleuit a: erbissime. Ediner. Harum autem epistolarum est mentio Centuria 10. Scriptorum Britannia.

SCias, Pater Charissime, quod frater meus rex Guillelmus mortuus est, & ego nuntio Dei à Clero & à populo Angliæ electus; & quamuis inuitus propter absentiam tui, Rex iam consecratus requiro te, sicut Patrem, cum omni populo Angliæ: quatenus mihi filio tuo & eidem populo, cuius tibi animarum cura commissa est, quam citius poteris, venias ad consulendum: Me ipsum quidem ac totius regni Angliæ populum, tuo eorumque consilio, qui tecum mihi consulere debent, committo: & precor, ne tibi displiceat, quod (a) regiam benedictionem absque te suscipi: de quo, si fieri posset, lubentius eam susciperem, quam de alio aliquo: Sed necessitas fuit talis, quia inimici insurgere volebant contra me & populum, quem habeo ad gubernandum: & id eo Barones mei & idem populus, noluerunt amplius eam præterari: hac itaque occasione à tuis vicariis illam accepi. Misisse quidem ad te à meo latere aliquos, per quos tibi etiam de mea pecunia destinasse, sed per mortem Fratris mei circa regnum Angliæ ita totus Orbis concussus est, vt nulla tenus ad te salubriter peruenire potuissent. Laudo ergo & mando, ne per Normanniam venias, sed per (b) Guitland, & ego (c) Doneræ obuiam habebō tibi Barones meos & pecuniam ad te recipiendum, & inuenies, Deo iuuante, vnde bene persolvere poteris, quicquid mutuo accepisti. Festina igitur, Pater, venire; ne mater nostra Cantuariensis Ecclesia diu fluctuans & desolata, causa tui amplius sustineat animarum detrimeta. Teste (d) Girardo Episcopo, & (e) Guillelmo Vintoniensi electo Episcopo, & (f) Guillelmo de Vvarelina, & Comite Henrico, & Roberto filio Haimonis, & Haimone dapifero, & alijs, tam Episcopis quam Baronibus meis: Vale.



d Fuit Girardus Herefordia in Gallia Episcopus. e Huic Episcopo fuit cognomen Giffardi. f Alterum Wilhelmum egr egrè depingit Malmesber. in Anselmo.

a Urbanum intelligit.

b Idem scribit Malmesb. li. 4. de Reg. Angl. fol. 71. p. 2. c Nondum cõpleti erant. Not huc enim Rufi pater decesserat 4. Id. Sept. Anno 1087.

d Urbano 2. Paschalis præcessor.

e Cui erat nomen Hugo: vt liquet ex ep. 11. l. 2. & 24. huius libri, & alijs quos Iuonis Carnot. Huius Hugonis, Gualteri Cambrensis, Episcopi, & Odonis Ducis Burgundie, consilio & auctoritate 21. monachi Molesmenses deinde principium Ordini Cisterciensi. Sigibertus in Chronica. & Guil. Malm.

a Apud Westmonasterium Lodiua Thoma Eboracensis Archiepiscopi & Mauriti Londini præfule: vide auctores proximo citatos.

b Guitland vulgò Onofrius, portus est inter Bononiam & Cantiniam. c Ediner, legit Dostris. Polyd. Donerum. Iosius Dobram, opusculum à Cantuariis distans 12 miliaribus. excelsa arca est portu celebre, cum in hunc à Gallicis sit brevis sinus transitus.

Robertus designat.

b Consule Anglica historia & Wilh. Gem. l. 8. hist. Duc. Nor. c. 12. & 13. sub finem c. Huius loci sit met. Hist. 32. l.

EPISTOLA XLII.

PASCHALIS EPISCOPVS SERVVS
Seruorum Dei reuerendissimo Fratri & Episcopo
Anselmo Cantuariensium Archiepiscopo
salutem & Apostolicam bene-
dictionem.

*De operam Anglicana Ecclesia restorationi: & An-
glorum Regem cum Normannia Comite conciliet.*

Sicut iniuriis tuis & exiliis compassi sumus,
sic reductioni tuae & honori tuo largiente Dn.
congaudemus. Et tu, frater in Christo reuerendis-
sime, quia iniurias & peccatas Romanae Ecclesiae,
sicut in praesentia visas plenius nosti, pro eis in por-
tu positus efficacius laborare non desinas: primo,
ut Ecclesiarum in regno Anglico statum secundum
Romanae Ecclesiae sanctiones corrigere disponi
facias. Dehinc, de Regis erga nos dilectio ac fi-
delitate debita censuque B. Petri restituendo, ef-
ficacius studeas. Scis enim quatis inopiae circum-
uallemur angustiis: Nempe cum pro Ecclesiis om-
nibus Romana laboret Ecclesia, quisquis ei sua
aufert, non ipsi soli, sed Ecclesiis omnibus sacri-
legii reus esse dignoscitur. Significamus praeter-
ea dilectioni tuae, Normannorum (a) Comitem
questum apud nos esse aduersus Anglorum Regem
de fracto sacramento, quod ei pro eodem regno
acquirendo fecerat, regnum inuaserit. Et nosti,
quia (b) eidem Comiti debemus auxilium pro la-
boribus, quos in Aliana Ecclesiae liberatione la-
borauit. Idcirco volumus, ut si necdum inter eos
pax composita est, te satagente nostris etiam nun-
ciis interuenientibus, componatur. Pro his enim
omnibus notum tibi, & a te quondam educatum
tunc filium, nunc fratrem & Coepiscopum (c) Io-
annem mittimus, & Tiberium familiarem nos-
trum. Quos petimus in omnibus, quae apud vos
agenda sunt, tuo consilio instrui, tuo auxilio ad-
iuari: pro quos sacrosancta Romana Ecclesia tua
religionis & sapientiae efficacius experiatur indu-
lgentiam.

*Robertum
designat.*

*Consule
Anglicanae
historias &
Wilb. Gem.
l. 8. hist. Duc.
Nor. c. 12. &
13. sub finem
c. Huius Ioan-
nis sit mentio
epist. 32. l. 2.*

*Apud We-
stmonasterium
Lodina Thoma
ma Eborac.
si Archieps.
& Mauritiu
Londin. pra-
sule: vide au-
thores proxi-
mo citatos.*

EPISTOLA XLIII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Domino & Amico charissimo Burgundio,
& uxori eius sorori suae dilectissimae
Ricezae salutem & benedictio-
nem Dei.

*Gratulatur nepotem Deo in seruitutem dicitur: qui
postquam a Cantuariens. monachis humanas &
diuinas addidit, dicitur literas, a Paschale factus Car-
dinalis legatione egit in Anglia, palliumque attulit
Radulfo Cantuar. successori auunculi, anno 1115.
Vide Malmes. in Radulfo, & Honed. Sed & ante
haec fuit Abbas Buriensis in Anglia. Illius iterum sit
mentio infra epist. 66. 67. 77. & 83.*

Scitis, quia filius vester Anselmus charissimus
nepos noster sanus & laetus est mecum apud
Lugdunum: & ego, Dei gratia, prosperè me ha-
beo. De filio vestro hoc vobis dico, quia gaudere
potestis multum, quod illum Deo obtulistis. Amat
n. Deum, & quod amare debet: vnde gratias age-
re debetis illis, & eos amare, qui eum in amore Dei
& sui ordinis & in bonis moribus nutrierunt. Et
certè credo, quia propter hoc meritum, quod primo ge-
nitum vestrum Deo deuota mente dedistis, noluit

*b Guitland
vulgo Ont-
fanz, portus
est inter Bo-
non. & Cal-
tium.
c Edimer. le-
git Dofras.
Polyd. Done-
rum. Ionius
Dobram, op-
pidum a Ca-
stuarua distans
12 milliarib.
excelsa arca
& portu cele-
bre, cum in
hunc a Gale-
tio Gall. Bel-
gicæ sit breuis
simus trans-
itus.*

Deus perdere illum de plebe vestra, nec permisit e-
os, quos genuistis, usque ad illam aetate, in qua pec-
catis & malitiae huius mundi sordidarètur, perue-
nire, ut vitam aeternam perderent; sed omnes eos
bono fine de hac vita ad se transire fecit: Insuper
si sapientes estis, & sapienter consideratis, intelligen-
tis, Deum fecisse vobis magnam misericordiam de
vobis ipsis, quoniam abstulit vobis occasione a-
mandi hoc saeculum, & desiderandi ea quae transeunt
cum vobis abstulit haeredes in hac vita, & fecit fi-
lios vestros suos heredes & suos filios in aeterna vi-
ta. Nunc agite gratias Deo, quia exonerati estis &
expediti, ut liberè toto corde, tota intentione &
totis viribus curratis ad Deum, & solliciti sitis so-
lummodo de salute animarum vestrarum, & ut il-
luc spontanea voluntate perueniatis, quod Deus
filios vestros, qui mortui sunt, vobis nolentibus
misericorditer traxit: & quod istum, quem Deo de-
didistis, Deo adiuuante, peruenturum expectamus:
vbi pariter pater & mater, filii & filiae in conspectu
Dei in gloria aeterna gaudeatis: & vnusquisque tan-
tum de singulis aliis quantum de se gloriatur. Ego
dilectissimi & amicissimi, frater charissime, & for-
tor charissima; precor, obsecro, moneo, còsulo,
ne contemnatis misericordiam, quam Deus vobis
non pmeditantibus fecit, & ne perdatis gloriam, quam
Deus vobis, si culpa vestra non fuerit, preparauit. Co-
gnoscite, cognoscite; quia, quod Deus vos ita omni-
bus filiis orbatos in hac vita solos fecit, non est ira
Dei sed gratia Dei, ut qui iam soli remansistis, ni-
hil habentes quod ametis, sine omni impedimento
ad illum curratis, & ei vos & vestra reddatis. Om-
nipotens Deus sic vos suo amore accendat, ut om-
nem huius vitae delectationem faciat contemnetis,
& ad se toto affectu tendere & peruenire: Amen.

EPISTOLA LXIV.

PASCHALIS EPISCOPVS SERVVS
seruorum Dei, venerabili fratri & Coepiscopo An-
selmo Cantuariorum, salutem & Aposto-
licam benedictionem.

*Vt Anselmus se constanter gerat in tuenda Ec-
clesia Angli-
cana libertate.*

Non ignoras diuinam voluntatis consilium, ut
religio tua in Anglici regni regione pvideat.
Cum n. peruersi (a) Regis odio declinans secessu
elegisses, & paul ab Anglicis tumultibus tecum
habitans, Deo viueres: de puero (b) Rege sua om-
nipotens Dns iudicia terribiliter perpetravit: Te
autem totius populi postulatione vehementi, & no-
ui Regis (c) deuotione mirabili, ad cathedram, quem
pro Deo dimiseras, reuocauit. Deo a. gratias, quia
in te semper Episcopalis autoritas perseverat, &
inter barbaros positus non tyrannorum violentia,
non potentum gratia, non incensione ignis, non ef-
fusionem manus a veritatis annunciatione desistis.
Rogamus itaque; ut quod agis, agas: quod loqueris lo-
quaris. Non enim deficiet sermonum nostrorum o-
perumque principium, qui in principio erat verbum.
Nec nos in ipso deficiemus, qui est Dei virtus &
Dei sapientia. Eundem n. cum patribus nostris spi-
ritum habentes credimus, propter quod & loquimur.
Et (d) verbum quidem Dei non est alligatum; nos a. d. Allusio ad
humiliamur nimis. Caterum in hac humiliatio. Psal. 115. v. 16.
ne cum Deo mente excedimus, in eius veritate
hominum mendacia intuemur. Qua de re
in (e) Synodo, nuper apud Lateranensem
Con-

*a Wilhelm
Rufum intel-
ligit.
b Sic testan-
tur oes Angl.
Script. postea
ad ora ep. 40.
supra.
c Henrici I.
Willelmi co-
quastoris filii
& Rufi fratris.*

Consistorium celebrata Patrum nostrorum Decreta renouauimus facientes & interdicentes, ne quis (F) omnino Clericus hominū faciat laico, aut de manu laici ecclesias vel ecclesiastica dona suscipiat. Hoc est enim (G) Simoniacæ prauitatis radix, dum ad percipiendos honores ecclesiæ secularibus personis insipientes homines placere desiderant. Idcirco Sanctorum Conciliorum reuerenda maiestas secularium Principum potestatem ab ecclesiasticis electionibus decreuit arcendam: ut sicut per solum Christum prima in Baptismo ianua, vltima in morte vitæ aperietur eternæ; ita per solum Christum oculis Christi ostiarius statuatur, per quem Christi oculis non pro mercedibus ouium, sed pro Christo ingressus, & egressus ad vitam procuretur eternam. Hæc frater charissime, prolixiori possent & oratione & ratione tractari, sed sapientiæ tuæ pauca suggestisse satis est; quæ & orationibus abundat, & ecclesiasticis est rationibus allucta: hoc ita doceas, sicut tuo scis primatui expedire. Quem profecto ita fraternitati tuæ plenū & integrum confirmamus, sicut à tuis constat prædecessoribus fuisse possessum: hoc personaliter adiacentes, ut (h) quamdiu regno illi religionem tuam diuina misericordia conseruauerit, nullius inquam legati, sed nostro tantum debeas subesse iudicio. Datum xvii. Cal. Maii.

Anselmus immunitus à legatis romani iudicio ex Paschal. Papa privilegio.

ANNOTATIONES IN EPISTOLAM XLIV.

QVA de re (E) in Synodo nuper &c.] De hac re lege Abbatem Vrsp. rg. 1102. Est enim alia ab illa Late. anensi, in qua Henricus Quintus armata manu rep. titi libertatem in. estiturarum ecclesiasticarum. Anno 1112. duos post Anselmi obit. m. annos.

Ne quis (F) omnino Clericus &c.] Sic Urbanus Paschalis antecessor in Concilio Claren. ontenfi apud Malmesberiens. lib. 4. de R. gib. Anglis cap. 2. & in Concilio Romano apud eundem in Angl. Pontif. lib. 1. de Anselm. & Honeden. anno 1099. Iuon. Carno. ens. epist. 235. Paris in hist. maiore ad annum 1095. Flor. Wigorniens. Chron. p. 468 edit. 1592.

Hoc est enim (G) Simoniacæ prauitatis radix.] Immitiori vocabulo nempe heresi appellare simoniam: D. Greg. Papa hom. 17. in Euang. epist. 51. l. 4. 47. 113. 114. l. 7. 49. 51. 53. 54. 55. l. 9. prioris edition. Petr. Damianus c. 6. 7. 27. libri epistol. ad Henricum Rauenna Præsulem. & ep. ad Alexandrum II. signata ad oram huius epistolæ. Gregorius VII. censuit simoniam non heresim tantum, sed & maximam heresim esse, cum Simoniacos inscribat maximos hereticos. l. q. 3. peruenit ad nos fama. Ipsemet Paschalis (in cuius epist. hac congerimus obiter) l. q. 3. Heresim. Tharasius Constantin. Patriar. ibidem Canon. Eos qui asserit heresim Macedoniarum esse tolerabiliorem simonia & simoniaco: Abbat. Vrsp. rg. heresim Henricianorum nominat sic cognominatam ab Henrico IV. Imperatore licentiosiori Episcopatum Abbatiarum collatore. Iuo Carnot. ep. 238. excutiens, num recte diceretur simonia heresis, & simoniaco hereticus, his maxime suam aperit mentem: Si quis laicus ad hanc prorumpit insaniam, ut in datione & acceptione virgæ, putet se tribuere posse sacramentum, & rem sacramenti ecclesiastici, illum prorsus iudicamus hereticum; non propter manualementem sed propter præsumptionem diabolicam. Ioannes Lugdunens. Archiepiscopus, cum hac scriberet Iuo, respondens affirmat eum non esse, quod in hanc rem vellit, asserentem. Et licet, inquit, exteriores inuestituras per

laicos factas, non satis proprie heresis nomine censeamus, sentire tamen ac defendere fieri debere, indubitata heresis est. Noster Hugo l. 2. de sacr. part. 10. c. 3. censet simoniaco esse hereticum non opere, non in fide. Hugon. subscribens D. Thom. 22. q. 100. art. 1. ad 1. concludit simoniam dici heresim secundum exteriorē protestationem: quia in hoc, quod aliquis vendit donum spiritus sancti, quodammodo protestatur, se esse dominum nisi spiritualis doni, quod est hereticum. Paulus superius dixerat simoniaco peccare tantum peccato irreligiositatis, quia emendo vel vendendo rem spiritualem, irruentiam exhibet Deo & rebus diuinis.

Ex quibus vniuersis conficitur, cum hic simoniam negat esse heresim, ille asseruit, cardinem disceptationis versari in propria hereseos acceptione. Quæ mobrem simonicos in hereticos namerant Epiph. heres. 21. August. lib. de heres. ad Quod uuldeum, Isidor. l. 8. Etym. c. 5. Damasc. l. de heres. 8. Antiochus hom. 130. Non ob sacrarum emptionem, venditionem aut collationem, sed quod Simon (vide de Simoniaco vel Simoniaco) asseruerat impie, mundum fuisse creatum à superiori quædam virtute, non à Deo.

EPISTOLA XLV.

PASCHALIS SERVVS SERVORVM Dei, venerabili Patri & Coepiscopo Anselmo salutem & apostolicam benedictionem.

Paschalis epistola proxima factus animosior Anselmum ut certius ei pareat, de aliquo dubio consultit.

CONSULTA illa, quæ per venerabiles nuncios tuos Baldemum, & Alexandrum ad sedem apostolicam transmisiisti, poterat utique fraternitas & fratrum, qui circa ipsam sunt, collatione & datæ diuinitus sapientiæ & intellectus consideratione discutere. Cæterum, sicut in cæteris consuefisti, in hoc quoque communi Catholicorum matri reuerentiam seruare curasti. Nos itaque Ss. Patrum, qui nos in sede apostolica disponente Domino præcesserunt, vestigiis inhærentes, hæc consultationi tuæ respondenda deliberauimus. Anselmus: Si (a) de manu laici liceat Episcopo vel Abbati accipere ecclesias, quas in suo dominio habent, cum eas non personæ, sed Episcopatus vel Abbatiae donet. Paschalis: De (b) manu laici Episcopus consecratus suscipere non debet ecclesias, si in aliena parochia sint; si in sua sunt, licenter accipiat: hoc non videtur dare, sed reddere; cum ecclesiæ omnes per singulas parochias in Episcoporum esse debeant potestate: Abbates vero per Episcoporum manus suscipiant. Anselmus: De sacerdotum (c) filiis vel concubinarum, qui quosdam olim gradus acceperunt, & volunt omnino redire ad immunditias sæculi, nisi ad maiores promoueantur, promittunt religiosam vitam, quid agendum est? Paschalis: De (d) sacerdotum filiis vel concubinarum, quam vitam tenendam prædecessores nostri sedis apostolicæ Pontifices instituerunt, nosse te credimus. Nec nos ab illorum volumus aberrare vestigiis. Quod igitur tibi super his in barbaris regionibus sit disponendum, ex ipsius præcepti poteris collatione distinguere. Anselmus: Si à Presbyteris (e) faminas habentibus liceat penitentiam & corpus Domini in periculo mortis accipere, cum nullus continens adest: & si licet, & illi dare nolunt, quia missæ eorum contemnuntur, quid faciendum? Paschalis: In (f) penitentia

g. 3. questio de ecclesiariū permutatione quam rex offerret. h. Responso. n. 4. q. qui se peret clericus in quibus obinere Ecclesiam nisi fide laici laico. x. Galat. 4. Non sumus ancilla filii sed libera. m. 2. Tim. 2. n. 4. quas. de potest. remittendi iuris ecclesiastici. Responso. a. 2. questio Ansel. de ecclesiis & abbatibus à laicis acceptis. b. Responso. c. 2. questio Ansel. de ecclesiis & abbatibus à laicis acceptis. d. Responso. e. 3. q. Nisi quis accipiat auriculariter presbytero concubinario virgæ eius articulo. f. Responso. r. ca.

riculo mortis positum melius aestimamus de manu cuiuslibet Clerici dominicum corpus accipere, quam de corpore siue viatico, dum religiosus sacerdos expectatur, exire. Si qui verò Presbyterorum p vitæ suæ contemptu præterito in illo extremitatis articulo positus viaticum denegauerint tanq̃ animarum homicidæ districtiùs puniantur.

Ansel. Si Rex (g) habet terras Episcopatus vel Abbatie, quas nullo modo reddere vult, & p eis vult dare aliquam Ecclesiã, quam in sua manu tenet, non minus vtilem, si liceat accipere, ne iudicetur emptio? **Paschalis:** Pro (h) terris Ecclesiarum de manu Regis Ecclesias suscipere minus licet, ne sacrilegii dari videatur assensus. Diuina n. in nullius bonis sunt, & q̃ Deo semel oblatum est, in alienos vsus non expedit vsurpari. Porro sub huiusmodi commutationibus seculari potestati securus indulgetur. **Anselmus:** Si nullus Clericus debet fieri (i) homo laici, & aliqua beneficia aut possessiones nõ ecclesiasticas debet tenere de laico nec laicus vult ei dare, nisi fiat suus homo, qd faciet?

Paschalis: Liberam (k) esse Ecclesiam Paulus dicit. Indignũ est igitur, vt Clericus, qui iam in Dei fortem est assumptus, & iam laicorum dignitatẽ excessit, p terrenis lucris (L) hominiũ faciat laico ne fortè dum reperitur serui sæcularis obnoxius, vacet aut grauetur Ecclesia: Scriptũ (m) est enim. *Nemo militas Deo, implicat se negotiis secularibus.* **Anselmus.** Sepe necesse (n) est aliqd de Apostolicis & Canonicis statutis p cõpensationibus relaxare, & maxime in regno, in quo ferè omnia sic corrupta & peruersa sunt, vt vix ibi aliquid omnino statuta Ecclesiastica fieri possit: peto vt per licentiam vestram possim quædam, prout mihi discretionem Deus dabit temperare. Quod petiã a Dño Papa Urbano, & ipse poluit in mea deliberatione.

Paschalis: Dispensationis (o) modus, sicut B. Cyrillus in epist. Ephesinæ Synodi loquitur, nulli vnq̃ sapientũ displicuit. Nouimus n. Ss. Patres nostros, & ipsos Apostolos pro temporũ articulis & qualitibus personarũ dispensationibus vsos. Quamobrem nos de religione & sapietia tua diu longeq̃re spectata, nihil penitus ambigentes, tuæ deliberationi cõmittimus: vt iuxta datum mihi diuinitus intellectum cum Ecclesiã, cuius præpositus es, tanta necessitas expetit Ss. Canonum Decretorumq̃; difficultatem oportuna & rationabili valeas tẽperare. **Anselmus:** Ranulfus, de quo vestrum olim petii consilium, a Rege restitutus est in Episcopatum. Si ergo vobis placuerit, inquirete vitã eius ab Episcopis nostris, qui nunc ad vos venerunt, ac de eo Archiepiscopo eius, & mihi Primati eius consulite.

Paschalis: Ranulfi (P) Episcopi causam quandoquidem iuxta pceptum nostrum in cathedram ppriam restitutus est, indiscussam pterire non patimur. Eius enim facinora grauissima ad sedem Apostolicam multorum sunt relatione perlata: Volumus ergo, vt apud p̃sentiam vestram, in Episcoporum conuentu, q̃ de eo ad nos scripta sunt, plenius ptractetis. Discussionem habitam (Q) nisi se septima sui ordinis manu expurgare potuerit, mox cum literarum vestrarũ testimonio transmittatur ad nos. Si a. de conscientia sua trepidans ad examen nõstrum peruenire noluerit, per experientia vestram ab Ecclesiã, quam occupat, depellatur; & in ea iuxta Canonicas Sanctiones Episcopus subrogetur.

Hominium (L) faciat laico.] *Var è hæc vox effertur: aliquando enim hominum, vt in hoc loco, & epist. precedenti iisdem omnino verbis, & apud Malm. sb. ricensm lib. 4. de Regib. Angl. lib. 1. de Pontificib. Anglis in Anselmo sepius. Hon. ad annum. 1108. Aliquando dicitur hominatum facere, apud Iuonem Carn. epist. 87. Frequentior est vsus tertia, nempe homagium, qua etiam vtitur nos. Anselmus, postea Mattheus Paris in histor. maiore passim, Walsinghamus in Hist. Anglicana & Ipodig Neustria, Tractat. de origine Comit. Andegauenf. scriptus manu in Bibliotheca Victoriana, quig̃ peruenit ad annum 169. supra millesimum: inter quem legendum id aduertit: homagium eius acciperet & liganciam; hoc etenim vinculo debita subiectionis exhibitio &c. In cursu Normannia Vict. Codex MS. vbiq̃ legit hominagium: & nominatim dist. 3. Tit. de hominagio. Ex his a. dictionib. sicta sunt locutiones: esse homo, vel fieri homo alicuius, i. e. fieri vasallus p eo, q̃ purioris loquelæ studiosi dicunt, autoramentum inire lege clientelarum, obedientia, fidem clientelarem iurare, dare, promittere. Exoletarum tandem harum vocum postrema, hodieq̃, nostrates Galli retinuerunt.*

Ranulfi (P) Episcopi causam.] *Vt in nominis, sic & cognominis orthographia aliqua tum dissentiunt libri. In his n. legas Ranulphus aut Radulphus, vt in I. d. Matt. Parisii: In illis Ranulfus, sicut in vno exemplari Dunelm. Episcoporum Codicis Victor. In altero n. scribitur Ranulfus: Hic a Rege Henrico I. cõsilio Anglorum positus in vinculis, cum euasisset, transiit in Normanniam, permouens Ducem Robertum contra Regem Henricum fratrem suum. Hæc Vict. Cod. Impium a. facinus dum in Normannia duxeret a se tentatum, & Iuonis Carnotensis laudabili vigilantia repressum, narant eiusdem ep. 174. 178. 179. & 181. In qua vltima reperio illi fuisse cognomine Flãmard, aut, vt Hon. dicit, Flãbard. Flor. Wigorn. Passeslambardus. Quamquam hominis tam impuri etiã nomen scire ne minimi quidem fuerit momeati. Dunelmum a. cuius Episcopatum a Guillel. Raso impetratũ anno 1099. gessit Ranulfus, est Northumbria in Anglia vrbs maritima spectans aquilonem, quã Werus piscosus amnis attingit: vnde Dun. Im. nses Episc. dicti: cum ante corpus S. Cuthberti eò translatum ab Eadmundo Episc. vocita ètur Lindisarnenses ab insula Lindisarnia, prima sed. illius Episcopi. De Ranulfo plura literis consignarunt Malm. l. 3. de pont. angl. Fato cecit anno 1129.*

Discussionem (Q) habita, nisi &c.] *Purgat onem Canonicam intelligit, qua quis famosus iurabat se criminis obiecti parum: Compurgatores autem iur. iurando affirmabant, se credere infamatum iurasse verum. Si Episcopus esset, Compurgatores Episcopus debebat habere. si sacerdos, sacerdotes. Numerus a. videtur fuisse indefinitus. Nam c. 2. q. 5. Omnibus vobis. duodecim Episcopos ad purgationem Leonis Papa conuenisse scribitur. Et can. audiũ est: ibidem relinquitur arbitrio Episcopi, quora manu sacerdos se debeat expurgare. Paschalis quoq̃; assignat tantum septem Episc. ad Ranulfi purgationem, quos vocat septimam manum sui ordinis, respiciens vt opinor, ad manualet sacri Euangelij tactum, qui fiebat iurando. De hac purgatione susus Hostien. l. 5. sue Summa. Pano. ad Rubricam de purgatione Canonica l. 5. Petrus Rauennas parte 2. Iuris Canonici. & pluret ali.*

g3. questio de ecclesiarij pormutatio-ne, quam rex offerret. in Responso.

4. q. qui se retet clericus equiens obinere Ecclesiam nisi fideiata laico. Galat. 4. Non summa ancilla filii sed libera. m. 2. Tim. 2.

4. q. de potest. remittendi iuris ecclesiastici.

Responso.

1. questio de clerico & abbatibus a laicis accipiendi. b. Responso.

2. questio nisi filii sacerdotum emendant onem pollucos, sine p̃mouendi. d. Responso.

3. q. Num fas confiteri auriculariter presbytero concubini vrgere viciis articulis. Responso.

EPISTOLA XLVI.

DOMINO ET VENERABILI Patri Anselmo, gratia Dei Cantuariensium Archiepiscopo Benedictus in Domino salutem.

Consolatoria est et amicis condita ass. etibus.

A Mor scribere, & dolor cordis mei gemitum charitati vestrae compellit aperire: Et quia sapientibus loquor, & qui de parua materia norunt fercula conficere multa; ideo breuiter succincteque sanctitati vestrae dico, quoniam Satanas videtur esse solutus. Rex namque superbiae prope est, & qd dicit nefas est, sacerdotum ei preparatur exercitus, quia ceruice clara militant, qui praepositi sunt, vt praebant exempla humilitatis: sicut Danielis vaticiniu videatur esse completu. Ergo, qui (a) in iudaea est, ad montes fugiat, & q in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo, &c. Proinde vos, qui in (b) tecto Domini passer solitarius extitistis, & agrum Dei vomere linguae viriliter conscidistis ad montes fugere nec oportet de plano aliquid tollere. Et si Rome non est (c) nunc Gregorius; est tamen Angliae Augustinus: & qui de ait ei signa & prodigia facere, dabit vobis pro Christi fide ad finem vsque viriliter certare: (d) Fidelis est enim in Deo, qui non patietur vos tentari, ultra id quod ferre potestis. Benedictionem autem vestram qua debui mente suscepi, bene sapientem, bene redolentem. Deo autem gratias agimus, quia saporosa sunt & odorosa quae agitis, quae dicitis, quae datis. De vita autem vestra dicamus pariter dicam omnes Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Rogo vos, orate pro me, vt Simon me aliqua parte corrumpere nequeat, & Deus ab hoc pelago ad portum salutis perducat.

in Qua Christi-
fide Math.
24. ad supra
mentis mundi
tribulatione,
hic ad Ansel.
saluandis
accidit.
b. P. 1. 101.
c. D. Gregor.
Papae intelli-
git, qui in
Anglia misse-
rat Augusti-
num mona-
chiu Christi-
nismi excita-
di gratia. Ita
ic verbo Au-
gustino a-
quiserat An-
selmum, quod
reuerentia nec pi-
etate illi ce-
dat: tu quod
vterq. fuerit
Cantuarien-
sis Archiepi-
scopus.
d. 1. Cor. 10.

EPISTOLA XLVII.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Paschali Summo Pontifici, Anselmus seruus Ecclesiae Cantuariensis, debitam subiectionem, & orationum assiduitatem.

De fide clientari, quem Henricus exegit ab Anselmo, p. 100. postquam se in Angliam receperat. Habuit in fuis hoc Concilium Roma in Ecclesia Sancti Petri, congregatis omnibus Galliarum Episcopis: Confer ep. 73. inf. & notationem ad eandem, & 45. sup.

Postquam reuocatus ad Episcopatum redii in Angliam, ostendi decreta Apostolica, quae in Romano Concilio praesens audiui: de qua re Dominus meus Rex vestram requisitum sanctitatem per Legatum suum, & ego per epistolam meam vestrum inquisiui, secundum quod rem cognosceretis, conuilium, Regi per litteras vestras respondit, mihi vero minime. Sed quoniam illi responsum, quod illi sufficeret, non dedistis, adhuc vestram pro eadem re adeunt quidam Episcopi praesentiam, & ego nostros mitto Legatos, responsi vestri mihi relaturos sententiam, ne forte videar alicui meo solo sensu vel propria voluntate quidquam facere. Seruata igitur apud me reuerentia sedis Apostolicae, precor, vt de petitione, quam vobis praedicti Episcopi exponunt, quod melius

& vtilius sapientia vestra secundum Deum iudicauerit, disponatis; & quidquid illud fuerit, legatos nostros me certu faciatis. Sicut enim non pertinet ad me absoluere qd ligatis, ita non est meum ligare quod absoluitis.

EPISTOLA LXVIII.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Paschali Summo Pontifici, Anselmus seruus Ecclesiae Cantuariensis, debitam subiectionem.

Operis aduersus efflagit: Iunge praecedentem epistolam.

Quanto studio mens mea pro sua possibilitate sedis Apostolicae reuerentiam & obedientiam amplectatur, testantur multae & grauiissimae tribulationes cordis mei, soli Deo & mihi notae, quas ab initio Episcopatus mei continuam iam per nouem annos & in exilio & Episcopatu passus sum, quia eiusdem sedis subiectioni & obedientiae inseparabiliter adhaesi. A qua intentione spero in Deo, quia nihil est, quod me possit retrahere. Quoniam de his, quibus excellentiam vestram requisitum per epistolam missam olim per Guilhelmum Regis nostri legatum, nullu suscepi re sponsum; iterum ea necesse habeo repetere. De hoc quod inter Regem & me est, sufficere puto sapientiae vestrae, quod in aliis literis significo, & qd per legatos nostros cognoscetis. De qua re no est humilitatis meae vestrae sapientiae dare, sed ab ea expectare consilium. Precor autem Omnipotentem Deum, quatenus ipse cor vestrum ad laudem & gloriam nominis sui & vtilitatem Ecclesiae suae dirigat, vt de vultu eius iudicium vestrum prodeat, & oculi eius in omnib. actibus vestris videant equitatem. De Archiep. Eboracensi electo, sicut per Episcopos qui cu eo sunt poteritis agnoscere, supplex precor, quatenus pallio, ppter quod vestram adit excellentiam, nobis eum confirmatu & gratia vestra honoratum remittatis. Credo enim, qd non est in Anglia, qui tantu possit in ecclesiasticis rebus pdesse, & spero in Deo, quia sicut a Deo accepit facultatem, habet etiam voluntatem. Quaedam alia, qd nostri legati vestrae paternitati ex nostra parte suggerent, precor vt audire, atq; ad ea respondere dignemini. Oramus vt Deus omnipotens sanctitatem vestram diu nobis conferuet.

EPISTOLA LXIX.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS, fratribus & filiis suis charissimis monachis in Cestrensi (a) Cænobio S. (b) Vverburgae comanentibus salutem & benedictionem Dei & suam.

De suorum monachorum non ita pridem in Angliam, noua habitacionis gratia: accitorum profectu gaudeat, & ordinis vigilem inculcat custodiam.

Est (a) autem Cestria (vnde & Cestresii Cænobio nomen) vrbs Comitatus in Anglia ad Aquilonem, insignis Parthenone, dicato memoria S. Vuerburgae, temporisq. lapsu monachis Beccensibus impl. to, vt post histor. Anglos Malmesb. Biblio: becar. & Florent. Wigorn. monent MS. tabula nostra Biblio: rhae, sic: Apud Cestriam floruit Abbatissa B. virgo Vverburga, cuius festu 3. Non. Februarii cu honore recolitur in deuoto Cænobio

a Confer epistol. 30. supra & ad eandem notata. b Eccles. 3.

c Vbi minima districto custodiuntur, ordinis rigor permanet inuolabiliter.

nobis monachorum, quod construxit Hugo Consul Cestréus; Ibi praefuit Abbas Ricardus monachus Becci. *Tantum illa.*

Werburga (a) tandem aliquando dicitur Verburga, Vereburga. Biblioth. autem Malmesb. huius Cænobii reparationem prodit l. i. de Pontif. Angl. Rursusq; l. 4. in Cest. Epif. ubi eiusdem virginis recenset miraculum.

Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui suos facit & numero crescere, & augmento religionis proficere. Quamvis enim de omnium servorum Dei profectu gaudeam, in vobis tamen aliquid habeo speciale, cur de vestro latari profectu debeam, quoniam per me Deus congregationis vestrae est dignatus instituire principium, Abbatem Dominum scilicet Ricardum charissimum filium nostrum. Gratias igitur ago Deo pro gratia sua, quam ostendit in vobis: & oro, ut sicut eadem gratia vos praevenerit dignatus est; ita indefinenter subsequatur, quatenus nunquam vos de hoc ad quod vos prouexit, permittat deficere, sed semper ad meliora donet proficere; quod pro certo ipse faciet, si non negligentes fueritis bona, ad quae iam peruenistis, seruare. Cum enim Dei sit sua gratia semper praevenerit nostrum est, quod accipimus, eius auxilio studiosè custodire. Nam quavis nec habere nec seruare possimus aliquid, nisi per illum; perdere tamè & deficere non est, nisi ex nostra negligentia, quae sepius (a) incipit à minimis, in quibus nos callidus hostis solet decipere, cum nobis persuadet, ea non magni pendere. Inde namque sequitur illud damnatum execrabile, quod legitur, quia (b) *qui modica despicit, paulatim decidit*. Certissimum namque est, quod in multis Ecclesiis experimento didicimus, quia in monasterio, ubi (c) minima districtè custodiuntur; ibi rigor ordinis monachorum inuolabiliter permanet; ibi pax inter fratres & in Capitulo proclamationes conquiescunt: ubi v. minimi excessus negliguntur, ibi totus ordo paulatim dissipatur & destruitur. Si ergo de virtute in virtutem vultis ascendere, semper timete in singulis minimis Deum offendere. Non debetis considerare, quae parua sit res, quam contra prohibitionem facitis: sed quantum malum sit inobedientia, quam pro parua re incurritis: Sola enim obedientia potuit hominem in paradiso retinere, unde per inobedientiam eiectus est; neque ad regnum caelorum aliquis nisi per obedientiam perducitur. Abbatem ergo vestro obedientiam non solum in opere, sed etiam in voluntate exhibete, & ad inuicem pacem & concordiam per mutuam dilectionem habete, quae sic nutrire & seruare poteritis, si unusquisque non ut alius suam, sed ut ipse alterius voluntatem faciat, studuerit. Otiositatem quoque; sicut rem inimicam animarum à vobis excludite, & unusquisque consideret, quia de singulis momentis vitae nostrae reddituri sumus Deo rationem. Cuicumque ergo Deus dat aliquam gratiam ad quamlibet utilitatem, ea utatur in quantum habuerit oportunitatem. Qui enim non utitur potestate benefaciendi quam habet, in die iudicii quasi non habens iudicabitur, & ab illo auferetur hoc ipsum quod habere videtur, quia & primo quod mereri potuit, carebit; & deinceps nullam alicuius boni operis potestatem in panis habebit. Quasi autem alii dabitur, quod ab illo auferetur, quando illi, qui bene operatur secundum quod accepit primum augebitur, quia iuxta illum qui negligenter vixit, eius exemplo à bono opere non defecit. Gratias ago vobis

D. Anselm. Tom. 4.

quia pro me oratis, & oro, ut ab hac charitate non defistatis.

EPISTOLA L.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Bernardo monacho Cænobii S. Verburgae, salutem & orationem.

Pluris esse monachi vnicam vapulationem ex regula statuto, quam innumeras alias ex proprio sensu.

Avdium à Dn. Abbate tuo, quod maioris meriti iudicas, cum monachus se aut verberat, aut ab alio se verberari postulat, quam cum in capitulo ex praeccepto Praelati, non ex sua voluntate vapulat. Quid non ita? sicut existimas. Illud enim iudicium, quod sponte sibi aliquis indicit regale. Illud verò quod per obedientiam in capitulo sustinet monachicum. Alterum ex sua voluntate: alterum ex obedientia, nec ex sua voluntate. Illud quod regale dico, saepe sibi Reges & superbi diuites fieri praecipunt: Illud verò quod monachicum dico, non praecipientes sed obediētes suscipiunt, Regale tanto lenius est, quanto voluntati sustinetis concordat. Monachicum autem tanto grauius, quanto à voluntate patientis discordat. In regali iudicio ostenditur sustinens esse suus: in monachico probatur non esse suus: Nam quamuis Rex aut diues, cum sponte vapulat, se peccatorem humiliter ostendat, nulla tamen alterius iussione huiusmodi humilitati se patiens subderet, sed iubenti omnibus viribus resisteret. Cum autem monachus ex sententia Praelati in Capitulo humiliter flagellis se subiicit, tanto maioris meriti hunc esse veritas iudicat, quanto magis & verius se quam ille humiliat. Ille namque se soli Deo humiliat propter peccatorum conscientiam. Ille vero etiam homini propter obedientiam. Humilior autem, qui & Deo & homini propter Deum se humiliat, quam qui soli Deo & non humanae iussioni se humiliat. Ergo qui se humiliat, exaltabitur. Quod autem dixi, cum monachus vapulat, hoc à sua voluntate discordare; non ita intelligas, quasi nolit hoc obediēti voluntate paciēter portare: sed quoniam ex naturali appetitu carnis dolorem nollet tolerare. Quod si dicis; non tam fugio publicam appellationem propter dolores, quos & secretè sentio, quam propter verecundiam, scito, quia ille fortior est, qui hanc quoque sustinere gaudet propter obediētiā. Certus ergo esto, quia (a) maioris meriti est vna vapulatio monachi tolerata per obedientiam, quam innumerae acceptae per propriam sententiam. Sed cum talis est monachus, ut & semper habeat cor paratum sine murmuratione per obedientiam vapulare, tunc siue secretè siue publicè vapulet, magni meriti cum debemus iudicare.

a Sic Alanus Ruperis in Tract. de excellentia religionis quod etiam extendit ad cetera monachi opera.

EPISTOLA LI.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS,
Stephano diacono salutem & benedictionem.

Vt Antistita à superstitioso hominis defuncti cultu abstineat.

Mando vobis, ut eatis (A) ad Rumei, & dicatis, & dicendo praecipiat Dominæ Abbatissae & Sanctimonialibus ex nostra parte & ex parte Episcopi & vestra, ut si nolunt me prohibere illis diuinum officium facere, tunc ex toto prohibeant,

K hibeant,

hibeant, ut nullus honor, qui alicui Sancto exhiberi debet, exhibeatur ab illis, aut permittant ab aliquo exhiberi mortuo illi, quem quidē volunt pro sancto haberi: filium autem ipsius mortui, pellite à villa, nec amplius conuerfetur in illa.

ANNOTATIO IN EPISTOLA M L I.

E Artis (A) ad Rumeſei, & dicatis &c.] *Haud leui fuit labori hic locus fateor. Nam cum inter legendos Script. Anglos occurreret paſſim Rameſeia. Rameſienſisq; & in ea degentes monachi ſtab. an dub. us, videns in hac epiſt. expreſſum nomen Abbatiffa. Tabula verò Lincolnenſis Eccleſi. MS. in noſt. a Biblioth. inieciſum exemere ſcrupulum his pauculis. Aluvinus Conſul eo tēpore Abbatia Rameſeia intra paludes fixit. Quod a. ha. tribuant fundationem Rameſienſis Cenobij Aluvinò Conſuli, ita video ac. ipſiendam, quia ille plurimum operæ & opum ſuarum largitus ſit ad id operis. Reliqui n. Scriptores, ut Mal. eſberienſis l. 4. de Pont. Angl. Honed. & Polyd. & L. l. us in Chron. ad ann. 971. prædicant Sæctum Oſual. um Eboræ i antiſtitem, huius monaſterij primarium & præ. ipuum inſtitutorem. Malmſb. tamē & Honed. Annal. part. 1. anno 971. fatentur cōmunibus utriusq; ope & opibus eccleſiam fuiſſe conditam. In Honedeno autem, quem Aluvinum ſcriptæ tabulæ Lincolnenſes vocauerunt Etheluinū: in Malmſb. Egeluvinus appellatur. Rumeſei verò de quo Anſelmus hoc in loco, eſt partheno dioceſeos Wintonenſis, excitatus ab Eduardo rege ut Honedenus teſtatur hiſce verbis. Anno 967. Rex Anglorum pacificus Edgarus in monaſterio Rumeſeie (non Rameſeie, ut corrupte impreſſi libri habent) quod auus Rex Eduardus ſenior cōſtruxerat, ſanctimoniales collocavit: ſanctamq; Meruinā ſuper eas Abbatiffam conſtituit. Malm. etiam l. 2. de P. A. recēſens cœnobija Vintonenſis dioceſeos, eius meminuit: & Rumeſeram vocat: diſcrepans ab Honedeno, quod Edgarū non Eduardum conditorē eſſe. at. Locorū igitur, tēporum & fundatorū varietas aperte diſting. ſit hæc duo cœnobija, quib. litera v n a mutata, idem prorsus eſt nomen. Ceterum homo ille quorundā opinione ſanctus, à cuius cultu & honore Anſelmus præcipit Rumeſienſes virgines abſtinere, eſt Valdeofus, Valtheofus, Valdeſus ſeu Veldeofus, Comes nobiliſſimus, quē Guillelmus Nothus ob leuiſſimā coniurationis ſuſpicionē capite damnauit. Innocentiā verò eius multa eaq; præclara miracula ſignificauerunt: Teſtib. Mal. l. 4. de Pont. Angl. & Vvalſing. in Tpod. Noſt. ad ann. 1075. Rumeſienſis igitur antiſtita vel alicuius miraculi permota rumuſculo, aut iniqua Comitum nece publicas fundebat preces, votaq; nuncupabatur ei, quæ non cum Eccleſia in Diuos retuliſſet. Quamobrem Anſelmus merito præcepit eā ceſſare: neq; enim publici Sanctorū honores penderent ex ſeruientiari cuiuslibet zel. ſed Apoſtolica ſeas & Eccleſia Catholica iudicio: licet in Synodo Londini habita anno 1102. eam ob rem id promulgar. t. edictū, quod M. l. retulit l. 1. de Pont. Angl. in hanc ſententiam. Ne quis temeraria nouitate corporibus mortuorū, aut fontibus. aut aliis rebus (q; contigiffe nouimus) ſine Episcopali authoritate reuerentiam ſanctitatis exhibeat. Quo interdico voluit Anſelmus compeſcere ſabitanæ quæſdam plebecule ſuperſtitiones, ex immaturi ori pietate genitas: non laudabilem & antiquam Eccleſia Romana conſuetudinem in apotheoſibus ſeruari ſolitam aſpernari.*



EPISTOLA LII.

ANSELMVS GRATIA DEI ARCHIEPISCOPVS CANTVARIÆ, Gerardo Archiepiscopo Eboracenſi ſalutem.

Docet inducias ſuo aſſenſu fuiſſe datæ ſacrilego, qui ſanctimonialem ſæminam ſuo adiunxerat thoro.

N Otum facio, dilecte mi, reuerentiæ veſtræ, quia induciæ de cauſa illius, qui mulierem velatam in coniugium ſibi copulare præſumpſit, quas dedit Episc. Landoniæ veſtra inſtãtia me fauente in tantam infamiam conuerſa ſunt mihi & vobis & omnibus, quorum conſenſu datæ ſunt apud Landonieſes, & apud omnes, qui hoc audiunt, ut nullus hoc niſi religioſo carens pudore, ſi fugere valet, tolerare queat. Deſperant etiam, vltimum bonum aliquando proventurū Eccleſiæ Dei per illos Episcopos, qui in tam execrabilis ſæcleris protelationem conſentire potuerunt. Quapropter decet nos, imò necelle eſt omnibus nobis, q; in hoc conſentierimus, ſi tam indecenti improprio ſubiacere nolimus, quatenus dies eiſdē cauſæ definiendæ conſtituatur celerius, in quo præſentiam noſtram & veſtram, aut ſi hoc eſſe nequit, aliquam rationabilē ex noſtra & ſimiliter ex veſtra parte perſonam adeſſe cupimus. Quem diem in octaua die natiuitatis S. Dei genetricis Mariæ, quæ nobis nimis longinqua, ppter prædictam cauſam ſit, tamē q; cognoſco, vos velle intereſſe, ponimus. Quippe nec Episcopus, ad quæ cauſa pertinet, velle, ſi ego vellem: nec ego vellē, ſi ille vellet hoc differre diutius, ſi Deus nos ab omni impedimento defenderit. Nam tantum poſt colloquium noſtrum didicimus de rei veritate, ut ſi acceleramus, q; differre propoſueramus, nullus hoc ſit in tali negotio leuitate.

EPISTOLA LIII.

VENERABILI CANTVARIÆ ARCHIEPISCOPVS, gloria & honore digniſſimo Anſelmo Hildebertus, humilis Cenomanorum ſacerdos, ſalutem.

Grates perſoluit ob Tractatū de proceſſione Sp. Sancti, contra Græcos ſcriptum, & ad ſe miſſum, qui hodieq; nter Anſelmi opuſcula circumfertur, de quo & nos plura diximus illic. In epiſt. autem Hildeberti hanc præcedit al. era, in ordine 21. quæ pauit, quod hic ſe accepſſe gaudet & gratulatur.

E T dies lætus, & vultus ſolemnes cum tuo mihi Tractatu, Sanctiſſime Pater, acceſſerunt. ſulceperam prius benedictionem tuam ſeruus ego ſeruus tuus, & egit gratias Domino Deo & tibi deuotus affectus, affectus meus. Humanum quidem fuit ſubuenire proximo per charitatis affectum: ſed diuinum fidem defendere Catholica per inhabitantē in te Spiritum ſanctum. Vtrumq; autem operatus eſt vnus ille atque idem ſpiritus, volens tibi virtutum exuberare gratiam, quæ ſua proceſſionis à filio referuabat defenſorem. In maleuolā n. animā non poterat introire ſapiētia, nec habitare in corpore ſubdito peccatis. Vnde dignū fuit, ut aduocat⁹ veritatis exēplū relinqueret religionis. Talis etiā paſtoralib. excubiis cōguebatur, cui

sui nihil deest ad plenitudinem, nihil ad integritatem doctrinæ: Beatum sane pectus, q̄ reuerendus conuentus reuerendum sibi penetrabile consecrauit. Inde velut ex adytis diuina prodeunt oracula, nihilque aliud sacra verba profitetur, quam cœlestis interpretem voluntatis. Eorum me sapius recordantē stupor opprimit, & miratus nostri temporis hominem talia posse calamo Scribæ velociter scribentis omnia confiteor ascribenda cum Psalmista dicente: *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris*: Vale Sanctissime Pater, sciens, quia desiderio desiderat anima mea te videre, non ægrè latura ventos aut pelagus, dummodo liceat consilium accipere abs te, quod nunquam esse credo, nisi sit apud te.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM LIII.

Hildebertus.] *Robertus Cenalis l. 1. de re Gallia & perioche 6. scribit Hildebertus, Guillelm. Gemmet. l. 6. hist. Ducum Norman. c. 10. Idebertus, alij Udeberdus: quam postremam, huiusq̄ epistola scripturam promiscuè habent ms. Codices excusi autem Hildebertus, sed & in eiusdem gestis (qua impetraui à V. Priore Tuffero, Cœnobita S. Vincentij Cenomanensis) vtramq̄, vicissim reperi: Hęcine verò gesta, ne diutius lateant posteros, addemus hic. Venerabilis Hildebertus ex Lauardinēti Castro mediocribus, sed tamen honestis ortus parētibus à Dño Hoelo (aliàs Boello) Cenomanensi Episcopo factus Magister scholarum, deinde Archidiaconus, & post decessum Dñi Hoeli in eius loco est substitutus. Hic itaque moribus placidus & modestus, primo initio sui Episcopatus satagebat restaurare ea, quæ antecessorum suorū negligentia vel destructa vel amissa fuerant, infatigabili studio. Continuò namque domum Capituli à fundamentis cœpit construere: & vndique vitreis illustrauit, & forniceo opere supertegere curauit. Eodem namque tempore bellum grauissimum exortum est inter Henricum 1. Anglorum Regem, & Heliam Comitem Cenomanensem, eò quod ipse Rex Episcopatum calumniabatur: ideoque ordinationi Episcopi moliebatur obistere. Cum autem audisset ordinatum esse, manifestis bellorum incurſibus patefecit: Cuius inceptis Comes Helias cœpit resistere. Quo comperito, Fulco Comes Andegauensis in ciuitatem aduenit & consensu ciuium in munitionibus ciuitatis custodiam posuit: ibique relicto filio suo ad alia properauit. Interea Rex Anglorum videns ciuitatem sui principis presidio destitutam, huc accessit: ad Colonias accedit, confedit urbem exercitu magno: postea cremauit Coloniam. Rex autem videns se esse illusum, cum exercitu suo discessit.*

Ciues autem cum ad pugnam se præparassent, comperta Regis fuga ad urbem sunt reuersi Quo audito Comes Helias, timens ne Fulco Comes Andegauensis proscriptioni eius intenderet, mandauit ad se Episcopum Hildebertum, & quosdam ex primoribus ciuitatis, & cum eis cœpit excogitare, quibus modis ciuitatem Regis traderent, ipsūque à vinculis liberarent. Erat enim ipse comes Helias in vinculis Regis Anglorum: timebat enim, ne Comes Fulco regis muneribus deceptus, cum eo pacem faceret, & tradita ciuitate ipse perpetuò damnaretur.

D. Ansel. Tom. 4.

Episcopus autem eius angustias miseratus, eū eo de eius liberatione est collocutus. Ipse vero Rex paulò post liberum & quietum abire permisit. Rex autem capta ciuitate, & munitionibus impositis, in Angliam transfretauit.

Quidam autem ex Clericis inuidētes promotioni Episcopi, & dolos insidiantes accusauerunt eum apud Regem Angliæ; dicentes, eum fuisse conscium prodicionis, quando Comes Helias occupauit ciuitatem consentiētibus omnibus. Unde Rex, suspectum habens Hildebertum, instanter ab eo exigebat, vt turres Ecclesiæ dirui præciperet (quibus dicebat sibi damnum illatum fuisse) antequam in Angliam transfretaret. Et vt turres dirueret, obtulit Pontifici maximum pondus auri & argenti ad ædificationem sepulchri Beati Iuliani, vt dicebat.

Quod ad ignominiam fieri videns Episcopus consilio accepto ad suam reuersus est Ecclesiam. Primum detulit planè duo cimbala prætiosa, & optimam cappam de pallio, & duas pelues argenteas, cum aliis multis ornamentis. Interea pressus de præcepto Regis valde anxius; de vrbis incendio, de domorum suarum destructione, de ciuium expulsionem, de Clericorum dispersione mœstissimus, Dei Omnipotentis clementiam iugiter precabatur, vt ab ecclesia & populo iram indignationis dignaretur auertere.

Miseratus autem Dominus afflictionis illius, indignationem suam, vltra quam sperari poterat, mitigauit, & facies inimicorum eius confusione & ignominia repleuit; vt Canticum eorum verteretur in luctum, & organum eorum in vocem sistentium.

Nam dum quodam die in syluam Rex venandi gratia perrexisset, ab vno ex suis militibus (qui secum erant) sagitta percussus interit. Pacata ciuitate & hostibus fugatis, Hildebertus Romam proficiscitur; quem Paschalis secundus Papa recepit attentius. Deinde illi in Siciliam Apuliamque progresso, vniuersi quasi Angelo Dei honorem exhibebant.

Rogerus autem Dux Siciliae, audita fama & scientia Præfulis, illum in maximo honore & reuerentia suscepit: & dedit ei idem Rogerus centum uncias auri ad faciendum opus Beati Iuliani: & ad victum Canonorum decem libras moneatæ dedit: Postea verò idem Episcopus ad Cenomanicam rediit prouinciam. Eodem tempore Comes Helias liberalis, lectum, in quo Beati Iuliani beata membra quiescebant, auro decorauit & argento.

Deinde anno Domini 1120. ad dedicationem Ecclesiæ accelerans, multa ibi necessaria ministrans, in octauo die Paschæ Hildebertus consecrauit eam in honore & nomine Sanctæ & Gloriosæ virginis Mariæ, & Beatorum Martyrū Geruasii & Protasii ac piissimi Iuliani. Postea vero fecit ex proprio suo duas casas auro & argento pulcherrimè circumtectas, in quibus reliquias Sanctorum Tutilli & Victoris & Innocentii: & Sanctæ Tenestinae & Odæ; & Sancti Hilarii Presbyteri, solemniter consignauit.

Post aliquatū temporis Guillebertus Tironensis Archiepiscopus moritur, & in sede & in loco illius Hildebertus Cenomanensis Episcopus apicem est fortitus, concedente Ludouico Grosso Francorum Rege. Anno Domini 1129.

K 2 Tan.

Tandem verò 15. Calend. Ianuar. id est, 18. Decemb. anno Domini 1136. in senectute bona obdormiuit in Domino, & sepultus est Turonis in Ecclesia Sancti Mauriti: rexitque Ecclesiam Turonensem annis septem, & mensibus sex: & Ecclesiam Cenomanensem annis 22. & fuit vita eius quasi 80. annorum. *Hucusq; schedula mihi transmissa.*

In quam vnum & alterum obseruare me compellit historica veritatis amor. Arnobius Vuion. lib. 2. sui ligni vita cap. 39. ex chron. Cluniacensi MS. refert eum fuisse monachum Cluniacensem, cum tamen hec narratiuncula breui commemorans Hildeberti cunas, dicat illum egressisse postea Scholarcham & Archidiaconum, & ante audiuisse Berengarium præceptorem, Guillel. Malmesberies. ceteriq; Historici; ad quam vitam Hildeberti partem eius monachatus reduci possit, non video.

Præterea monachus (vt Iacobus de Grassis monachus Casin. notat parte 2. decisionum aurear. lib. 3. cap. 20.) nequit promoueri ad dignitates Ecclesiarum, quæ sint diuersæ professionis & habitus. Ecclesiam verò Cenomanensem (ne non hodieq;) Clericos Canonicos habuisse liquet ex superioribus. Imo ab initio Clericos regulariter & exemplo Apostolorum in ea vixisse, palam est ex cap. 3. vita S. Panacij, Cenomanensis quoq; Episcopi: quod & Ioannes à Bosco notauit ibidem.

Electionem autem Hildeberti ad Cenomanensem Episcopatum cecidisse anno 1106, iuxta Chron. Cluniacense, nec Guillelmi Rufi Anglorum Regis superius memorata patratq; anno 1100. (testibus Sigiberto aliisq; ad epist. 40. oram notatis) palam obsistit. Ipse quoq; eod. in libro cap. 22. oscitantissimè dixit, Hildebertum creatum fuisse Archiepiscopum Turonensem anno 1106. Si hunc lapsu tribuas labenti Typographo, tribuo. Rem sollicitius videamus. Scheda manusripta habet, Hildebertum an. 1129 Turonensis Archiepiscopatu insulam gestass: Tabula Cenomanensis apud Democharem & Vuion signant, sedisse Cenomani annis 29. & scheda manusripta Casareduni Turonum annis 7. & mensibus 6.

Prior in quidem Chronologia partem infirmant epistola Honorij Papa secundi, (qui creatus fuit anno 1124.) ad Hildebertum iam Turonensem Archiepiscopum, & Hildeberti responsum ad Honorium, quæ quidem reperies ep. 67. & 68. Hildeberti. Ex aduerso occurrit epistola 124. D. Bernhadi eum hortantis ad Innocentij 2. renunciati Papa anno 1130. tutandas partes.

Si tandem dicamus Hildebertum præfuisse Cenomanensi Ecclesie annis viginti nouem fuit vnctus saltem anno 1099. à quo ad 1100. curauerit ad officium Capitulare, (vt legimus in principio narrationis) annoq; 1123 translatus ad Turones, factu cassat 1136. computandosq; additios menses anni integri vice. Cui allubuerit tantum egisse Cenomani duos & viginti annos, cogitur eum facere Pontificem anno 1100. & Archiepiscopum 1123. ac postremo defunctum 1130. paulò post Innocentium 2. el. Etum anno 1100. ad 13. Cal. Martias.

Sed hæc supputatio dissidet ab obitu Hildeberti mortui 18. Decembr. præterquàm quod coactior apparet violentiorq; vnde priorè lubentius amplexor Hæc excussisse & adnotasse coegit aperta temporum repugnantia, quam vel ceci aduertissent in superioribus.

EPISTOLA LIIII.

ANSELMVS VOCATVS ARCHIEPISCOPUS Cantuarie, fratribus & filiis charissimis Domino Priori & aliis seruis Dei, in monasterio Sancti Albani manentibus salutem & benedictionem.

Hic est Sanctus Albanus Protomartyr Anglorum, cuius dies festus agitur 22. Iunij. Id autem Cœnobij est in Hardsfordiensi agro, vbi Verolanium vetus oppidum. De Albano autem eiusq; socius Gildas Britanus & antiquus Scriptor in excidio Britan. scripsit.

Hortatur monachos ad continuam suam regulæ obseruantiam.

Gratias ago Deo, à quo est omne bonum, & vobis, qui seruatis eius donum: quia de vobis audio omne bonum. Memores enim vos esse monstratis, quia oportet vos per multas tribulationes introire in regnum Dei: & quia tentatio probat & tentat iustum si diligit Deum, cum nulla vos aduersitas à custodia vestri ordinis prohibere potest. Sic enim expectare securè potestis præmium, de quo dicitur: Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Quanto ergo vos studiosius ad conseruandum monachicum ordinem insistere cognosco, tanto securius vos paterna monitione exhortor, quatenus in bono proposito, & in hoc, ad quod vos Deus prouexit, perueeritis, & semper ad meliora in spe diuini auxilij proficere, & nunquam deficere tentetis. Quod efficaciter poteritis efficere, si nulla minima vestri ordinis volueritis contemnere: quoniam, qui modica spernit paulatim decedit; Deus videt, quid vobis expediat: Si moram fecerit vos consolandi, expectate eum, quia non tardabit: ipse enim est adiutor in oportunitatibus in tribulatione. Omnipotens Deus corda vestra in seruitio suo corroborare dignetur & consolari: Oro vos orate pro me.

EPISTOLA LV.

DOMINO ET PATRI REVERENDO Anselmo, primæ sedis Archiepiscopo, Hybernorum omniumq; Septentrionalium Insularum quæ Orchades dicuntur Primate, Mathildis Deæ gratia Anglorum Regina, humillima eius ancilla, præsentis vitæ cursu feliciter peracto, ad finem qui Chritus est, peruenire.

Orchadum meminerunt Plinius lib. 4. cap. 17. Melis lib. 3. cap. 16. Paulus Iouius speciatim in descriptione totius Angliæ: & an illum Eusebius in Chron. & Beda in Histor. Fuit hæc Mathildis Matcolni Scotorum Regis, & Margareta Regina filia, sororq; Reg. in Edgarij, Alexandri & Davidis. Vt modicè quotidianum relaxet ieiunium.

Quod quotidianum ieiunium iam verteritis vt nulli ferè dubium, ita nec mihi est ignotum. Quodque magis admiror, plurimum proborum frequèti relatione didici, & post longa ieiunia nõ natura postulante, sed quolibet famulitio suadens

a Ne quis au
sumer hæc
posteriores r
gina tarum
nomine scri
ptas, legat
notam et un
nostru ad ep
93: supra.

b Tonsis est
carnali ma
trimonio ac
spiritali tra
latas ex 1.
Cor. 7.

c Ex Sellen
Sulpit. hist.

suadente cibum sumere solitum. Hæc etiam vos tanta frugalitate sumere non ignoro, vt magis naturæ ius proprium demendo vim fecisse, quam legem soluisse videamini: Vnde cum multis, tum mihi maximè metuendum est, ne tanto Patri, cuius sum beneficii obligata, tam forti Dei athletæ & humanæ naturæ victori, cuius indeficienti vigore pax regni sacerdotique dignitas firmata est, atque defensa tam fideli tamque prudenti Dei dispensatori, cuius sum benedictione in legitimum matrimonium sacrata, cuius ordinatione in terreni regni dignitate sublimata: cuius precibus in cælesti gloria Deo annuente coronanda; corpus tabescat, fenestræ visus auditus, cæterorumque sensuum obturentur, vox spiritualium ædificatrix raucescat, & quæ canorum ac dulcè Dei verbum decoro quieto remissoque sermone dispensare consueuerat, id tantò remissius in futurum exequatur? Vt quosque aliquantisper à te remotiores audientia ipsius vocis priuatos fructu etiam vacuos derelinquat. Nolite igitur, bone pater & sancte, nolite tam intempestiuè corporalibus virib. inedia destitui, ne orator esse desistatis. Quia, vt Tullius (a) ait in lib. què de senectute cõscripsit: Oratoris munus non ingenii est solum, sed laterum etiam & virium. Quò perditū ire festinat tanta animi tui celebritas tāta memoria præteritorum futurorumque prouidentia tot artes, tot scientiæ, tot inuenta; tāta rerum humanarum notitia, diuinitatisque cum simplicitate prudentia. Considerate multitudinem talentorum, quæ vobis diues Dominus vester dedit, quid commiserit, quid exigit. Deducite bonum in cõmune, quod deductum pulchrius elucescat, atq; cum multiplici sœnore reportetur ad Dominum Ne (b) fraudetis vobis ipsis inuicem: sicut necessarius est animæ spiritualis potus & cibus; ita & corpori corporalis. Comedendum igitur est vobis & bibendum, quoniam grandis vobis Dei nutu huius vitæ restat via grandis messis seminanda sarculanda ac metenda, in horreo quoque Domini, quo fur non appropiet, collocanda; videtis operarios in maxima messe paucissimos. In multorum labores introisti, vt multorum lucra reportes. Memento vero, vos vicem Ioannis Apostoli & Euangelistæ chari Domini tenere, quæ Dominus ipse superuivere voluit, vt virginis matris virgo dilectus curam gereret. Suscepistis gerendam curam matris Ecclesiæ, de qua quotidie periclitabuntur (nisi magna cura succurratis) fratres Christi & sorores, quos pretio proprii sanguinis redemptos ipse tibi commendauit. Pascite o pastor tanti Domini, gregem eius, ne pastus in ops deficiat in via: Sit vobis in exemplo sacer Sacerdos (c) Martinus, vir ineffabilis, qui cum cælestem requiem paratam sibi præuideret, labore tamen pro populi necessitate se non recusare dicebat. Noui quidem vos multorum exemplis, multis Scripturarum testimoniis ad ieiunium inuitari & confirmari: assidua quippe lectio vobis frequenter suggerit, qualiter post ieiunium Heliam coruus; Helisæum vidua, Danielem Angelus per Habacuc pauerit: qualiter Moyses tabulas, digito Dei scriptas ieiunio accipere meruerit, fractasque per idem recuperauerit. Gentilium quoque vos exempla plurima ad parcitiam inuitant: Nemo est enim qui ignorat, vos legisse Pythagoræ, Socratis, Antisthenis frugalitatem, cæ-

terorumque Philosophorum, quos, vt enumerare longum est, ita nec præsentis opusculo necessarium. Veniendum est ergo ad nouæ legis gratiam. Christus Iesus, qui dedicauit ieiunium, dedicauit & esum, vadens ad conuiuium nuptiarum, vbi in vinum aquam conuertit. Ad Simonis epulas accedens vbi à Maria septem dæmonib. eiectis, spiritualibus eam ferculis primo pavit. Zachari prandium non recusans, quem de potestate militiæ sæcularis tractatum, ad cælestem militiam vocauit. Audi Peter, audi Paulum Timotheum, ppter dolorem stomachi vinum bibere suadentem, dicentemque: iam noli aquam bibere, sed modico vino vttere. Ecce Apostolus secundum discipulum à proposito dehortatur ieiunio. Cui enim dicit. Iam noli aquam bibere; apertè denunciatur, eum nihil aliud quàm aquam ante bibisse. Imitemini Gregorium, lassitudinem defectumque stomachi cibi potusque confortatione releuantem doctrinæ & prædicationi viriliter indeficienterque insistentem: facite igitur, quod ille fecit, vt perueniatis ad quæ peruenit, hoc est, ad Iesum Christum fontem vitæ montemque excelsum, cū quò de perenni gloria iam olim gauisus est, gaudet, gaudebitque in sæcula sæculorum. Valeat in Domino Sanctitas vestra, meque fidelem vestram famulam vos toto cordis affectu diligetem orationibus adiuuare nolite desistere: & epistolam non fictam, sed fideli charitate & firma vobis à me missam, suscipere, legere, audire, atque exaudire dignemini.

EPISTOLA LVI.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS,
Cantuariensis, Dominae & matri & filiae charissimæ reuerendæ Comitissæ Idae salutem & benedictionem Dei & suam, quantum potest.

De filio à se commonito, & præbenda Lamberti sui Capellani.

CHARISSIMA, vos salutat mea epistola: sed quotidie vos aspicit mea memoria. Et spero in Deo, quia nunquàm illa de corde meo delebitur. Cum filio vestro locutus sum, & peccatus sum eum de vobis sicut intellexi oportere, & ipse mihi respondit, se nihil lubentius facere, quàm voluntatem vestram implere. Dominus Lambertus Capellanus vester, qui moratur in Anglia pro vestro seruitio, rogat & ego cum illo rogo, ne aliqua occasione, donec ad vos redeat, perdat aliquid de præbendæ suæ beneficio: Precamur etiam, vt hoc ipsum confratres eius canonicos precando moneatis. Quos simul nos ambo in hac scedula salutamus, & vt petitionem vestram admittant, etiam atque etiam rogamus. Omnipotens Deus vos ab omni aduertitate custodiat, & desiderium vestrum semper dirigat, accendat, & perficiat: AMEN.



a Ne quis autem
tumer huius
posterioribus re
gina carum
nomine scri
ptis, legat ad
notam etiam
nostram ad ep.
93: supra.

b Locus est à
carnali ma
trimonio ad
spirituale tras
latus ex 1.
Cor. 7.

c Ex Sulpitii
Sulpitii hist.

MATHILDÆ GLORIOSÆ REGINÆ
Anglorum, reuerendæ Dominæ, filiæ charissimæ
Anselmus Archiepiscopus debitum hono-
rem, seruitium, orationes, & benedi-
ctionem Dei & suam, quan-
tum potest.

*Habet gratias pro muneribus & amica communi-
one de relaxando ieiunio. Huc refer epistolam
36. supra.*

GRatias magnas ago vestræ largitioni, sed
multo maiores, de qua munera procedunt,
sanctæ dilectioni. Quæ etiam mihi pia sollicitu-
dine instat, vt in alimentis sumendis corpori lar-
gius indulgeam, ne vox & vires ad curam iniur-
ctam mihi deficient. Nam quoniam auditis, me
pro ieiunio totius diei, etiam si fieret famem non
sentire, timetis raucitatem & imbecillitatem mi-
hi corporis euenire. Sed vtinam tantum mihi sa-
pientia & potestas, quæ competit, suppetent,
quantum vox & vires quas habeo ad opus mihi
iniunctum sufficerent. Licet sic possim sine famis
molestia ieiunare, satis tamen possum, & volo cū
debeo, quantum expedit, corpus alimentis recre-
are. Memor est benigna vestra dignatio in episto-
la sua, q̄ per me sit vestra celsitudo in coniugium
legitimum desponsata, & ad regni sublimitatem
in me sacrate coronata. Verum cum de me qui hu-
ius rei minister tantum fidelis, quantum in me fuit,
extitit: hoc tam benignè tanta gratia recolitis, sa-
tis æstimari potest, quantas Christo, qui huius do-
ni author & largitor est, grates in mente persolui-
tis. Quas si rectè, si benè, si efficaciter ipso actu
vultis reddere, considerate reginam illam, quam
de mundo hoc sponfam sibi illi placuit eligere.

*Hæc est, quam pulchrâ & amicam & columbam
nam vocat in Scripturis, & de qua illi dicitur: A-
st tit Regina à dextris tuis: Hæc est, cui de eodem
sponso suo Christo dicitur: Audi filia & vide, & in-
clina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & do-
mum patris tui, & concupiscit Rex decorum tuum. Quan-
to enim sæcularium conuersationem, & patris sui
huius se. mundi habitationem continendo obli-
uiscitur, tanto pulchrior conspectui sponsi sui, &
amabilior cognoscitur. Hanc quantum dilexerit
ipse, pbauit, cum se ipsum morti spontè tradere
pro eius amore non dubitauit. Hanc, inquam,
considerate, quomodo exul & peregrinus & quasi
vidua ad virum suū cum veris filiis gemit & suspi-
rat, expectans, donec ille de regione longinqua
ad quā abiit accipere sibi regnum, veniat; & eam
ad regnum suum transferendo omnib. qui eidem
amica bona vel mala fecerint, put quisque gessit
retribuat. Qui hanc honorant, cum illa hono-
rabuntur: qui hanc conculant, extra illam con-
culcabitur. Qui hanc exaltant, cum Angelis
exaltabitur: qui hanc deprimunt, cum demonib.
deprimuntur. Hanc exaltate, honorate, defen-
dite, vt cum illa & in illa Sponso Deo pla-
ceatis, & in æterna beatitudine cum
illa regnando viuatis: Amen.*

FIAT.



Psalm. 49.

Ibidem.

ANSELMVS GRATIA DEI AR-
chepiscopus, Dominæ & matri & filiæ charissimæ
Idæ Comitissæ salutem & benedictionem
Dei & suam, si quid valet.

Laudatur timor, etiam vbi deest timoris causa.

GRatias ago Celsitudini vestræ pro benigni-
tate & largitate quam legatis nostris nupera
Roma redeuntibus exhibuistis, sicut mihi & om-
nibus nostris facere soletis. De hoc quod mihi p̄
Dominum N. mandastis, nullam possum vestrâ
culpam intelligere. Sed quoniam semper tutius
in huiusmodi magis timere quam confidere, lau-
do timorem vestrū, quia beatus homo, qui semp̄
est pauidus. Et Beatus Hiob dicit: Verebar omnia
opera mea. Solo igitur hoc amore & mali q̄ con-
tingit per malos homines, dolore quem habuistis,
credo vos Deo, quantum ad vos pertinet, satisfecisse.
Quoniam tamen scio, quid desideretis, oro
Deum, vt vos ab hoc & ab omnibus peccatis
vestris absoluat, & ad gloriæ suæ contemplationem
perducatur: Amen. Vnum psalterium pro om-
nibus peccatis vestris dicite, secundum oppor-
tunitatem vestram.

EPISTOLA LIX.

ANSELMVS VOCATVS ARCHIE-
piscopus Cantuarie, Dominæ & filiæ charissimæ
Clementiæ reuerendæ Comitissæ, per diu-
turnam huius vitæ prosperitatem,
& æternam futuræ mereri
fœlicitatem.

*Hæc Clementia fuit Calixti Papa (antea V. nensis
Ar. hiep scopi qui vocabatur Guido) 2. soror, na-
tione Burgundica, mulier alioquin piensissima:
Nam illa agente Bergenses & Blandinienses mo-
nachi restaurati suere. Hæc autem Roberto mari-
to pridem defuncto, Flandria fructuaria Theodo-
rico principe iustitico exc. sit Burburgt, Anno
1129. in Cænobio à se edificato.
Mariti factum laudatur, quasi ex Coniugis con-
silio & prudentia.*

RELATVM mihi est, quosdam Abbates in
Flandria sic cōstitutos, vt (a) Comes vir ve-
ster nullâ eis manu sua daret inuestituram. Quod
sicut non sine eius prudenti clementia; ita non
estimo factum absque vestra clementi prudentiâ.
Tantò ergo de hoc vestro bono opere gaudeo,
quantò vos ambos verius in Deo diligo. Cum
enim ea, quæ religionis Christianæ sunt, cōcordi
voluntate facitis, veros vos esse filios Ecclesiæ spō-
sæ Dei & fideles aduocatos ostenditis. Non enim
debent Principes sponfam Dei matrem suam (si
Christiani sunt) æstimare sibi dare in hæreditariâ
dominatione: sed à Deo sibi commendatâ, vt eius
coheredes mereantur esse ad reuerentiâ & defen-
sionem. Rex n. erat, & qd ad Principes pertineat
intelligebat, qui Principes volentes hæreditatem
sanctuarium Dei possidere sic malè dicebat: Deus
[c] meus pone illos vt rotam: & sicut stipulam ante faci- m
venti: & quæ proximè sequuntur. Non hæc loqui-
tur

*a Hic Comi
appellabatur
Robertus, &
filius Roberti
Frisoni, qui
cooperant in
partem regni
anno 1127.
post annu
am c. 1128
in Monsen-
si in ras au.*

4 Mart. 24

c Psalm. 32

2. Corint 3

g Luc. 10

*à d. Edm
di: scil. reg
Anglorū
martyri
comobio G
stoniens
diti, an 87
memorian
eius recol
Ecclesia
Nouemb.
sistem id
faterii B
vic in Sud
ugia sru*

b Act. 1

sur David, sed spiritus Dei filii David, qui dixit: **[d]** Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Ad vos pertinet reuerenda Domina & filia charissima, vt hæc & huiusmodi viro vestro frequenter opportunè importunè suggeratis, vt non solum dominum sed aduocatum, nõ priuignum sed filium se probet esse ecclesia, consulatis. Certè sic erit potestas placens Deo, & omnes actus eius dirigentur ab eo, & cõtra omnes eius aduersarios erit cõ eo. Monete eum, vt nunquam aduersetur legi Dei, quia qui illi subditi nõ sunt, Scriptura quæ non mentitur, asserit illos indubitanter inimicos esse Dei. Ne credat consiliũ contra consilium Dei: quia **[e]** Dominus reprobat consilia Principum, consilium autem Domini manet in æternum: Et: **[f]** sapientia huius sæculi stultitia est apud Deum. Consilium autem Domini est sacra Scriptura, & eorum quibus dixit: **[g]** qui vos audit me audit: & ad Christianam religionem. Hæc moneat, hæc consulat rogo viro suo Comitissa Clementia, vt & illum & illam ad regnum cœlorum subleuet diuina clementia. Sic fiat Amen.

EPISTOLA LX.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIE
Cantuariensis Girardo reuerendo Archiepiscopo Eboracensi salutem.

De impedienda Pontificum Anglorum contumelia.

Quamuis me talem nesciat mea conscientia, qualem me pingit vestra prudentia, tamen non debeo esse ingratus, quia bona quæ de me dicitis, quam erga me habetis vobis persuadet beneuolentia. Quod me hortatur vestra dilectio ne patiar, neque velim vestram & sociorum vestrorum contumeliã, libenter accipio, nec sentio me aliquando eam aut quæsiuisse aut noluisse. Nam literas illas, de quarum publicatione hoc affirmatis contigisse, nec ego transcripsi, nec transcribendas alicui ostendi, nec aliquis per me. Denique cum vobiscum loquar, confido in Deo, quia omnino me in hac re inculpabilem cognoscetis. Vale.

EPISTOLA LXI.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Cantuariæ fratribus & filiis charissimis monachis cœnobii sancti **[a]** Eadmundi salutem, & in tribulatione misericordiæ Dei consolationem.

In fractam monachorum in aduersis constantiam predicat.

Laudo vos & gaudeo, quia nulla violentia vobis violentiam ingredientibus restitistis, sed solus Dei tuitioni & dispositioni vos commisitistis. Vtique in hoc ipso potius contra Deum quã contra vos violenti fuerunt, & vos magis ad Deum clamastis, vt aspiceret & iudicaret, quod illi contra eum vobis iniuste fecerunt. Non miremini, neque ultra modum turbetur cor vestrum si tribulationes in hac vita patimini, quia scriptum est: **[b]** oportet nos per multas tribulationes introire in regnum

Dei, & gaudere debemus eum **[c]** Apostolo in tribulatione: scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit. Et sperare debetis in Deo, quia **[d]** fidelis est, nec parietur tentari supra quam ferre potestis. Dei gratia non patimini propter aliquod crimen, quantum ad humanum pertinet iudicium, sed propter iustitiam: illi verò super vos se ingerunt propter suam concupiscentiam. Cum stabitis pariter ante tribunal Christi, vbi **[e]** recipiet vnusquisque prout gessit in corpore siue bonum siue malum, liquet, quia vobiscum est in hac re iustitia cum illis est malitia. Si Deus hæc discernit in actione, vtique discernet & in retributione. Consulo etiam vobis vt pater filiis, quatenus hæc quæ patimini imputetis peccatis vestris secundum Dei iudicium, vt vnusquisque vestrum discutiatur conscientiam suam, & satisfaciat Deo per affectum penitentia & confessionem. Solet enim Deus multitudinem propter culpam paucorum flagellare. Quapropter vnusquisque quod communiter patimini sibi imputet, & quantum in ipso est clementiam Dei per satisfactionem super se & super alios inuocet. Deus enim dicit: **[f]** Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos. Omnipotens Deus sua vos protectione & defensione visitet, & clementi consolatione lætificet. Amen.

EPISTOLA LXII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Willelmo Archidiaconi dilecto suo salutem & benedictionem.

De non euulgandis actis Concilii Londonens. nisi prius & iterum episcopis illa commun carit.

Sententias capitulorum Concilii expositas, Snolo vobis aut alicui ad præsens mittere: quia quando in ipso Concilio expositæ sunt non potuerunt ad plenum & perfectè recitari: propterea quia subito sine prameditatione ac competenti tractatione, sicut oportuerat, sunt prolata: Vnde quædam videntur addenda, & forsitan quædam mutanda: quod nõ nisi communi consensu coepiscoporum nostrorum volo facere. Volo ergo eas dictare, & prius eisdem Episcopis ostendere, cum primò conuenerimus, quam per ecclesias Angliæ dictatæ & expositæ mittantur. Nomina tamen rerum, de quibus ibi loquuti sumus, vobis mittimus, vt secundum quod recordari poteritis, nos de illis decreuisse faciatis. De illis **[a]** qui ante excommunicationem, vel post excommunicationem nescientes eam factam, Sodomitico peccato peccauerunt, par & simili erit sententia, si confitentes penitentiam petierint.

K 4

Uide aduersus id nefandi facinorosi & cetera, decretae penas in actis Concilii huius, quæ descripsit Bibliothec. Malmesb. in vita Anselmi: quam in lib. mine huius edit. posuimus: de horrida eiusdem punitione, Genes. 19. in Concil. Ancyran. cap. 15. relato apud Raban. lib. penit. c. 8. nondum annos viginti nati, quinaecim annis penitere debent: post quos communionem orationum merentur: coniugati 25. annis: coniugati & quinquagesimum excedere res annuum, ad supremum vitæ spiritum, piacularem luant penam. In penitentiali Theodori Cantuar. qui fornicatus fuerit sicut Sodomitæ, si seruus est, scopus castigabitur sex annis: si liber, & coniugatus, 10. annis: si priuatus, septem annis: penitent: pueri, centum diebus: si ex ordinibus est, & in consuetudine habet: degradatus, vt laicus penitent.

4. Math. 24.

c. Psalm. 32.

2. Corint. 3.

g. Luc. 20.

c. Rom. 8.

d. 1. Corin. 10.

c. 2. Corin. 10.

f. Malach. 3.

a. Hic Comiti appellabatur Robertus, & filius Roberti Frisiani, quæ cooperauit in partem regni anno 1070. post animatam cum Baldo in Montem si intrauit.

b. Act. 14.

a. Vide aduersus id nefandi facinorosi & cetera, decretae penas in actis Con-

runt. Quam secundum discretionem vestram dabitur, considerantes ætatem, peccati diuturnitatem & utrum habeant uxores, an non: & secundum quod videatis eos pœnitere, & deinceps integram correctionem promittere. Considerandum etiam est, quia hæcenus ita fuit publicum hoc peccatum, ut vix aliquis pro eo erubesceret; & ideo multi magnitudinem eius nescientes in illud se præcipitabant. Illi verò, qui post excommunicationem cognitam se peccato contaminaverunt, grauiori sunt mulctandi pœnitentia. Quam etiam in vestra discretionem secundum prædictas causas ponimus. De his qui [b] tonderi nolunt, dictum est, ut ecclesiam non ingrederentur: non tamen præceptum est, ut si ingrederentur, cessarent sacerdotes: sed tantum annunciarent illis, quia cōtra Deum & ad damnationem suam ingrediuntur. De calceamentis laicorum nihil decreuimus, sed tantum clericorum. De Archidiaconibus, & canonicis, qui uxores suas derelictas extra domos suas in maneriis suis ponunt, existimo in eam (donec aliud statuatur) tolerandum, si certam promissionem fecerint, se nullam conuersationem cum illis habituros: nec sine legitimis testibus loquuturos. De presbyteris (qui timore non audent fœminas suas relinquere) statutū (D) est in Concilio seruabitur, quia quamdiu eas aliqua occasione tenebunt, (e) nec missas celebrabunt, nec legales erunt, sed tantum vsque ad initium quadragesimæ si habuerint qui pro illis caste in ecclesiis seruiant, beneficiis ecclesiæ nō priuabuntur. Illos autem qui presbyteros propinquas suas dimittere prohibent, sicut eos qui contra Deum & contra Christianitatem agunt, arguite, & totum peccatum fornicationis presbyterorum illis imputandum ostendite: & nostram omnium coepiscoporum nostrorum excommunicationem illis promittite.

b Clerici non
feram sper-
nentes arce-
nt ecclesia
ingressi.
c simile quid
piam est cap.
40. Concilii
Tolet. 4. cu-
ius patres di-
cunt, qui se-
cus fecerit,
quam præci-
piunt, de ion-
sura Catho-
lica fidei reu-
fore: in Con-
cilio Eborac-
ensi sub Ce-
lestino III.
statutum est:
ut qui ab E-
piscopo coro-
nam suscep-
erunt, ad ean-
dem haben-
dam cogantur
priuatione
beneficio-
rum, si ha-
beant, si non
habeant, per

Archidiaconos & Decanos inuiti tondeantur. pag. 430. Roger. Hoped. Capitular. Caroli Magni lib. 6. cap. 105. decretum est, ut clerici, qui comam nutriunt, etiam si noluerint, inuiti ab Archidiacono tondeantur.
e In Photii Nomocan. tit. 9. sacro excidunt ordine, priuatiq; ac laici fiunt, cum suis bonis traduntur curia ciuitatis, cuius sunt clerici.

ANNOTATIO IN EPISLOTAM LXII.

DE presbyteris, quod statutū (D) est in Concilio, seruabitur: Concilium ad Londinum habitum, proximeq; memoratum intelligit: cui Anselm. Præsidentis confidētus Eboraçensi Archiepiscopo, ceterisq; Angliæ Pontificibus, nec non Archimandritis multa quidem statuit pernecessaria, hocq; comprimis: Ut presbyter quamdiu illicitam conuersationem habuerit, non sit legalis, nec missam celebret: nec, si celebrauerit, eius missa audiat. Ut nullus ad subdiaconatum, aut supra ordinetur, sine professione castitatis: ut nullus Archidiaconus, presbyter, Diaconus, Canonicus uxorem ducat, aut ductam retineat. Subdiaconus verò quilibet qui Canonicus nō est, si post professionem castitatis uxorem duxerit: eadem regula constringatur: Hæc in Synodo Londinensi: quam dicit integram Willem. Malmesb. lib. 1. de Pontif. Angl. p. 129. edit. Londin. 1596. Henricus Hungridonensis Archidiaconus eodem anno, iisdem typis datus fol. 217. p. 1. lib. 7. suarum historiarum de hoc concilio ita scribit: Eodem anno ad festum Sancti Michaelis tenuit Anselmus Archiepiscopus Concilium apud Londoniam, in quo prohibuit uxores

sacerdotibus Anglorum antea non prohibitas. In quibus verbis quis non videat tum superbam hōmīs temeritatem, (qui Concilium in Spiritu S. legitime congregatum ausit reprehendere imprudentia ob nouam, suo iudicio, constitutionem) cum in historico summam veri rerumq; domesticarum inscitiam seu obliuionem? Aduersus quem imprimis agam vna duntaxat tabella obsignata. Is enim lib. 4. suarum hist. in princ. post Bedam, recenset acta Concilij Hasfeldiensis Theodoro Cantuarie Archiepiscopo habiti anno 680. in quo post multa ad Orthodoxæ fidei puritatem confirmandam tractata, sancta Synodus suis literis hæc addidit: Suscipimus sanctas & vniuersales quinque Synodos beatorum, & Deo acceptabilium Patrum, id est, qui in Nicæa congregati fuerunt 318. At qui in hac Synodo manifeste clericis fuit interdictum vxoribus, can. 3. quem Gelasius Cyzicenus Casarea Palestina Episcopus his omnino verbis habet: 2. part. actor. eiusdem Concilij cap. 32. Αζηροῦντε καὶ θύλακῃ ἢ μετὰ τὴν συνόδον, καὶ ἐπισηπῶ, περὶ ἐπιπέρω, διακονῶν μὴ ὄλωσ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τινῶν, ἐξ ἐξέται συνέστακίον ἔγειν: εἰ μὴ ἀεὶ μητέρας, ἢ θείαν, ἢ ἀ μόνα πρὸς σωματι διαπέφουγε πᾶσιν ὑποψίαν. ὁ δὲ τῶν τῶν ποίων κινδυνεύσει περὶ τὴν ἐαυτῶν ἀξίαν. Hunc Canonem sic Balsoreus vertit: Magna Synodus plenissime vetuit episcopum, presbyterum, diaconum, aut vllum clericorum habere secum mulierem introductam: nisi forte matrem, vel sororem, vel amitam, vel denique eas solas personas, quæ omni suspicione carere solent: qui secus facit, dignitate sua periclitabitur. Phoriz in Nomocanone, Burcard. Wormat lib. 2. cap. 109. Iuo Carnot 9 part. 6. 186. Jarland. Chrysopol. sub fin. lib. 6. sue Candela, Gratian. 32. interdixit hanc sanctionem retulere, & quidem paulo articulatus quam Ruff. lib. 1. continetur. hist. Eccles. cap. 6. Quapropter Nicæna Synodo tam vniuersimter suscepta à Primæ totius Angliæ, nōn Episcopis & quinq; Regibus ibidem confidentibus, quæ dicitur patres Nicæni sanciuerunt, Angli quoque Pontifices comprobant, simulg. decretum illud de celibatu sacerdotum. Quod hinc amplius & sole meridiano clarius emicat, cum excussis, quæ ad fidem pertinerent, auct. vix instar ad hęc Nicænas sanctiones vno ore laudant. Quæ ratio est adultæ conciliaritæ auctoritatem ex communi vtriusque synodi Ecclesiastica cor sensu, ita ut acutissima ingenia bebescant ad aciem legum diuino Spiritu suggerere promulgatarum; subiiciant tamen quicquid ad hanc rem ex historia Anglicana depromptum venerit in mentē. Quod igitur sacerdotibus celibatus diutius in Angliā viguerit, post hæc quæ supra memorauimus, fidem faciunt Fulconis, Rhemorum in Gallia Belgica Archiepiscopi literæ missæ ad Alfredum Saxonum Occidentalem regem in Angliā, quibus commendatur ob Archiepiscopum integerrimum ecclesiæ Cantuariensi præfectum, pestilentissimamq; licentiam diuini verbi gladio recisam, & ab Ethnicorum Danorum turbido fonte hausam, quæ episcoporum & presbyterorum pleriq; non tantum penes se uxores haberent, verum etiam cōsanguineas: pro scelerum quoque cumulo, virgines Deo sacrās impiè violarent, concubinamq; superinducerent vxori, quod nihil ad explendam deesset libidinem, si tamen expleriqueat. Quæ omnia & diuinis præceptis & religionis Catholica puritati aduersari magnificè docebat Fulco, teste Floado cap. 5. historia Ecclesiast. Rhemensis, vbi interpretæ gallicus pro Alfredo seu Elfrido & Aluredo, vertit Albrado. Cap. item 6. eiusdem historia pleno laudatur ore Peigmundus Cantuariensis Antistes propter sanctissimos conatus in expurgandis luxurie stupri, incestus, & fornicationis sordibus. Porro Fulconem Elfrido regi fuisse notissimū, sciet: qui legerit Malmesb. cap. 4. lib. 2. de regibus Angl. Contigit autem hæc Anglicana ecclesiæ restauratio an-

num circiter 890. *Ælfridi regnantis, 18. Peigmundi, (quem Peonicum vocat gallicus Interpres) sed. nis. 2. Quandoquidem effrenatam libidinem in Angliæ regnum ecclesiamq; pridem antea irrupisse notum, testaturq; est ex epistola S. Bonifacii Martyris Archiepiscopi Moguntini, quæ extat apud Malmesb. lib. 1. de reg. b. Angl. fol. 14. p. 2. Rogerius Hovedenus ad annum 975. vituperat Alferum Merciorum principem, & aliquot Angliæ Magnates, qui Clericorum vxoratorum munerebus allecti expellebat probos monachos ex ecclesiis, quibus fuerant electi, incontinentes Clerici. Quorum nobilium furenti auaritia & impietati viriliter restiterunt Etheluuinus Orientalium Anglorum Dux honestissimus atque in egerimus, necnon eius Germanus Elfuoldus Brithnotusq; Com. s. Idem Hovedenus anno 957. in Eadgari seu Edgari regis laudes breuiter excurrens ait: Destructas ecclesias renouauit & ditauit, abicctis etiã ex cœnobii clericorũ scholarium venenis, &c. quam vero hæc sint venena, nisi stupri, adulterij & fornicationis, quæ sensim ad intima cordis serpunt, & animam omni gratiæ diuinæ calore expulso, suffocant? Ingulphus in hist. fol. 502. p. 2. eadem venena appellat clericorum nanias. Ipsemet Edgarius id profiteatur & asserit in diplomate suo, quod extat apud Malmesb. lib. 2. cap. 8. f. l. 3. inter cetera hæc commemorans: Idiotis Clericis eiectis, nulli regularis Religionis disciplinæ subiectis, plurimis in locis sanctioris seriei, scil. monachici habitus præfeci pastores: Hæc in rem meam regis regioq; ore verba dignissima sunt & opera. Atheluuodus seu Etheluuodus illo rege sanctissimo, Episcopus quoque sanctissimus à sua Wintoniensi ecclesia expulsi Clericos mulierosos testibus Malmesb. supra, & Osberno Cantuar. ensi præcantore, c. 39. vitæ S. Dunstani apud Sur. to. 3. Aliquot aut horum Clericorũ expulsoꝝ dum expulsi à rege de sua expulsione, rogatus fuit S. Dunstanus, vt iteratõ parceret: sicut ille ad hæc præces, animo voluitans quid ageret, positus inter incudem & malleum: Cum eccrucifixi Christi imago clara voce id prohibuit, dicens: n. fiet, non fiet: quod testatur Osbernus loco præcitato. Vincent. Beluac. hist. Speculi lib. 25. cap. 80. D. Antonin. p. 2. hist. cap. 6. tit. 16. §. 1. Petrus de Natalib. lib. 8. Catalog. Sanct. cap. 49. Præterquam, quod id etiã aduersariis nostris Anglo-Caluinianis (si Baleum ex uellatam cum sua Dorothea, Polydorumq; Virgii. impudentiores huius facti calumniatores demas) sic in confesso, v. Longo. i non eget probatione. Post aliquantum temporis expulsorum clerico. um filij litem sopitam, extinctamq; redaccenderunt in conuentu Talnensi seu Calnensi, cui aderat rex Eouardus & totius Angliæ Oprimates: Quorũque aut S. Dunstano refragati sunt, & turpi clericorum petitioni amueuerunt, è folio tam grauius in terram corruerunt, vt nulli expirarint, alij vix presentissima ne is manus effugerint, authoribus Osberno, Vincent. Antonino, Hovedeno ad annum 977. qui casum quidem exprimit non causam, tũ quod notissima esset, cũ quod Comitia non ob id tantummodo haberentur. Ceterum quod Etheluuodus in Wintoniensi, id S. Osualdi & Dunstani præstiterunt in suis Ecclesiis. Vt autem iterum meus aduersarius suo iudicetur ore, suisq; pereat armis: En quod de Etheluuodo scribit lib. 5. fol. 204. Hic secundo episcopatus sui anno quosdam Canonicos in veteri monasterio Vincestre degentes & ordinem suum pigre & negligenter obseruantes, eiecit, & monachos imposuit. Hucusq; e Huntidonensis, qui etsi huiusmodi pigritiam & negligentiam enucleatus non declarauit, tamen ex supradictis patet. Ad annum millesimum ab eadem: producit enim nobis Lanfrancum vxoratorum Clericorũ hostem & insectatorem acerrimum. Is igitur epist. 2. ad Alexand. II. Papam de Cestrensi Episcopo, quem Licfeldensem nuncupat, in hunc modum scribit: Licfeldensis*

vero Episcopus, qui apud legatos vestros de incontinentia carnis (cui vxor publicè habita, filii que procreati testimonium perhibebant,) aliisq; criminibus accusatus; ad Synodum tamen eorũ venire noluit. Vnde & prædicti Legati vestri eum excommunicauerunt: regi que substituendi successorem, vt dicitur, concellerunt: in Paschali solemnitate ad Curiam venit: de illatis culpis causam inire noluit, regi in conuentu Episcoporum, atq; laicorum, episcopatum reddidit: se amplius non habiturum, nec successori calumniam, aut damnum illaturum, iureiurando spontanea voluntate firmavit. Dehinc ad monasteriũ, in quo ab infantia nutritus monachus fuerat tepedauit. Rursusq; in epistola ad Ioannem Rothomagi Pontificem, apud quem Theones quipiam & m. leuoli postulauerant Lanfrancum contra Ioannis obrectatorem: Quod criminum & imposturam pro falso repudians Lanfrancus ait: Retulisti, vobis à multis fuisse relatũ: quod ego quædam facta vestra carpo. Et maximè, quod instituta sanctorum Patrum de seruanda Clericorũ castitate, malè vos intellexisse redarguo: Paucisq; interpositis, subiungit dissonans calumnie nodum: Imo vestro, aliorumq; venerabilium Patrum exemplo prouocatus, per totam Anglicam terram pastoralia auctoritate prohibui: ne cuiuslibet ordinis quilibet Canonicus vxorem accipiat: nec sortito antea, si presbyter aut diaconus est, (nisi præbenda carere velit) habere ulterius liceat. Hæc Lanfranci verba & instituta de Clericali celibatu ad vnguem seruando; videamus arctissima in eiusdem decreti custodiam in epistola ad Herfastum Tetsfordensem Episcopum his verbis: Lanfrancus gratia Dei, non suis meritis, coepiscopo Herfasto salutem. Clericus iste nouiter ad me venit, causam suæ infœlicitatis mihi dixit: dictam, testimonio vestrarum literarum veram esse asseruit. Testatus est se inordinate ordinatum: videlicet, cũ nullius esset ordinis, à fraternitate vestra factum esse Diaconum. Interrogatus à me, si vxorem haberet: vxorem se habere, nec eam se velle dimittere respondit. Propterea tali pacto confutendam ei diuina fultus auctoritate decerno. Diaconatum ei auferte. Ad ceteros minores ordines congruis eum temporibus promouete. Diaconatus vero ordinem nunquam recipiat, nisi castè viuat: nisi se de reliquo castè victurum canonica attestatio promittat. Si vero cœlibem vitam egerit, & acturum se omni tempore spondere voluerit: non quidem eum ad ordinem Diaconatus iterum ordinabitis; sed ipsum officium per textum S. Euãgelij, vel in Synodo, vel in multorum Clericorum conuentu reddetis. Hactenus Lanfrancus, cuius testimonij planum fecimus etiã ante Londinensium Synodi canonem sacerdotibus fuisse coniugis interdictum. Valeat ergo Huntidonensis inscitia & calumnia: quo tenim obtendit in defensionem suæ alienæq; opinionis, scil. anselmianum decretum vsum fuisse periculosissimum, ne dum munditias viribus maribus appetent, in immunditias horribiles ad Christiani nominis summum dedecus incidere: id inquam, ne flocci quidem facio: si enim tantillum haberet roboris ratiocul. hæc eadem necessarid efficeretur, perperam fuisse à Deo verum, non occides non mœchaberis, non furtum faues: & quæ indices sunt cades innumera, eaq; indignissima & maxima. Item ad litem ista sacrilegia, incestus, & alia horrenda scelera quæ his omnibus sua p. acellunt imprecate. In iam: vt Hieronym. Rusticum monachum docet. Non est culpa Christiani nominis, si simulator religionis in vitio sit. Quinimò confusio gentilitate

(addo, & malorum & hereticorum) cum ea videt Ecclesiis displicere, quae omnibus bonis non placet. Ceterum ut sciant posteri, quanta animorum consentientium multitudine recepta fuerint Lodonensis Synodi statuta, testatur Rogerus Honed. Anselmum Ebor. censi Archiepiscopo, & ceterorum Episcoporum Anglicorum grege confidente hac renouasse, stante atq; audente Henrico 1. rege, Comitibus atq; Baronibus, ut vocat, vna mente & voce consentientibus, anno 1108. eodemq; seculo repetita fuerunt in Concilio Eboraci coacto anno 1195. cuius acta Honedenus eodem etulit anno 1235. in altera Synodo Londinensi id rursus fuisse prohibitum narrat Matth. Paris in hist. maiore, fol. 436. edit. Tigurina. Idem ad annum 1225. obseruat seuerissimam Stephani de Langetuna Cantuariensis Archiepiscopi poenam in concubinas Clericorum his verbis decretam: Concubinae sacerdotum & clericorum, qui infra sacros ordines constituti & beneficiati sunt, ecclesiastica careant sepultura: nisi sane se correxerint, & (quia scriptum est: Viuens, viuens ipse, confitebitur tibi) incolumes, vel tanta earum in extremis appareat poenitentia, propter quam non immerito debet cum eis dispensari. Item, non recipiantur ad osculum pacis, nec panem benedictum percipiant in ecclesia, quamdiu concubinari eas detinent in domibus suis, vel publicè extra domos. Item: Si pepererint, non purificentur, nisi prius sufficientem praestiterint cautionem Archidiacono, vel eius officiali de satisfactione in proximo capitulo, post purificationem earum faciendam. Item: Sacerdotes in quorum parochiis concubinae talium commorantur, si non hoc ostenderit Archidiacono vel eius officiali, suspendantur. Et priusquam relaxentur, graui poenitentiae subiaceant. Item: Quae conuinci poterit, quod sacerdos eam carnaliter cognouerit, publicam agat poenitentiam, & solennem; ac si de adulterio esset conuicta, tanquam pro duplici adulterio puniatur; ne tanti reatus impunitas aliis transeat in materiam delinquendi. *Has in clericos concubinar. os, clericalesq; concubinas (Nā & percussa concubina repercutiuntur conuictores) animaduersiones statuit Stephanus de Languetuna, vir eruditus & sanctae memoriae, prius S. Chrylogoni Cardinalis, sedit annis 21. diebus 23. Hic transtulit corpus B. Thomae in capsula pretiosissima. Sic de Archiepiscopo mulierarios clericos iuste vindicante loquuntur tabula MS. Archiepisc. Cantuar. in nostra Bibliotheca. Maneat ergo ab omnino vxores usurarias fuisse clericis Anglicis: ita ut quod contra rationem iniuris, addo ecclesiastici. (Nam Pauli 1C. verba 1. 184. indignuor) fuit receptum ab aliquibus, non sit proluendum ad consequentiam. Postquam hac congestissem, occurrit lib. 3. hist. Britannicae Armoricae, cap. 19. idem locus de vxoribus primum ab Anselmo interdictis sacerdotibus: quem historia conditor Bertrandus Agentanus hausit ex Roberti Beccensis monachi Chronologia. Hunc autem retulit Agentanus postquam memorauit Victorium Rhedonum Antistitem si iam habuisse Demnolan nomine: & plus vltis de ea scriptis, addit obseruatum, quod Episcopi sacerdotesq; non tantum Victorij, sed & D. Hieron. Augustiniq; seculo liberè possent impuneq; esse mariti: eo quod Ecclesia Catholica nondum vetuisset: vetuerit tamen ob infinitas grauesq; causas: & id interdicti postremò in Angliana fuisse receptum ecclesia D. Anselmo Archiepiscopo. Quam vero absurde vir eruditus dixerit producentis tacite sui dicti testes D. Hieronym. & Augustin. praeter Concilij Niceni decretum superius allegatum, palam est ex Bellarmini, Gregorij Valentini & aliorum clericalis continentiae propugnatorum scriptis. D. Hieronym. & August. mens patet, & illius quidem ex sua confessione edita Paris.*

apud Niuellium: huius verò ex eiusdem quoque confess. p. 467. 468. & 469. vbi dicitur Apostolos caelibatum docuisse, & antiquos seruasse. Proseor igitur, quondam plerosq; coniugatos in Episcopum vnctos, sed post vnctionem ab vxoribus abstinuisse. Sic in Gallia n. Stra D. Germanus Alt. siodorensis inauguratus vxorem mutauit in sororem, teste Constantio presbytero contemp. poraneo lib. 1. vita eiusdem, cap. 7. D. quoque Hilarius Pictauiensis: de quo etsi fortunatus non prodiderit: eximia tamen viri sanctitas, Canonum Ecclesiasticorum tenax custodia & praecleara ad filiam Abram de seruanda Virginitate epistola, locupletissime testatur. D. Genebalus Lauduni clauati primus Pontifex, & Vrbiensis ex senatore Claramonis Aluernia Episcopus: sic se gessere atquam diu. Sed cum ad vxores redissent, acerbam incestus senserunt poenam. Ille enim septem annis ergastulo inclusus poenituit, teste Hincmaro in vita S. Remigij: Hic verò lachrymis se expiauit, auctore Gregor. Turon. lib. 1. hist. Franc. c. 44.

EPISTOLA LXIII.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE
Cantuariensis suis charissimis Burgundio &
vxori eius Richerae salutem & benedictionem Dei.

Ut futura vita sint memores.

Qualiter me habeam, nuncius vester melius poterit vobis verbis ostendere, quam ego scribere. Nil autem tantum me delectat mandare vobis, quantum ut curam habeatis de vobis. Exoneravit vos Deus, abstulit vobis omnem occasionem amandi hoc saeculum, & dedit vobis omnem opportunitatem amandi salutem vestram. Ponite quotidie ante oculos vestros finem vestrum. Cogitate intentissime cuius erunt, & quid vobis proderit quae post vos remanebunt. Cogitate quo ibitis, quid vobiscum portabitis, quid quod ibi praemissum sit a vobis, inuenietis. Certè non portabitis vobiscum, nec inuenietis ibi aliud quam merita vestra, siue bona siue mala. Videte quae merita praemisistis. Si plura bona quam mala, gaudere potestis. Si plura mala quam bona, non puto, multum debetis timere, praesertim cum multum necesse sit homini volenti saluari, habere plura bona merita quam mala. Haec cogitate, haec inter vos die ac nocte in secreto & in publico tractate, haec sint colloquia vestra inuicem: Domine mi, amica mea, quid facimus? quid tardamus? prope est vltima dies nostra. Quomodo expendimus vitam nostram? quomodo satisfacimus Deo, pro peccatis nostris? Praeparemus nos quasi videamus in proximo diem vocationis nostrae: & ita aptemus, ut securi eamus ad iudicium, quia recepturi sumus sine dubio prout gerimus in hac vita siue bonum siue malum. Deus nos iunxit in hac vita: faciamus, ut nos simul iungat in aeterna vita; & videamus, ibi prolem nostram quae sibi Deus iam assumpsit. Haec sint vestra studia, haec sollicitudo, haec suspiria vestra. Quod mando vobis per nuncium istum, ne veniatis ad me, nisi a me mandatis per sigillum meum: vobis dico domine & frater charissime Burgundi, suscipite bono animo, si me amatis. Omnipotens Deus regat corda vestra, & dirigat ad gaudia aeterna. Amen.



a Aduerte
eximia tunc
viri mode-
stiam.
b Nempe cum
Romam se-
Anselmus es-
ferret anno
1097. quò et-
iam se retu-
lit: solutus co-
tilis Barenfi
& Romano:
& quid ad
Willelmi Rus-
si Anglorum
regis obitu.
c Apulia est
regio Italiae
Adriatico
mari conter-
mina inter
Danniam &
Calabriam:
vulgo La-
pudia.

EPISTOLA LXIV.

DESIDERATISSIMO PATRI SVO
Anselmo venerabili Cantuariensium Ar-
chiepiscopo, Hugo Lugdunensis Ec-
clesiæ feruus salutem.

De incolumitate sui reditus.

Sanctitati vestræ notum esse volumus, meritis
& intercessionibus vestris id obtinentibus nos
Hierosolymis incolumes rediisse. Quod vobis
idcirco notificare dignum duximus, quoniam id
vobis non ingratum fore duximus. Audiuius
autem à rege Anglorum vos nimium inquietari,
& multa contra Deum, eiusque Ecclesiam ab eo
inconsulte agi, vnde diuinam nos oportet implo-
re clementiam: vt inimicos vestros sanctæ Dei
Ecclesiæ perturbatores conuertat, & vestræ san-
ctæ obedientiæ subiiciat. Quod si peccatis nostris
exigentibus id ad presens fieri non poterit, & per-
secutione ingruente vos credere, aut etiam locum
mutare necesse fuerit sanctitatem vestrâ summis-
sis precibus exoramus, vt ad (a) puerum vestrum
declinare non dedignemini, & ad domum ve-
stram, quæ (b) vestra fuit, & quæ modo vestra est,
& de die in diem semper melius vestra erit. Quod
non solum nos, sed & commissa nobis ecclesia
humiliter implorat, quæ sanctissimis orationibus
vestris nobiscum deuotissimè se commendat &
ad obsequium vestrum promptissima facièm ve-
stram videre desiderat. Presentium gerulum
hæredum nomine vobis commendamus. Qui
ab (c) Apulia vsq; ad Lugdunum nobiscum veni-
ens, fideliter nobis seruiuit.

EPISTOLA LXV.

SVO REVERENDO ET CHARIS-
simo Domino Guiberto Comiti & Marchioni
Anselmus feruus ecclesiæ Cantua-
riensis fidele seruitium cum
orationibus.

Gaudet de accep'tis literis Marchionis simulq; bene-
ficia ab illo in se collata perstringit.

Literas à dignatione vestra mihi directas ma-
gno gaudio suscepi, quoniam honore & a-
more & opulentiâ bonæ voluntatis plenas inue-
ni. Quantus enim mihi est honor, cum vestra
cellitudo, cuius se homines gaudent esse paren-
tes mei, dignatur dicere, me sibi & consanguini-
tate copulari: quantus verò amor intelligitur,
cum de tam longe mihi studet scribere se de bo-
nis, quæ de me audit, valde gratulari? Quantum
etiam voluntas eius bona in his quæ Dei sunt co-
ram Deo feruat aperte monstratur, cum de bo-
nis, quæ sola fama de longinquo regno audit, ad
magnum gaudium & lætitiâ excitatur. Vtique
licet ea quæ de me, vel de actibus meis bona re-
feruntur, debeant, quantum in me est, nulla aut
fere nulla iudicari, vestra tamen benevolentiam
non minori quam si verâ essent apud iustum iu-
dicem gratia meretur remunerari. Tantam vi-
que gratiam vestram nescio me aliquo seruitio
meruisse, nisi quia vt verum fatear vestram pro-
speritatem vestrosque successus scio me semper,
etiam antequam vos vidissem non ficto corde
dilexisse. Memor enim me naturaliter à progeni-
toribus vobis vt Domino debitorem esse, nun-

quam passus sum cordi meo vestrū amorem de-
esse. Nec sum oblitus, quia cum Romam tenderē,
benigna vestra largitas Lugduni prompta fuit
me conducere, atq; necessaria qualibet impen-
dere. Qui amor multum creuit cognita per mul-
tos vestra vita & probitate, quia ad seruandam pa-
cem ac iustitiam cum pietate vrimini vestri prin-
cipatus potestate. Quem etiam valde maiorē hā-
bere me deinceps debere intelligo, quia hoc ve-
stra mereri dignatur erga me dilectio. Quamuis
non egeat vestra bona intētio nostra admonitio-
ne; ad me tamē pertinet, vt epistola mea ad vos nō
sit sine aliqua exhortatione. Sicut enim ignē ven-
to agitatū videmus exardescere: Ita bona vo-
luntas per exhortationem ad meliora se solet ac-
cendere. Videtis, mi charissime Domine, quali-
ter mater nostra Ecclesiā Dei, quam Deus (a) pul-
chram, amicam & dilectam sponsam suam vocat,
à malis principibus conculcatur: quomodo ab
his quibus vt aduocatis ad tuitionem à Deo com-
mendata est, ad eorum æternam damnationem
tribulatur. Quia præsumptione in proprios vsus
ipsi vsurpauerunt res eius, qua crudelitate in ser-
uitutem redigunt libertatem eius, qua impietate
contemnunt & dissipant legem & religionem ei-
us. Qui cum dedignantur (B) Apostolici decre-
tis, (quæ ad robur Christianæ religionis facit) esse
obedientes: Petro vtiq; Apostolo, cuius vice
fungitur, imò Christo, qui Petro commendauit
suam Ecclesiam, se probant esse inobedientes.
Querant igitur, qui vicarii Petri, & in eo Petri &
Christi, Christiana contemnunt, alias regni cœ-
lorum portas, quia certè per illas non introibunt,
quorum clauis Petrus Apostolus portat. Omnes
namque qui nolunt subiecti esse legi Dei, absque
dubio deputantur inimici Dei. Ergo mi Domi-
ne, ne putetis ecclesiam, quæ in vestro Principatu
est, vobis esse datam in hereditariam dominatio-
nem, sed in hereditariam reuerentiâ, & in tuitio-
nem. Eam vt matrem vestram amate, vt sponsam
& amicam Dei honorate. Quin illâ conculcant,
extra illam cum demōnibus conculcabūtur, & qui
illam glorificant, in illa & cum illa inter angelos
glorificabuntur. Reuerendam Dominam meam
vixorem vestram cum prole vestra saluto, quibus
vobiscum nostras & ecclesiæ nostræ orationes in
charitate concedo. Omnipotens Deus sic vos in
hac vita dirigat & protegat, vt in futuro ad æter-
nam beatitudinem prouehat.

ANNOTATIO IN
EPISLOTAM LXV.

Apostolici (B) decretis. *id est, Papa: hoc enim
vocabu o reperio plerog scriptores nuncupare Pa-
pam Romanam: Imo & Nicolaum II. Papam, dist. 79.
can. Apostol. & can. si quis vbi lepida paronomia a dicit nō
esse habendum p. stolicum, sed apostaticum, qui Aposto-
licam sedem non conscenderit vnamini Cardinalium cle-
ricorumq; suffrag o. Ad quem locum videntur resp. xisse
Abbas Vrspurgensis ad annum 1106. & Bibl othecharius
Malmesbur. lib. 4. de regib. Angl. loquens de Anselmo:
Vir Deo dilectus Urbanū Apostolicum, alterum
Apostatam (scil. Guibertum Antipapam) pronun-
ciauit. Et semel tantum hac vtitur dictione, nam lib. 2.
t. 12. ita scribit: Sanē iste Leo (videlicet IX.) de quo
Epitaphiū loquitur, fuerat Romæ Apostolicus,
&c. Præcedenti quoq; lib. 3. de Leone V. scribens: Et lib. 1.
de gestis Pont. f. Ang. in vita Anselmi, creberrimè & alibi
passim. Henricus Huntidon. lib. 4. eandem vsurpat vocem,
numerans*

*a Adverte
eximia tantū
viri mode-
stiam.
b Nempe cū
Romam se
Anselmus cō-
ferret anno
1007. quō et-
iam se retu-
lit soluis cō-
tilis Barense
& Romano:
& quidē ad
Willelmū Ro-
si Anglorum
regis obitū.
c Apulia est
regio Italia
Adriatico
mari conter-
mina inter
Dantiā &
Calabriam:
vulgo La-
pudia.*

a Cant. 2.

*id est, Papa:
vide adno-
tamenta.*

*Stephanus
Tornacensis
Episc. scribēs
Manasse Ais-
relie Pōtifici
gratis qd-
dam, sed eo-
dem pene sen-
su ait his ver-
bis: Mandat-
is Aposto-
licis nolle
acquiescere
peccatū est
arioladi, &
scelus idolo-
latræ nollē
obedire. Sic
ante 400. an-
nos p. 56. MS.
N. Fabri P. 2.
17.*

numeros Romanos Papas qui sederunt regnate Adelardo Westaxonum rege. Apostolici autem, inquit, eius tempore fuerunt Sergius Papa, Ioannes, &c. nosser Anselmus versus utitur epist. 24. huius libri, necnon 87. & 92. infra. Theodorus Studita scribens ad Paschalem Primum, inquit, Paschali Papa Roma in omnibus summa virtute prae dicitur, lumini magno, principi sacerdotum primo, Domino nostro Apostolico Papa Paschali, &c. apud Baron. tom. 9 anno 817. His accedunt epistolae Gabrielis Patriarchae Alexandrini, & Ioannis Cony Corepiscopi Alexandrini missae anno 1595. ad S. D. N. Clementem VIII. apud eundem Baron. in appendice ad tom. 6. In quibus epistolis, Clemens Octavius vocatur Tertiusdecimus Apostolorum mundorum. Ob quem locum venit in mentem locutionis maioribus nostris consueta: qua Papam vernacule Apostolum vocabant. Quod animaduerti primo in antiqua precum capitularium apud nos fieri solitarum forma his omnino verbis & literis: Priore por nostre seignor lapotoire: por tote la cort de Rome, &c. In codice Vic. MS. qui habet vitas sanctorum patrio descriptas sermone, in vita S. Syluestri, vne bonne fame pris apostoile. Rursus: In festo Cathedrae S. Petri explici la chaire seint Pere lapostre comment fu Euesques d' Antioche & puis Apostoles de Rome. Helinandus monachus Frigidimontis ita Papam appellat, 10. apostrophe sui poematis de morte scripti ante 400. annos, de Cardonal ou d'Apostoile. Sic etiam Tillarduinus in historia & Chron. Francie in 3 volum. Carolo VIII. Francorum regi dicata. Hinc traxerunt originem pleraque ab a voces, nempe sedes, Cathedra, litera, decreta Apostolica i.e. Papalia: non aliam profecto ob causam, quam quod, etsi omnes episcopi fuerint successores Apostolorum, ut scribit D. Hieronymus ad Eua. tom. 2. At tamen in Romana Ecclesia semper Apostolica cathedra viguit principatus. D. August. epist. 162. Vel, ut placet Ruperto Tuitiensi lib. 1. de diuin. offic. cap. 27. quod ceterorum Apostolorum successores, Patriarcha: Petri autem successor pro reuerentia principis Apostolorum, Apostolicus nominatur.

EPISTOLA LXVI.

ANSELMUS GRATIA DEI ARCHIEPISCOPUS Cantuarie fratri & amico dilecto Burgundio, & uxori eius sorori suae Richerae salutem & benedictionem Dei & suam quantum potest.

Hierosolymam profecturo, quid sit acturus, consulit.

MANDASTIS mihi Domine & amice charissime Burgundi, vos velle ire Hierosolymam pro seruitio Dei & salute animae vestrae, & hoc vos velle facere concessione mea & filii vestri mei nepotis (a) Anselmi. Gaudeo de vestra bona voluntate, & consulo & precor, ut si hanc viam faciatis ut nec vobiscum peccata, quae fecistis, portetis, nec domi peccatum relinquatis, & ut deinceps voluntatem bene viuendi, sicut verus Christianus vestri ordinis habeatis. Facite (b) confessionem omnium peccatorum vestrorum nominatim ab infantia vestra, quantum recordari potestis. Videte ne peccatum habeatis

a Hic Anselmus post suam S. R. E. Legatum in Angliam attulit pallium Radulpho Cantuariensi Archiepiscopo, testibus Wilhelmo Malmesb. lib. 1. de gestis Anglo. Pontif. & Roger. Hoved. in Annal. ad annos 1115. & 1116. scripsit insuper ad Abbatem Buriensem librum de dictis S. Anselm.

b Peccatorum etiam a pueritia commissorum confessionem generalem suadet Anselmus. Tum igitur erat usitata: quam alias vir religiosissimus non consuevit.

super vxore vestra, cuius bonitatem vos melius cognoscetis quam ego: sed ita remaneat, ut non sit sine auxilio & consilio, quidquid DEVS de vobis faciat, nec expellatur a domo & honore vestro contra voluntatem suam quamdiu ipsa viuet, ut possit DEO seruire pro salute corporis & animae vestrae, & pro anima sua & filiorum vestrorum. Disponite totam rem vestram sicut faceretis, si in praesenti vos moriturum & Deo redditurum rationem de tota vita vestra sciretis. Nostram licentiam quaeritis DEI licentiam & consilium, & auxilium, & protectionem, oro DEVM, ut in omnibus semper & vbique habeatis. Tibi dico soror mea charissima, conuerte totam intentionem tuam, & totam vitam tuam ad feruendum DEO, & quod DEVS abstulit tibi omnem delectationem huius vitae, crede, quia ideo fecit, ut in illo solo delecteris, illum ama, illum desidera, illum cogita, illi ferui omnibus horis, in omnibus locis. Omnipotens Deus vos semper ambos benedicat.

EPISTOLA LXVII.

ANSELMUS ARCHIEPISCOPUS Cantuarie sorori suae charissimae Richerae, salutem & Dei in omnibus tribulationibus eius consolationem.

De suis arumnis nepotisq. agrotatione.

SCIO soror dilectissima, quia excepto vestro non est homo in mundo, cuius salutem & prosperitatem tantum nosse & audire desideretis, quantum meam & filii vestri Anselmi qui mecum est: ego enim sum vnicus frater vester & ille vnicus filius vester: De his quae erga nos sunt legati nostri plenius vos docere poterunt viua voce, quam ego per literas. Sciatis tamen, quia filius vester nepos meus charissimus, postquam a vobis discessit longam & grauem agritudinem passus tandem Deo miserante integram sanitatem recepit. De me vero dico, quia sanus corpore sum, sed in magnis tribulationibus versatur cor meum. Ita ut nec Angliam audeam propter timorem DEI fugere, nec in ea possum in vlla pace aut tranquillitate aut quiete viuere. Quotidie ita est cor meum suspensum, velut in proximo sim exiturus, sed quomocunque sit de me, de vobis gaudeo, quia nuncii vestri mihi retulerunt vestram salutem & prosperitatem. Quoniam autem & prosperitas & aduersitas huius vitae breues sunt & transitoriae, istas contemnamus, & aeternam aduersitatem fugere, & perpetuam prosperitatem mereri vere viuendo contendamus. Cum ergo soror charissima in hac vita non habeatis, in quo cor vestrum possit delectari conuertite illud totum ad Deum, ut in futura vita de illo possit latari.

Vale: Si vir vester redierit, & ad me venire voluerit, mando ut nullomodo veniat.

a Id monasterium est in diocesi Barenensi conditum ab eodem Ebrulfo (cuius nomen hodieque in Sylua Vnico agri Obitinensis obicit autem ille vir Dei anno Christi 596. aetatis 80. 4. Calen. Ian. ante monasterium a Northmannis dirutum restituarunt Northmanni) proceres aliquos nampe Wilhelmus Gertricus, Robertus Grensi lib. 7. h. 1. b Lepidum rem, fortassis tamen L. quibus mon.

EPISTOLA LXVIII.

DOMINO ET PATRI REVERENDO
 Archiepiscopo Rotomagensi Guillelmo An-
 selmus servus ecclesie Cantuariensis fidele
 seruitium cum oratio-
 nibus.

*Reuocandum esse Abbatem insipientiorem, & rapa-
 ciorem.*

Clamauimus & iterum clamauimus, & ad-
 hue ad Deum & ad vos & ad totam eccle-
 siam Normanniæ maximè ad Episcopos & Ab-
 bates, & omnes religiosas personas de Abbate
 cenobii (a) sancti Ebrulfi, qui quendam suum
 insipientissimum iuuenem professione mona-
 chum in vita: ita sicut iam vobis scripsimus in-
 ordinatè & irreligiôsè in Ecclesia sancti N. pro
 Abbate ingressit. Videte ne nobis necesse sit, vt
 familiariter reuerendo meo patri loquar, clama-
 re ad Deum de vobis, ad quem pertinet hoc cor-
 rigere, si contemnitis. Dicit, vt mihi relatum
 est, idem Abbas, illum non esse suum mona-
 chum, sed de sancto Seuero. Sed secundum
 quod ipse in Anglia confessus est, sicut ab audi-
 ente didici, professus est ecclesie suæ, & ideo non
 verum, quod negat eum suum esse monachum.
 Denique ipse, quomodocunque sit de professione,
 ipse inquam ecclesiam impediuit. Ipsum cogi-
 te, quantum ad vos pertinet, & quantum po-
 teitis, vt eam expediat. Nimis carè vendidit vo-
 bis (b) Lupulum suum Ecclesiam rebus suis & ho-
 mines ecclesie sua violentia illis nolentibus, sine
 quorum consensu fieri non debuit, spoliavit, &
 talem monachum, qualem saepe vobis ostendi in
 eadem ecclesia immisit, & ad iniuriam Dei, &
 contumeliam monachici ordinis ibi dimisit.
 Obsecro facite, vt reddat ecclesie quos abstulit,
 & recipiat quos intulit. Vale.

*a Id mona-
 sterium est in
 diocesi Ba-
 iocensi con-
 ditum ab eo-
 dem Ebrulfo
 (cuius nome-
 nus seruat
 hodieque) in
 in Sylua V.
 tico agri O-
 tinnensis: ob-
 it autem il-
 le vir Dei an-
 no Christi
 596. atatis
 80. 4. Calen-
 las eius mo-
 nasterium à
 Northman-
 nis dirutum
 restaurauit.
 Neustria,
 (postea à
 Northman-
 nis paganis
 dicta North-
 mania) pro-
 cures aliquot
 nempe Wil-
 helmus Ge-
 roianus, Ro-
 bertus Grenesmaius, & Hugo eiusdem frater, anno 1050. Gemmetice-
 sis lib. 7. hystor. ducum Northmannorum, cap. 23.*

*b Episcopus hunc Abbatem vocat Lupulum, quasi lupi nomine indignio-
 rem, foras ob defectum prudentia, quam iuuenilis fortis suffocabat: ce-
 rat tamen Lupulus, & (vt ita dicam) lupescit rapinis, furtis, sacrilegiis,
 quibus monasterium sibi commendatum comedit.*

EPISTOLA LXIX.

REVERENDO DOMINO ET PA-
 tri Paschali summo Pontifici, Anselmus servus
 ecclesie Cantuariensis debitam subiectionem & fideles ora-
 tiones.

*Abbatem S. Quintini in suburbano Bellouaci pronun-
 ciat dignum Episcopatu Bellouacensi.*

Ecclisia Beccensis vestro consilio directæ, &
 auctoritate roborata, (a) Dominum Galo-
 nem Abbatem Ecclesie sancti Quintini elegit, &
 electum desiderat sibi constitui Episcopum. Est
 enim, in quantum humana potest iudicare cog-
 nitio, sic aptus & utilis ad hoc in omnibus,
 quæ in eligendo Episcopo consideranda sunt, vt
 melior & aptior in eadem ecclesia inueniri ne-
 queat. Sed quoniam desideranti nihil sufficit,
 donec quod desiderat assequatur, non est con-
 D. Anselm. Tom. 4.

tenta eadem ecclesia suis precibus, sed & aliorum
 quos summè desiderium apud vestram celsitudi-
 nem adiuuare posse existimat, auxilium studiosè
 postulat. (b) Est enim experta, in præteritis tem-
 poribus & in simili negotio multos esse, quorum
 consuetudo est (c) malum dicere bonum, & bo-
 num malum: & querere (d) plus quæ sua sunt,
 quam quæ IESU CHRISTI: & (e) qui acuum
 linguas suas sicut serpentes, quos timet ne simu-
 lata columbina simplicitate suo veneno bonum
 inceptum inficere & annihilare contendunt.
 Quamuis igitur longè nunc sim ab illa, tam pro-
 pter familiaritatem, quam inuicem habemus, &
 propter notitiam, instat mihi, quatenus, quid de
 eiusdem viri testimonio sentiam, sanctitati ve-
 stræ fideliter suggeram, & quantum in me est, apud
 eam, vt quod desiderant nulla occasione an-
 nihiletur, precibus quibus possum efficiam. De
 persona itaque quam eligunt, secundum con-
 scientiam meam loquor, quia in prædicta eccle-
 sia ad episcopatum, nec meliorem, nec æqualem
 inueniri posse intelligo, nec aliquid de illo, aut
 fama, aut experimento, quod eius obitet electi-
 oni, aliquando sensi, sed multa quæ eius electio-
 nem approbant, experimento & fama cognoui.
 Quapropter licet de vestra auctoritate, quod ex
 vobis est, non dubitemus: tamen, quibus possum
 mente ad vestigia vestra prostrati precibus
 flagitare præsumimus, quatenus eidem ecclesie
 post multas, quas nostis tribulationes, quas passa
 est, misericordia vestra subueniat, & quod bene
 inceptum est, sine dilatione perficiat. Omnipotes
 Deus diu nobis vestram paternitatem in pro-
 speritate conferuet. Amen.

*b vide Iuon.
 Carnot. epist.
 30. 44.
 c Isai. 5.
 d Philip. 2.
 e Psalm. 139.*

ANNOTATIO IN EPISTO-
 LA LXIX.

Dominum (a) Gualonem.] Sic apud Iuonem
 Car. or. pist. 42. 220. & 45. ep. st. tamen 49. 50.
 169. 171. legitur Galonem: & in epistola Paschalis Pape,
 missa Adriano cenobii Dionysiani ad Laurentiam Parisio-
 rum præfecto, quæ extat in MS. Victoriano. R. r. sus eius-
 dem Iuonis epist. 1. 0. & 193. scribitur Gallo-em: sed
 269. apud continuatorem Aimoni lib. 5. cap. 50. An-
 dream lib. 3. hystor. Francorum. Ed. nerum lib. 2. vite no-
 stri Anselmi, scriptum est, Vualon, non Gualo aut Gallo:
 ad id suere inconstantes librarij in eodem nomine, de qua
 varietate lectorem monere placuit, ne inter legendaum
 remoratur, aut in biuio relinqueret. Sed horum no-
 minum, posterius reor esse germanicus: quia idiomati Pi-
 cardico vicinius.

*Quod enim Celta Galli pronunciant per G. Belge at-
 que ad id Picardi per duplex V. Bellouaci quoque etiam
 num perdurat familia eiusdem nominis, les Vualons.
 Vualoni autem Bellouacis patria fuit: vbi, cum puer o-
 peram dedisset Iuonitum Ecclesia Quintiniana præposi-
 to Canonorum regularium militiæ, eodem duce, no-
 men dedit.*

*Postmodum I. 0. Carnotum pontifex factus est: Vua-
 lone in eius locum surrogato. Mortuo demique Fulcone
 Bellouacensi ant. sicut ab optimis clericis delectus fuerat ad
 Episcopatum: Naquioris verd corrupti muneribus Ste-
 phani Garlandi, hominis perditissimi, refragabantur ele-
 ctioni. Quamquam electo, nihil haberent aduersarij,
 quod obiuerent, aut in electione iniquum, quod reprehenderent.
 Tandem post varias altercationes inter electum*

L & im-

et improbos clericos habitas, integro biennio, per plures ob causas, qua in Episcopis Parisiensibus proptio Deo sumus enarraturi, Fulconi Parisiorum Antistiti suffectus est. Cum autem Parisiensem ageret Episcopum, Paschalis literas à me nuperrius commemoratas dedit ad Abbatem Sancti Dionysii his verbis: Paschalis Episcopus, seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Abbati, & monachis Sancti Dionysii salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex confratris nostri Galonis Parisiensis episcopi relatione comperimus, quia vos praeter ipsius licentiam pro sacri olei & charismatis acceptione, ac pro monachorum seu clericorum vestrorum ordinationibus quoslibet episcopos adeatis: vel pro eorundem sacramentorum celebratione ad vestrum monasterium conuocetis, & quod laicis penitentias criminum iniungatis. Quae profecto factis Canonibus valde sunt contraria. Et quidem priuilegia pro prauis & malis collata sunt, & ad aedificationem, non ad Canonum destructionem, alicui conferuntur. Cum itaque praedictus frater Galo Episcopus vester, Dei gratia bonus & Catholicus habeatur, & praedicta sacramenta gratis ac sine prauitate indulgeat: at vos praeter ipsius licentiam pro eisdem sacramentis suscipiendis alios adire Antistites prohibemus: & Archiepiscopis vel Episcopis omnibus, ne ea vobis exhibeant, interdicimus. Hae Paschalis, quae quia nusquam emissa contigit videre, & ad Galonis praedicti nem faciebant; hic addenda existimauit. Obiit autem Galo anno centesimo decimo quarto supra millesimum, VII. Calend. Mart. hunc diem legi in Necrologio Ecclesiae Quintiniana: (cuius canobiarcbiam gesserat) in hac sententiam:

Obiit sanctae recordationis Dominus Galo secundus Abbas huius Ecclesiae, postea Parisiensis Episcopus.

EPISTOLA LXX.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
matri reuerendae & filiae charissimae Atheltz
Abbatissae Wintoniensi salutem
& benedictionem.

Id Parthenonis condidit Alfredus rex Anglosaxonum anno 887. Regni 36. ut notauit Asserus Episcopus Syreburnensis, eique a sacris sacerdos: ex quo apparet monachis hinc electis fuisse locatas montales. Non esse tristandum de Wintoniensi Episcopo propter iniustitiam expulso.

Qualiter & cur Dominus Willelmus electus Episcopus de Anglia exeat, non est opus hic scribere, quia per multos alios hoc potestis cognoscere. Quanto autem gaudio, & cum quanta gratiarum actione, quia hunc honorem illi facit Deus suscipere debetis, religio & prudentia vestra intelliget, si intentè consideratis. (A) Maior enim gloria & laus est illi apud Deum & bonos homines, quia spoliatur & expellitur pro iustitia, quasi si omnibus diuitiis; & omni mundana possessione diraretur violata iustitia. Gaudeant igitur & exultent amici eius, quia nulla violentia nullo timore potuit superari, nec vlla cupiditate à veritate separari. Hae sit vestra de eius expulsiōne consolatio, & ad

hoc, vt DEVS illum corroboret & consolatur, vestra quotidiana sit oratio. Saluto & benedico filias vestras & meas quantum possum. Valete.

ANNOTATIO IN EPISTOLA
LXX.

Maior (A) est illi gloria, quia expellitur pro iustitia.]

Ne hac legens lector non intelligat, & negligat, monuerit anno 1103. magnum conflagrasse discordie incendium inter Anselmum & Henricum primum Anglorum regem. Hic enim pro libitu volebat conferre & inuasiare (vt illius temporis reficem vocabulum) annuere virgaque pastoralis, Episcopos & Abbates: Anselmus reluctabatur constanter, pronuncians, non tantum regem posse donare quampiam dignitatē Ecclesiastica, sed ne quidem esse consecrandum huiusmodi, aut cum illo conuersandum.

Sub hoc dissidium Henricus dedit episcopatum Wintoniensem Willemo Giffardio, multum dissentanti, refragantiq; sed & electores conuictis inessanti. Vnde malens obedire Deo, quam homini Henrico, tantum eius sibi contraxit iram, vt facultatibus spoliatus vniuersis, Anglia exierit nec rediit; quoad Anselmus, qui zelo libertatis Ecclesiastica ignem accenderat, extinxisset, ipso Henrico primum aquas iniiciente.

Quamobrem Wintoniensem Antistitem de pastore expulso marem solatur Anselmus, commonentem maxime latandum, cum quis iustitia nomine agitur.

EPISTOLA LXXI.

Oratorij villaque suburbana, monachis Cantuariensibus ab Anselmo reddita diploma: quod inter epistolae repertum, epistola numerum obtinuit, vt apud Iuonem Carnotensem epist. 214.

Ego Anselmus sanctae Dorobernensis ecclesiae Archiepiscopus reddo monachis eiusdem Ecclesiae medietatem altaris Christi, quam in manu mea habebam, post mortem praedecessoris mei Lanfranci Archiepiscopi, qui eis aliam medietatem cognita veritate, quod ad illos pertineret, in vita sua reddiderat. Similiter manerium, quod Siftede vocatur eisdem monachis reddo, quoniam ad res eorum pertinere & pertinuisse scitur. Testes Willelmus ecclesiae Christi Archidiaconus, Haimo Vicecomes, Hanno filius Vitalis, Robertus filius N. Wimundus homo Vicecomitis, Radulfus nepos Episcopi Guadulphi, & alii plures.

EPISTOLA LXXII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Cantuariae venerabili fratri (A) Samueli
Dublinae ciuitatis Episcopo
salutem.

Reprehensio Episcopi, donaria Ecclesia sua distrahentis, monachos expellentis: & sibi quilibet euntium crucem praeferrere iubentis.

Adiui quod libros & vestimenta & alia ornamenta ecclesiae quae Domin. Lanfrancus Archi-

Archiepiscopus dedit auunculo tuo Domino Donato Episcopo ad opus Ecclesie, cui tua fraternitas præsudet tu pro voluntate tua exponis, & ea extraneis das. Quod si verum est, miror cur ita facias, cum ipsa ornamenta non ei sed Ecclesie data sint, sicut fratres Cantuariensis Ecclesie filii attestantur: vnde moneo & monens rogo te, quatenus si aliquid de prædictis rebus extra ecclesiam datum est, celeriter illud restitui facias. Item audiui quod monachos qui in ipsa Ecclesia ad seruiendum congregati erant, expellas & dispergas, nec redire volentes vllatenus recipere velis. Quod si ita est, non te decet officii siquidem tui scitur esse, magis dispersa congregare, quam congregata dispergere. Quapropter mando tibi, vt si aliqui abiecti sunt, & redire volunt, seseque in Dei seruitio sub obedientia custodire, eos suscipias, & salutem eorum per paternum affectum studiosè intendas, nisi quod absit huiusmodi causa in illis obsistat, quæ hoc fieri omnino prohibeat. Præterea audiui, quia facis portari crucem ante te in via. Quod si verum est, mando tibi ne amplius hoc facias, quia non pertinet nisi ad Archiepiscopum à Romano Pontifice pallio confirmatum, neque decet te vt vlla præsumptione insolite rei te notabilem & reprehensibilem hominibus ostendas. Vale.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM LXXII.

Samueli (B) Dublinæ ciuitatis Episcopo.] Dublinæ, vel Dublinis (sic enim constanter & passim lego apud Syluestrum Giraldum in topographiæ Hyberniæ, eiusdemq; expugnatione) vulgò Dyuelin in Annal. Rogeri Honei. posteriori parte, est regni Hyberniæ caput. Giraldo Hyberniæ expugn. cap. 28. Hac vt Anselmi pontificis inscriptione liquet, Episcopatus titulum sustinebat tantummodo, Anselmo Archiepiscopo: qui, vt alias vir disciplina Christiana consultissimus, vnumquemque pro conditione salutem honorificè id minime prætermississet. Vnde castigandus venit Parkrus in antiquitat. Ecclesie Britannicæ referens, Anselmu inuixisse hunc Samuellem in archiepiscopum Dublinensem cum testibus Hone leno supra, & Girald. Syluest. cap. 17. topographiæ Hyberniæ. Ioannes Papyrio, alias Papiro, vel Papyrus ab Eug. n. 111. legatus in Hyberniã quatuor attulerit pallia, vnum Aramachianũ, alterum Dublinensium tertium Cassiliensium quartum Connactiensium ecclesiis. Posterior vero Giraldi articulus videtur repugnare notis ad epist. 149. infra vbi ostendimus Hyberniæ & Scotia Episcopos, ab Archiepiscopo Eboracensi duobusq; Episcopis, quos debet Cantuariensis Archiepiscopus mittere, esse in augurandos. Primum autem Dublinæ Archiepiscopo fuit nomen Gregorij, vt speciatim Giraldus obseruauit, subdens hanc horum accessionem contigisse anno 1152 aut, si lubet 1151. Illum enim annum ponit Honei. in Annal. Et horum quidem (qui eodem florere scilicet 1130. vsque ad 1200. & supra) scriptorumq; Anglorum fides, si quid ipsi auctoritatibus sibi compararit. Nescio vt fuerit conciliandus D. Bernardus, qui estsi D. Malachiam appellet modo Episcopum 315. 316. 317. epist. in eius vita notinet Archiepiscopum, & quidem factum sanctum anno 1148. biennio scilicet ante pallia in Hyberniam per apostolicum Legatum delata: nisi forsitan dicas quod Baleu. de Malachia loquentem scripsisse recolo, nempe, quod obtinendi pallij gratia Romanam accessisset. Verum penes auctorem sua fides esto.

D. Anselm. Tom. 4.

EPISTOLA LXXIII.

DOMINO ET REVERENDO PASCALI summo Pontifici, Anselmus seruus ecclesie Cantuariensis debitam subiectionem & fidele seruitium.

Obnixè deprecatur fieri certiore de ratione inuesturarum Ecclesiasticarum.

IN primis quantas mea potest humilitas celsitudini vestræ gratias agit, quia legatos nostros tam benigne & honorifice suscepistis & tractastis, vt in hoc me de pietate vestra vltra meritum posse confidere cognoscam. Chartam quam mihi à vestra Maiestate attulerunt ea qua debui reuerentiã suscepi, sed Rex Angliæ, nec eam videre, nec illam quam illi misistis, voluit mihi ostendere. Nam Archiepiscopus Eboracensis & alij Episcopi, cum quibus Legati nostri vestræ se exhibuere præsentia redeunt, aliud vltra vocem retulerunt, quam scripturam chartæ mihi præcipiebat. Asserunt enim publicè in ea veritate, quam seruare debent Episcopi, vos secretè verbis per eos mandasse Regi, quia si in aliis rectè ageret inuesturas ecclesiarum, nec prohiberetis, nec excommunicationi subiceretis, si eas faceret: sed hoc chartæ volebatis committere, ne fortè alij principes, quibus hoc ipsum interdicitur, occasionem conquerendi inde possent accipere. Mihi quoque ex vestra parte in eadem episcopali veritate dixerunt, vt illis de hac re crederem, & eorum consilio me committerem. Ad quod si nollem acquiescere, Rex etiam me contradicente ex vestra autoritate incunctanter, quod non prohibeatis secundum libitum suum, efficeret, & si in hoc quod charta vestra mihi iubebat persistere vellem, me absque dubio de regno suo expelleret. Tandem cum nec literis vestris vellem non credere, nec tandem episcoporum assertionem vestram præferentiã auctoritatem auerem contemnere, quoniam in vtraque parte gladius mihi vibrabatur inobedienciæ: eorundem Episcoporum consilio inducias petii, donec à vestra excellentia huius rei certitudinem acciperem, me tamen nullatenus assensum præbente, vt aliquid contra decretum Concilij Romani fiat, sed tantum tolerante, nec aliquem interim inobedienciæ nota damnante, si fiat. Sicutaque Rex vestra vt putat autoritate Episcopatus dat, atque Abbacias. Mente igitur ad vestra vestigia prouolutus, quanto possum affectu in magna angustia positus obsecro, vt Apostolicam erga animam meam experiar in vobis esse pietatem, & ad hoc impetrandum totius Romanæ religionis supplex inuoco charitatem. Non timeo exilium, non paupertatem, non tormenta, non mortem, quia ad hæc omnia Deo confortante paratum est cor meum, pro Apostolicæ sedis obedientia, & matris meæ Ecclesie Christi libertate. Certitudinem tantum quero, vt sciam absque omni ambiguitate, quid auctoritate vestra tenere debeam. Audiui in Romano Concilio à venerabilis memoriæ Domino Papa Urbano, excommunicari reges, & omnes laicos, inuesturas & res ecclesiarum dantes, & ab illis accipientes. Et qui propter hoc eorum homines fiunt, & eos qui accipiunt cōsecrant. Aut ergo

anno 1099.
Honei. in
annalibus.

L 2 si lan-

si sanctitati vestrae placet hanc excommunicationem in Anglia absoluite, ut in ea possim manere, sine animae meae periculo, aut eam vos servare velle quidquid mihi inde contingat, vestris literis significare, aut si quid discretioni vestrae placet excipere, eadem certitudine nominatim quid illud sit intimare. De illis quoque, qui intra praedictas inducias investituras prohibitas accipiunt, & qui eos consecrant, quid mihi faciendum sit, vestra instrui iussione desidero. In his quae per latrones praesentium extra hanc chartam paternitati vestrae suggero, ut preces nostras dignetur non spernere, suppliciter exoptulo.

EPISTOLA LXXIV.

PASCHALIS EPISCOPVS SERVVS
servorum Dei, Anselmo Cantuariensi venerabili fratri & Coepiscopo salutem,
& Apostolicam benedictionem.

Ad praecedentem responsio, in qua Episcopi impostores regij legati conuincuntur mendacij, & ca. u piorum submouentur: hanc autem epist. retulit Malmesb. lib. 5. de reg. Angl. In excusis autem hac 12. est.

Svauias dilectionis tuae suscepimus literas charitatis chalamo scriptas. Neque enim aliud chartae calamus indidit, quam quod de fonte charitatis intinxit. In his reuerentiam deuotionis tuae complectimur, & (a) perpendentes fidei tuae robur, & sollicitudinis instantiam exultamus, quia gratia Dei tibi praestante auxilium, te nec minae concutiunt, nec promissa sustollunt. Dolemus autem, quia cum fratres nostros Episcopos legatos Regis Anglorum benignè suscepimus, quae nec diximus eis, nec cogitauimus, redeuntibus ad propria retulerunt. Audiuimus enim eos dixisse, quia si Rex in aliis bene ageret, nos investituras ecclesiarum nec prohibere, nec factas excommunicare, & quod ideo nolebamus chartae committere, ne sub hac occasione & ceteri principes in nos inelamarent. (b) Vnde Iesum, qui renes & corda scrutatur in animam nostram, testem inducimus, si ex quo huius sanctae sedis curam coepimus gerere: hoc immane scelus vel descendit in mentem, & hoc à nobis Deus auertat, ut est, & non surripendo nos inficiat, & aliud habeamus ore promptum, aliud cordi reconditum, cum contra mendaces Propheta imprecatur, dicens: (c) Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa. Si verò nostro silentio pateremur ecclesiam felle amaritudinis & impietate radicis pollui, qua ratione possemus apud internum iudicem excusari? cum Dominus sub specie sacerdotum dicat Propheta: (d) Speculatorem te dedi domui Israel. Non bene custodit urbem qui in specula positus, dum non obsistit, eam hostibus diripiendam exponit. Si ergo (e) virgam pastoralitatis lignum, si annulum signaculum fidei tradit laicae manus, quid in ecclesia Pontifices agunt? Ecclesiae honor atteritur, soluit disciplinae vigor, & omnis religio Christiana conculcatur, si quod nouimus sacerdotibus solis deberi, laicae patiamur temeritate praesumi. (f) Non est laicorum ecclesiam tradere, nec filiorum matrem adulterio maculare. Iure igitur priuandus est patrimonio, qui matrem polluit adulterio. Nec mereatur Ecclesiasticae benedictionis consortium, qui eam impia infestatione insequitur. Laicorum enim est ecclesiam tueri, non tradere. (g) Ozias quidem, cum illiciti sibi sacerdotium vindicaret, lepra percussus est. (h) Filii quoque Aaron, quia alienum ignem imposuerunt, igni diuino consumpti sunt. Alienum est enim ab Ecclesia, & sacris canonibus est inhibendum, ne principes & saeculares viri investituras non solum non dare, sed ne electioni Episcoporum se audeant violenter inferere. In VII. quippe Synodo, ut nostis scriptum est: (i) Sancta & vniuersalis Synodus definiuit neminem laicorum Principum vel potentium semet inferere electioni vel promotioni Episcoporum. Si ergo filii Aaron, quia ignem alienum intulerunt, corporaliter puniti sunt, isti qui à laicis, à quibus alienum est, ecclesiam susceperunt, spirituali gladio feriuntur. Episcopos autem, qui veritatem in mendacio commutarunt, ipsa veritate in medium introducta à B. Petri gratia, & à nostra societate excludemus, donec Romanae Ecclesiae satisficiant, & reatus sui pondus agnoscant. Quicumque vero intra praedictas inducias investituras seu consecrationem acceperunt à consortio fratrum, & ordinatos & ordinatores alienos habemus, nec eis ad excusationem deceptio sufficit: quia & (k) Propheta ab alio Propheta deceptus, nec idco mortem euasit. Rogamus interea charitatem tuam nos sanctis tuis precibus commendari, ut quanto propius ad Deum passibus virtutum acceleras, nobis orationum tuarum manus extendas. Omnipotens Deus, qui te huius stadii inuitauit ad cursum, felici consummatione perducatur ad primum. Amen.

at perpendimus.

Ex hoc inramis tam coceptis verbis facta, & eius, qua legere est proximo, demiror Anton. De-mocharem in edit. Anselmi 1549. Paris. & Henric. Somaliu. Societat. Iesu, reliquisse veterem inscriptionem huius epistolae. Paschalis Papa ad D. Anselm. scilicet de eo, quod investituras ecclesiarum laicis indulserit, excusantis. Demiror inquam huncce titulum falsissimum à duobus viris oppido eruditissimis relictum: quandoquidem longe aliter, cum ex alio testimonio, cum ex hac tantum epistola, & altera, quam subiicit, c. Psalm. 11. d. Ezech. 2.

tate praesumi. (f) Non est laicorum ecclesiam tradere, nec filiorum matrem adulterio maculare. Iure igitur priuandus est patrimonio, qui matrem polluit adulterio. Nec mereatur Ecclesiasticae benedictionis consortium, qui eam impia infestatione insequitur. Laicorum enim est ecclesiam tueri, non tradere. (g) Ozias quidem, cum illiciti sibi sacerdotium vindicaret, lepra percussus est. (h) Filii quoque Aaron, quia alienum ignem imposuerunt, igni diuino consumpti sunt. Alienum est enim ab Ecclesia, & sacris canonibus est inhibendum, ne principes & saeculares viri investituras non solum non dare, sed ne electioni Episcoporum se audeant violenter inferere. In VII. quippe Synodo, ut nostis scriptum est: (i) Sancta & vniuersalis Synodus definiuit neminem laicorum Principum vel potentium semet inferere electioni vel promotioni Episcoporum. Si ergo filii Aaron, quia ignem alienum intulerunt, corporaliter puniti sunt, isti qui à laicis, à quibus alienum est, ecclesiam susceperunt, spirituali gladio feriuntur. Episcopos autem, qui veritatem in mendacio commutarunt, ipsa veritate in medium introducta à B. Petri gratia, & à nostra societate excludemus, donec Romanae Ecclesiae satisficiant, & reatus sui pondus agnoscant. Quicumque vero intra praedictas inducias investituras seu consecrationem acceperunt à consortio fratrum, & ordinatos & ordinatores alienos habemus, nec eis ad excusationem deceptio sufficit: quia & (k) Propheta ab alio Propheta deceptus, nec idco mortem euasit. Rogamus interea charitatem tuam nos sanctis tuis precibus commendari, ut quanto propius ad Deum passibus virtutum acceleras, nobis orationum tuarum manus extendas. Omnipotens Deus, qui te huius stadii inuitauit ad cursum, felici consummatione perducatur ad primum. Amen.

ANNOTATIO IN EPISTOLA LXXIV.

SI ergo [E] Virgam pastoralitatis signum, si annulum fidei, &c.] *Isidem penè vitur rationibus ad confirmandum Rothardum Pontificem Maguntinum, epistola ad eundem: quam, quia in nullis impressis voluminibus reperire potui, depromptam ex MS. nostrae Bibliothecae. & ad rem plurimum facientem, hic apponendam putavi: sic autem incipit: Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Rothardo Mogontino Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem. Sacerdoti ac regni graue iamdudum scandalum fuit: quia usurpantibus non sua regibus, Ecclesia, quod suae est libertatis, amisit. (a) Hanc profecto viam, hanc ianuam nequitiae suae Simon Magus inuenit. (b) Dum enim non nisi per praestigiosam investituram ecclesiasticos honores adipisci mens ambitiosa credidit: & se ipsam curialibus subdit obsequiis, & regium corporum amplioribus parat inclinare muneribus! Haec nimis avaritia, sicut in Regum libris legitur, antiquorum quoque temporum religionem euerit. Sed erga huiusmodi praesumptores reges, qualiter diuina saeuierit indignatio, in eisdem apicibus non filetur. Et verò magnum est filio flagitium, matrem addicere seruituti, ut inuita thalamos ineat, quos recusat. Super hoc negotio noua nos oportet sollicitudine concitari, cum noui regni opportunitatem diuina dispositio prouidit*

Non est laicorum ecclesiam tradere

g. 2. Paral. 17. h. Levit. 10.

Relata à Gratiano. can. Hadrone. ubi est alia in hac rem conuincit.

l. 2. Reg. 16.

huius Synodi memini. Abb. Vrspergens. sub fin. ann. 1099. & post eum Plana, Volacer. Anthropol. lib. 22.

Hic est Ioannes Papae & Martyris de quo Baro. plur. tom. 7. ad ann. 523. ubi & huiusmodi sua epistola loci huc aliter referunt. Barchar. l. c. 32. Iuo. Ca. not. 3. p. c. 37. c. Huc vsque Ioan. Papa locum.

a. A. 10. b. id. c. 10. intelligenda de praestigiosis quibus. c. 37. roni. Iussit. charissimus. honore. qui diuinos addidit. Baro. l. c. 1. ann. ad ann. 523. & seqq. r. Iussit. ad ann. 523. m. 14. ad 23.

EPISTOLA LXXV.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE

Cantuariensis dilecto amico suo Domino Connio salutem.

alias, Cuno.

Tres superbiae modos explicat, & subdiuidit. Sic enim var. è à variis partita est; à Gregor. l. b. 11. Moral. cap. 31. in 7. lethalia vitia: à Bernar. in superbia cordis, oris, operis, habitus, serm. 3. ex paruis: à Bonauent. in 3. octonarium psal. 118. trifariam: vide Guillelm. Per aldam summa vitiorum, lib. 2. tract. 6. part. 3. cap. 1.

EXigit charitas vestra, vt de tribus illis modis superbiae, de quibus vobis loquutus sum, duos, qui à memoria vobis exciderunt per epistolam nostram commemorem. Tres quidem illos esse dixi vnum in aestimatione, id est, quando aliquis existimat de se, quam debeat, contra quem dicitur: (a) *Noli tibi sapere, sed time.* Et quem negat in se fuisse, qui dixit: (b) *Domine non est exaltatum cor meum,* & quae sequuntur. Alius est in voluntate, quando aliquis altius se vult tractari aliquo modo quam debeat, contra quem dicitur: (c) *Quomodo potestis credere, qui gloriam quaeritis ab inuicem?* Et: (d) *Diem hominis non considerauit scus.* Alius est in opere, contra quem dicit Dominus: (e) *Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco.* Ille est, quando homo seipsum tractat altius, quam debeat. Contra singulos istos modos plura inueniuntur dicta in sacra Scriptura, si inquirantur. Contra omnes dicitur: (f) *Qui se exultat, humiliabitur.* Et: (g) *Superbis Deus resistit.* Et multa alia: De his tribus quando singula quaeque sola est: illa est leuior, quae in solo opere est, quia non fit nisi per ignorantiam, & tamen, quia vitium est, corrigendum est. De aliis duabus illa, quae est in sola voluntate damnabilior est, quia scienter peccat. Illa vero quae est in aestimatione, sola insanabilior est, quia non se ostendit, & iusta sibi videtur. Si ergo istae tres superbiae singulae considerentur, tres simplices possunt dici superbiae, si verò binè & binè intelligantur, tres duplices inueniuntur. Si verò tres coniungantur, erit vna triplex, & sic erunt septem, tres simplices, tres duplices, vna triplex. Contra istas superbias sunt membra humilitatis, id est, vt humiliter quis sentiat de se, & quantum ad tractatum & conuersationem aliorum humiliter velit de se, & ipse humiliter tractet se. Pro singulis modis superbiae dicitur homo superbus, sed pro singulis membris humilitatis, vel pro duobus, nisi omnia membra simul sint, non dicitur homo humilis, sicut vno membro languente dicitur homo aeger, sanus autem non dicitur, nisi sanus omnibus membris. Haec breuiter commemoravi charitati vestrae. Quae si prudentia vestra sapientius retractauerit, plenius ea intelliget, quam hic dicta sunt. Valete, & orate pro me, vt sicut Deus dedit mihi superbiam & humilitatem intelligere, sic mihi det illam cauere, & istam acquirere. Salutate Dominum & amicum nostrum reverendum Episcopum Attrebatensem ex parte nostra.

a Rom. 11.
b Psal. 130.

c Ioan. 5.
d Hierem. 27.

e Luc. 14.

f Contra universos superbia morbos pantheostum S. Scripturae.
g Ibidem.
h Iacob. 4.

prouidit. Nos enim regibus, quae sui iuris sunt, integra seruare optamus: nec in aliquo minui-
mus, dummodo ipsi sponse sui Domini libertatem integram patiantur; quam sui meruit sanguine redemptoris. Sic agentes nostrum auxilium, nostrum consilium, concordiam nostram, nostram dulcedinem obtinebunt. Alioquin tantam Dominae ac matris nostrae indignitatem pati non possumus. Quid enim ad militem baculus Episcopalis? Quid annulus sacerdotalis? habeant in Ecclesia primatum suum, vt sint Ecclesiae defensores, & Ecclesiae subsidiis perfruantur. Habeant reges, quod regum est. Quod sacerdotum est, habeant sacerdotes: sic pacem inuicem teneant, & se inuicem in vno Christi corpore venerentur. De ordinationibus Clericorum, qui in nostri temporis schismate ordinati sunt: non aliud scribendum duximus, (c) quam in Placentina Synodo, per sanctae memoriae Vrbanum praedecessorem nostrum deliberatum est. Porro Episcopis, qui sub excommunicationis in eodem schismate manus impositionem susceperunt, ad Concilii sententiam deferendos arbitramur. Tantum enim tantarum personarum malum generaliter deliberatione aut curandum est, aut detruncandum. De Concilii autem loco vel tempore, si vestris in partibus celebrandum sit, tua interest, communicato fratrum consilio, nobis citius indicare. Optamus enim, & vehementer opportunum est: vt, vel apud vos per Legatos nostros: vel in Italia per nos largiente Domino peragatur. In quo de sacerdotii ac regni scandalo propulsando, pace stabilienda, communi per Dei gratiam deliberatione tractemus. Sanè de schismaticorum ecclesiis, sanctae memoriae (d) Ioannis Papae verba mandamus: Ait enim Episcopis per Italiam constitutis: Ecclesias Arianorum, vbicunque inueneritis, Catholicas eas diuinis precibus & operibus absque vlla mora consecrate: in inferioribus, & id ipsum in Constantinopolitanis partibus se fecisse commemorat, dicens: Quascunque illis in partibus eorum ecclesias reperire potuimus, Catholicas eas, Domino opem ferente, (e) consecrauimus.

Omnipotens Dominus, quem pacem nostram & salutem esse credimus, per industriam vestram, pacem ac salutem Ecclesiae suae, miserationum suarum affluentia operetur. Datum Laterani. 3. Id. Nouembris. Haecenus Paschalis epistola, quam illustrabunt, quae habet Abbas Vrspersensis. anno 1105.

1106. & insequentibus. Sed nec ab illa abhorrent Agobardus Lugdun. contra sacrilegos, tit. 21. Capitul. Caroli Magni lib. 6. Jarland. Chrysopol. collectan. lib. 12. sua Canaeta.

chuius Synodi meminit Abb. Vrspersensis. sub fin. ann. 1099. & post eum Placentina. Volater. Anthropol. lib. 22.

hic est Ioannes Papa & Martyr, de quo Baro. plur. tom. 7. ad ann. 525. ubi & hunc sua epistola locum huc alatum referat. Barchar. l. 3. c. 32. Iuo Car not. 3. p. c. 37. c. Huc usque Ioan. Papa locuta.

D. Anselm. Tom. 4.

L 3 EPISTO

ANSELMVS GRATIA DEI ARCHIEPISCOPVS Cantuarie dilectissimis filiis & fratribus Domino Ernulfo Priori & aliis in Ecclesia Christi Cantuarie Deo seruentibus salutem & benedictionem Dei & suam quantum potest.

De itinere sui prosperitate, & vt Cantuarienses religiosi instituti sint tenaces.

Qualiter me habeam & quid agam, dilectioni vestra significo. Gratia Dei, postquam iter nostrum incepti vestris orationibus me prosequentibus ab omni aduersitate sum vsque in presentem diem protectus. Romam (A) tendens, ea intentione, qua de Anglia exiui, Carnotum vsque perueni, vbi a (a) Comitissa sorore nostri regis, & ab (b) Episcopo & a multis aliis cum gaudio & honore susceptus sum, sed de itinere meo tali tempore incepto valde mirati sunt: Dicebant enim propter nimietatem caloris, & quia isto tempore nullus peregrinus vadit, me nec Romam peruenturum, nec amplius rediturum, quia aut manus inimicorum ecclesie Dei non possum effugere, aut propter imbecillitatem corporis mei tali tempore necesse esset me mortem incurrere. Sic itaque vi consilii sui me ultra progredi ad presens non permisit, sed vt opportunum tempus & quando peregrini vadunt, expectarem coegerunt. Sciens enim scripturam diuinam dicere: Omnia fac cum consilio & post factum non penitebit: timui ne si tam rationabili & amico consilio non acquiescerem, penitentia sequeretur. Hac ratione quamuis predicta Comitissa me in terra sua retinere, & omnia necessaria libentissime vellet impendere, reuersus sum in Normanniam, & expecto vt congruo tempore, hoc quod incepti, si Deus annuerit, perficiam. Scitis filii charissimi desiderium meum de vobis; audistis saepe, quid tribulationes meas consoletur in vobis. Si corda vestra soli Deo student vacare, si proposito quod fortiter arripuitis, velut boni in Christi vinea operarii strenue infudatis, si mundum vobis crucifixum, & vos mundo, vita vestra testatur, si non vobis sed Deo, id est, non vestra sed Dei voluntati viuistis, si etiam in minimis Deum valde timetis, si distinctionem ordinis vestri amatis: quam qui odit, certissimo signo se vitiosum esse & dissolutionem diligere demonstrat: si pacem inter vos & obedientiam Domino Priori seruatis, hoc est, desiderium meum de vobis: haec consolatio & requies mea in vobis: haec cogitate, haec retractate & facite, si me laetificare: imo si Deum vobis vultis placare: haec vobis Spiritus sanctus persuadeat, & pro his gloriae suae visionem beatam exhibeat.

AMEN.

✠

Romam (A) tendens ea intentione.] *Quam quidem nouerant, ad quos scribebat: sed non omnes qui hunc locum viderint, nisi renexo stamine interruptum historia filum retraximus. Anselmus igitur accepta Paschalis epistola penultima, que impudens regiorum legatorum detexit mendacium, constantius descendit inuestituram ecclesiarum libertatem & potestatem. Rex autem regniq; procures videntes Dei virum tam excusso firmoq; animo, vt nec blanditiis molles eret, aut minis concuteretur: suaserunt, vt ipse Romam proficisceretur: confidentibus atque etiam credentibus totam rem eius opera felicissimum sortituram exitum. Paruit Anselmus communitoribus, nihil non moliturus pacis ergo: discessitq; Anglia, 5. Kal. Maias anno 1104. vt scribit Lilius in Chronico: cui libentius assentior quam Mattheo Parisio, Honedeno & Wigoriensi, id recensentibus anno 1103. Nam, vt alias diximus, Anselmus Lugduno reuocatus est in Angliam ab Henrico 1. anno 1100. Augusto mense: estque verosimiliter in Angliam delatum fuisse sub finem eiusdem mensis: Immo, si Honedenum sequamur, 7. Id. Septembr. Henricus Anselmum inuitauit in Angliam: quo mense aut die, mea non refert: cum inter omnes Anglos scriptores constat eo anno Nouembri mense Anselmum sacro iunxisse connubio Henricum regem & Matildam Macolini Scotorum regis filiam. Ast Edinerus peregrinantis Anselmi Achates indiuiduus, lib. 2. vita eius. & Walsinghamus in Topogm. re Neustrie obseruant has Henrici & Anselmi inimicitias, non nisi post dimidium & secundum eiusdem Anselmi reuersi annum, natus esse. Quod tempus deest in supputatione Parisii & Honedeni. Quamobrem certior est, immo nulla verior Chronographia Edineri: cui soli, qui Anselmum vidit, comitatus est euntem & redeuntem, ac permansit ad extremum vsque vite spiritum, fidem promptius accommodo, quam alteri tribuet.*

EPISTOLA LXXVII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Dominis fratribus charissimis, Domino Priori
Ernulfo & aliis seruis Dei in Christi ecclesia
Cantuariae commanentibus salutem
& benedictionem Dei, & suam
quantum potest.

Eiusdem est argumenti, cuius & precedens.

Gratia Dei, vestris & aliorum amicorum nostrorum orationibus fauere. Ex quo a conspectu vestro discessi, omnia erga me & socios prospere fuerunt vsque in presentem diem. Precor autem, vt sicut de vobis confido pro nobis orare non cessetis, quatenus sic nos & actus nostros diuina clementia protegat & disponat, vt de omnimoda prosperitate nostra nobis ad vos redeuntibus charitas vestra congaudere valeat. Quantum quidem ad nos pertinet, sicut dixi, omnia nobis prospere sunt, sed si vos in pace, & sicut spero, in studio bene viuendi & saluandi animas vestras viuistis, secundum desiderium meum, tunc multo magis & verius augetur gaudium meum. Precor itaque quanto affectu possum, vt semper ad meliora solliciti sitis proficere, & nullatenus ab his ad qua vos Dei gratia prouexit deficere. Adiuicem secundum DEVM dilectionis

*a scil. Adala
vel Adala,
vide epist. 75
lib. 1. & ad
nota.
b Is erat Iuo
ex Abbate S.
Quintini. Eel
louacensis,
vinctus in
Pontificem
Carnoto suu
obit anno
1116. Kal. Iu
nuar. ex Ni
erolog. eccles.
eiusdem S.
Quintini.
Eccles. 32.*



tionis & concordie dulcedinem seruate, ordinis vestri distinctionem sine simulatione amate, corda vestra ad societatem Angelorum, propter qua bene viuitis, sine intermissione leuate; in omni difficultate & aduersitate si contigerit, ne bonum studium vestrum aliquatenus perturbetur, consolationem Dei orando sperate. Vbiunque estis siue in conspectu hominum, siue tantum in conspectu Dei, a quo nunquam abestis in omnibus actionibus vestris, magnis vel paruis, etiam in cogitationibus eum Psalmista animas vestras in manibus vestris semper portate. Omnipotens Deus sic vos protegat in omnibus, & dirigat vt ad eternam beatitudinem per temporalem prosperitate perducatur: Amen. Nepotem meum Anselmum charitati vestrae sicut carnem meam commendo, & vt discere valeat, & vitam suam custodiat. Domino Roberto qui custodit domum nostram, precipio, vt totum vinum nostrum, quod Cantuarie dimisi, vobis tribuat; & secundum voluntatem Dn. Prioris in vestrum vsum expendat.

EPISTOLA LXXVIII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Reuerendo Episcopo Gondulfo
salutem.

*Regem non debere à monachis aut Ecclesia pecuniam
exigere.*

AVdiui quia Dn. vester Rex à Priore & monachis nostrae Ecclesiae petit pecuniam, qua ipsi non habent, nec habere possunt: quoniam sicut mihi mandatum est, creditoribus non modicam debent pecuniam; & propter indigentiam qua sibi necessaria sunt magnam patiuntur. Ad opus etiam Ecclesiae inceptum, dimidium quod constitueram habere nequeunt: & si haberent, nec Regem decet, ab illis aliquid exigere, qui nil nec seipfos habent sicut monachi, nec ad illos aliquid dare vel accommodare, quod eorum non est. Vnde vobis mando & precor, vt Regi precando suadeatis, quatenus omnia nostra in pace donec redeam quietam manere iubeat, sicut promisit: quia si Deus, secundum quod proposui, mihi prosperè redire concesserit, seruiam ei sicut debeo Domino & Regi meo. Quod si fecerit, gratias agam Deo & illi: si vero preces nostras non audierit, & aliquid vnde doleam facere voluerit, faciet sicut Dominus quod illi placebit, sed non mihi videbitur facere, quod decebit. Non enim ego & monachi diuisi sumus, sed omnia quae illorum stabilita sunt utilitati mea sunt, & me subiacet potestati, & si ipsi indigerent, quicquid haberem, eorum deberem expendere necessitati. Quare, cum omnis mundana aduersitas pro suo modo & ratione tangat animum meum: illa vti que illos contristat, profundius laedit cor meum, & vos scitis, quia tam inaudita & insueti rei assensum praebere non debeo, & quoniam non debeo, non audeo, vt monachis absque Praelato suo pecunia exigatur: & ideo non mihi nec alicui expedit, vt haec consuetudo in ecclesiam Dei aliquo assensu introducatur.

EPISTOLA LXXIX.

HENRICO DOMINO REVERENDO
Glorioso Regi Anglorum, Anselmus
Archiepiscopus Cantuarie fidele
seruitium cum orationibus.

Ex Beccensi Conobio scribens, hortatur Regem, vt caelesti Regi obediat.

GRatias ago Deo, a quo est omne bonum de vestra incolumitate & hilaritate, & quia vestros successus ad maiora & melior cum vestra & vestrorum fidelium letitia prouehit. Gratias etiam ago vestrae Celsitudini, quia haec mihi mandare dignata est, sicut fidei suo, de quo confidit, quia in omnibus suis prosperitatibus congaudet & illi, cuius dispositione fiunt, gratias agit. Verum enim est, quia hic quotidie orat & desiderat cor meum vt Deus vos & vestra sic regat & protegat in gloria temporalis regni super (a) Anglos, quatenus in eterna felicitate regnare faciat inter Angelos. Hoc vti que est, ad quod maxime vobis seruire cupio. Quapropter quia ad me pertinet, ad hoc enim positus sum, vt fidelis & Episcopus consulo, precor, & sicut scriptum est obsecro opportunè importunè, vt sicut Deus vestram auget prosperitatem, & exaltat potestatem, ita vos semper omnia eius ametis in omnibus operibus vestris seruare voluntatem. Quod sic vos Deus diu in hac vita in prosperitate facere concedat, vt post hanc vitam secum in aeternitate gaudere faciat. Erga me Dei gratia cuncta prosperè sunt, & ante Assumptionem sanctae Mariae de Becco proficiscar, vt secundum quod Deus annuet prosequar, propter quod de Anglia egressus sum. De nostris rebus quamuis hoc esse in vestra voluntate confidam, rogo tamen tamen vt eas in quiete manere iubeatis donec redeam.

a Eandem parvanomiam vti que lib. 1.

EPISTOLA LXXX.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Domino Priori Ernulfo & aliis fratribus,
Ecclesiae Christi Cantuariensis salutem & benedictionem Dei & suam quantum potest.

De Clericis (si idonei fuerint) in monachos recipiendis.

DE hoc, vnde mihi mandastis, respondeo: Si qui Clerici, qui Ecclesiae & sibi utiles esse possunt, se ad ordinem suscipi petunt, & vos ita perpenditis esse, laudo, vt eos suscipiatis: nec in hac re volo dubitetis de voluntate mea, quia scitis mihi displicere, tales ad vos non ita venire sicut vellem:

V A L E.



L 4 EPISTO-

EPISTOLA LXXXI.

SVÆ CHARISSIMÆ DOMINÆ MATHILDIS Reginę Anglorum Anselmus Archiepiscopus fidele seruitium, & supernę gratiæ continuam protectionem.

De sua incolumitate, & designato tempore itineris Romani.

Non ignoro, quod dignationis vestrę benignitati placet nosse, quid mihi sit, & quomodo me habeam. Gaudens igitur & gratias agens de tam bona vestra volūtate notifico vobis, quoniam, ex quo Angliam exiui, Dei misericordia, & quę ad me pertinent, in integra disposuit prosperitate, vsque nunc moratus sum Becci, expectans opportunum tempus iter agendi. Sed in proximo ante assumptionem Sanctę Marię inde proficiscar, intētionē, quod incepi, Deo annuente, peragendi. Didici, quia Deo regni, domini mei Regis & vestri dignitatem, placet exaltare, & ea, quę ad placitum eius & vestrum ac fidelium vestrorum non erant secundum vestram voluntatem ad honorem & utilitatem vestram reparare: vnde sicut fidelis, & sicut bona vestra in presentē & in futura vita desiderans, gaudeo, & superno Regi, a quo vobis hęc proueniunt, ago gratias vt debeo, & vt semper bona quę dedit intemerata custodiens, vos ad maiora & meliora, sub sua gratia prouehat, oro & desidero. Quoniam igitur officii mei est vos exhortari ad cęlestis regni desiderium, hortor, precor, consulo, quanto affectu possum, ne plus vos delectet, in terreni regni transitoria gloria exultare, quā ad cęlestis regni fęlicitatem aternam anhelare. Quod vtique veraciter & efficaciter facere poteritis, si ea, quę vestrę potestati subdita sunt, plus secundum Dei consilium, quā secundum consilium hominum disposueritis. *(a) Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum,* vt ait vera Scriptura. Et sapientia carnis inimica est Deo, quoniam legi Dei non est subiecta. Hęc consulite, hęc secretē & publicē intimate Domino nostro Regi, & sępē repetite, & quantum ad vos pertinet, studiosē retractate. Transit *(b)* enim (vt soletis dicere) gloria mundi. Et vtinam Deus vos ambos post transitoriam gloriam transire faciat ad aternam: AMEN.

2. Corin. 3.

b. Mathildis regina apoph. segna.

EPISTOLA LXXXII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS Dominis & Fratribus & filiis charissimis, Domino Priori Ernulfo, & aliis sub illo monachis Deo seruientibus salutem & benedictionem Dei & suam quantum potest.

Ne Cantuarienses monachi turbentur, si Rex eos conturbet.

DE salute & prosperitate nostra, & vbi sim, p presentem nuncium cognoscetis. Ad presentem autem in Angliam redire nequeo, donec sciam, quid Rex respondeat literis, quas illi mitto per Episcopum Rosensem. Quid autem in illis

contineatur, postquam Regi erunt ostensę, per eundem Episcopum cognoscetis. Quicquid autem Rex respondeat, vel quicquid de me sit, mementote, quia siue viuimus siue morimur Domini sumus. Sic igitur uiuite, vt & illi uiuatis, & cum moriemini ad illum transeatis: Non vos perturbent tribulationes huius uitę: quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Iactate cogitatum vestrum in Domino, & ipse vos enutriet, non dabit in aeternum fluctuationem iustis. Orate Deum benę uiuendo, non mentes vestras turbando, vt in sua semper vos consolatione faciat latari. Pueros & adolescentes vt filios dulcissimos hortor & moneo, quanto possum affectu, vt monitionis & doctrinę, qua eos de cordis & cogitationum custodia solebam instruere, non obliuiscantur: sed consilium nostrum sępē retractando, sicut eam studiosē magnificare & commendare illis solebam, per gratiam Dei custodire nitantur. Pax Dei, quę exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras. Gratias vobis ago pro charitate, quam impendistis nepoti nostro, & illi precipio, vt vobiscum maneat, & doctrinis ac literis studeat, donec ego sibi mandem, vt veniat.

EPISTOLA LXXXIII.

ANSELMVS VOCATVS ARCHIEPISCOPUS Ecclesię Cantuariensis, Eustachio patri Gaufridi monachi Beccensis salutem.

De eo, qui vxore sua ex mutuo consensu in Parthenonē reclusa, alteram sibi adiunxit et hori confortem.

Dominus Gaufridus filius vester sollicitus de salute animę vestrę, & timens damnationē vestram, rogat me, vt ostendam vobis, in quanto periculo maneatis. Dicit n. quia vxori vestrę matri eius licentiam, vt seculum relinquens, sanctimonialis fieret, dedistis, & castitatem Deo corporis vestri vouistis, sed postea aliam mulierem accepistis, vnde filium genuistis. Quod si ita est, scitote absque vlla dubitatione, quia si in hoc peccato de hac vita exit anima vestra, omnino perditā erit nec vlla spes eius salutis, siue ante iudicij siue post diem iudicij erit. Videat igitur vestra prudentia, quā graue malum sit, perdere vitam aternam & satietatem angelorum, & pati tormentum aternū in societate diabolorum. Videte etiam, quā periculosum sit, & quanta insipientia in tali differre correctionem, sine qua certam potestis expectare pditionem. Quamdiu n. in hoc peccato manetis, ira Dei manet super vos: & sicut peccatum, quanto diutius manet, tātō magis crescit, ita ira Dei indies magis super vos exardescit. Consulo igitur & precor, sicut Christianus Christianum, & sicut amicum, quatenus de tam graui peccato & tā magno periculo exire non differatis, ne forte de hac vita ad mortem & tormentum aeternum transeat anima vestra, qua hora non putatis. Consulo etiā vt filii vestri D. Gaufridi de hac re accipiatis consilium, si vnq̄ a Deo vultis habere salutis auxilium. Nam etsi non promisistis castitatem vestri corporis, quādo vxori vestrę licentiam dedistis, vt sanctimonialis fieret, nullo modo tamē sine eo peccato & periculo, q̄ supra dixi, violare eandem castitatem in vobis possētis, quamdiu vxor viueret.

EPISTE

EPISTOLA LXXXIII.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE
Cantuariensis Dominae & reuerendae matri
Abbatissae Cadomeli Mathildae, sem-
per diuinae gratiae regi
consilio.

*De hoc Cœnobio vide Notationem ad epist. 13. l. 1.
Præ ætatis & oneris grauitate se debilitatem persentientis
Abbatissa consultat Anselmum.*

Petit Sanctitas vestra per Dominum Robertum fratrem Eustachii nostrum consilium de Abbatia vestra, quam idcirco deferere si vobis liceret vel alii commendaretur, velletis; quoniam eam propter infirmitatem & ætatis imbecillitatem, sicut oportet, regere non valeris. Quod quia fieri non potest, nisi per Comitē & Archiepiscopum Rotomagensē, & Episcopum vestrum, & consensum Sanctimonialium vobis commissarum. Vnde vobis nullum impendere possum auxilium: sed quoniam petitis, quale possum mando consilium. Tentate si per eos, ad quos pertinet, desiderium vestrum, sicut vobis expedire videtur, potestis efficere; & si nequitis, laboribus, quæ membra vestra sunt, illis scilicet, in quibus maiorem prudentiam & religionis feruorem cognoscitis, earum rerum in quibus vires vestrae deficiunt, præcipiendo, rogando, exhortando curam iniungite. Nam si etiam contingeret, vt tales personas, in quibus secundum desiderium vestrum possitis confidere, non haberetis, quod in Ecclesia vestra esse non spero: vestra tamen reuerentia si illas eligeret, quas ad hoc meliores & aptiores cognosceret, excusabilis apud Deum, quoniam melius non posset, sicut credo, existeret.

EPISTOLA LXXXV.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
reuerendo & diligendo Episcopo Rosensi
Gondulfo, semper & in omnibus
Deo placita velle & operari.

Episcopum de Cantuariensis Ecclesia negotiis sollicitum laudat.

Primū gratias ago Deo, quia sicut mandatis omnia nostra & vestra vbique prosperè subsistunt. Deinde vobis, cuius prudentia & cura reguntur Dei gratia, postquam de Anglia exiui, erga me & ea quæ ad me pertinent, ad votum meum disponuntur. De debitis quæ soluitis, si & debita de Romascot in his sunt, gaudeo; & promissionem vestram de redditibus nostris cum actione gratiarum expecto. Benè fecistis, quia verba, quæ inter Regem & vos fuerunt, de me & itinere meo, & de epistolis, quas sibi & mihi à Papa missas dixi, & de Legatis ad Imperatorem, mihi mandastis. Sed scitote quia ego nec literas nec ullam legationem ab Apostolico habui; postquam à vobis discessi: nisi quod per Tiberium mihi mandauit verbis & literis, vt eum (A) de Romascot adiunarem. De literis autem Papæ ad Regem nihil scio, nisi quod vos mihi mandastis. Si autem alicubi mansurus sim, & per legatum meum facturus quod incepti, nondum sum cer-

tus. De Girardo Archiepiscopo Eboracensi non debeo in tali re aliquid absens de absente & inaudito definire, præsertim, cum ipse crimen illatum neget: & ideo non audeo dare consilium, ne consilium meum ab aliquo pro definitione accipiat. Quapropter si vobis videretur de hoc apud regem omnino ex mea parte, nisi ipse à vobis requiruerit responsum meum; taceo: & si requisierit, quod vobis mando si melius non potestis, respondete. De lite quæ est inter nostros & homines Roberti de Monte forti, precor vt faciatis per Regem, vt aut pax integra, aut tremæ inter eos donec redeant ponantur. De omnibus nostris rebus intus & foris vt curam sicut hætenus fecistis habeatis, & sicut scitis me in vobis confidere, precor. De rebus ac familia Roberti nutriti vestri, qui mecum est, gratias ago, quoniam ea contra aduersarios eius, sicut illi mandatum est, defenditis; & instantissime precor, vt omnia, quæ ad illum pertinent, quæta manere omnino faciatis; & hoc ipsum Guillelmo de me testante, ex mea & vestra parte præcipiatis. Dico enim vobis, quia malo in meis propriis quam in eius rebus aliquam pati iniuriam. Deo annuente ante Assumptionem Sanctæ Mariæ de Becco proficisci volo, & in festiuitate apud Carnotum esse: & deinde sicut Deus disponet vestris orationibus prosequētibus iter nostrum peragere. Quod nonnulli me reprehendunt de familiaritate, quam habeo ad illos, quos Rex non diligit: scitote, quia nihil facio contra honorem eius, aut vnde iuste reprehendi debeam. Propter rixas quæ sunt de Ecclesia de Hergas, iubeto Rudolfo Præposito, vt eam teneat in manu mea donec redeam, & interim inueniat, qui in ea seruiat. Omnipotens Dominus vos & vestra sub sua gratia custodiat, & vos nunc & semper in viam salutis dirigat: AMEN.

ANNOTATIO IN EPI-
SLOTAM LXXXV.

VT eum de (A) Romascot adiunarem. *Romascot, Romischeot (gallice, la taille de Rome Cuius ob ad c. auditis de præscripti. l. 2.) Romscot vel Romescot anglica est dictio, vt apparet in legibus Guillelmi Nothi Anglorum Regis apud Roger. Honed. descriptis in Annal. posteriori parte. p. 344. Quarum vna habet titulum habet, & statutum: De denatio S. Petri, qui Anglice dicitur Ramefcot. Omnis qui habuerit 30. denariatas viuæ pecuniæ in domo sua, de proprio suo, Anglorum lege dabit denarium S. Petri: & lege Danorū dimidiam marcā. Ille vero denarius debet summoneri in solemnitate S. Petri & Pauli ante festiuitatē, quæ dicitur ad vincula S. Petri, ita vt ultra alium diem non detineatur. Si quisquam detinuerit, ad custodiā Regis clamor deferatur, quoniam denarius hic eleemosyna Regis est: iustitiā faciat reddi denarium, & forisfactionem Episcopi & Regis. Et si quis plures domos habuerit, de illa vbi residens fuerit, in festo Apostolorū Petri & Pauli reddat. Sic Guillelmus dicitur Conquestor imperauit reddendū Deo quod Dei est, quodq; à se imperatū fuerat ad vnguem seruauit testib. literis, quas ad Gergorium VII. transmisit in hanc sententiā. Excelsentissimo S. Ecclesia pastor Gregorio: gratia Dei Anglorū Rex & Dux Norman. Guillelmus salutem eū amicitia. Hubertus legatus tuus, religiose Pater, ad me veniens ex tua parte me admonuit, quatenus tibi & successoribus, fidelitatem facerem, & de pecunia, quæ antecessores mei ad Rom. Eccles. mittere solebant*

solebant, melius cogitarem. Vnum admisi; alterum non admisi. Fidelitatem facere nolui, nec volo: quia nec ego promisi, nec antecessores meos antecessoribus tuis id fecisse comperio.

Pecunia tribus ferme annis, in Galliis me agente, negligenter collecta est: Nunc vero diuina misericordia me in regnum meum reuerso, quod collectum est per praefatum legatum mittitur: Et quod reliquum est, per legatos Lanfranci Archiepiscopi fidelis nostri, cum opportunum fuerit, transmittetur. Orate pro nobis, & pro statu regni nostri: quia antecessores vestros dileximus, & vos praeter omnibus sincere diligere, & obedienter audire desideramus. Hucusque, Guillelmi littera, quas inter Lanfranci epistolam nactus sum.

Sed Guillelmum scripsisse Gregorij litteris ad parentem in quibus sic eum monuerat anno 1073. 11. Nonas Aprilis. Indictione 12. Rebus vero S. Petri, quae in Anglia colliguntur, sic te ut tuis inuigilare admonemus, sic liberalitati tuae ut tuae committimus, ut pium & propitium debitorem Petrum reperiatis, & eum tibi ex debito subuenire admoveas, quae tibi multa te tribuisse non latebit.

Huberti vero apostolici in Angliam Legati ad colligendum Diui Petri vectigal, sit mentio epistolae 32. lib. 2. & 42. lib. 3. Quod autem Guillelmus Danorum lege pendit marcam dimidiatam iacet, videtur intelligendum de Regibus Danis, qui per aliquot annos regni Angli habere tenuerunt. Quorum unus, nempe Kanulus primus Rex Daciae, Noruegiae, & Angliae, reuertens Roma, quam petierat voti causa anno 1030. litteras ad Anglos dedit, praecipiens vniuersum ad alienum solui anteceditum suum. & inquit: denarios, quos Romam ad Sanctum Petrum debetis, siue ex urbibus, siue ex villis. Has autem litteras anno 1032 scriptas esse, memoria dedit Ingulphus Abbas Croilandenensis in sua Historia, ubi inter ceterarum apogryphum exscripsit, religiosam quoque Kanuli peregrinationem denarravit: nec non Malmesber. lib. 2. de Reg. Angl. cap. 11. Honed. Annalium priori parte anno 1031. Polyd. lib. 7. Angl. hist. Lilius in Chron. Henric. Huntid. lib. 6. Rex vero Cunt, inquit, Romam splendide perrexit: & eleemosynam quae vocatur Romscot quam antecessores sui dederant Ecclesiae Romanae, perenniter assignauit.

Romscot igitur, seu Romscot, est annuum vectigal, quod Reges Angli pensabant annuatim Summis Pontificibus Romanis: eamque ob rem Angli vernacule appellabant Pitrepens vel Petrepens, quasi Petri pensum seu denarius Petri, ut epistolae 32. l. 2. & 42. supra. Petri Bleisensis 136. edit. Paris. 1515. (Nam editi Mogunt. separauit ab epistolis, separatae quoque inscripsit inuentionem) & capit. Auditis de Prescription. lib. 2. & capit. Ea quoque de censibus lib. 3.

Et hunc quidem denarium etiam cum Anglia regnum teneretur eparchia, Reges pendebant. Ac imprimis Inas Occidentalium Anglorum Rex, annum salutis circiter 740. Ethelulfus vel Adhulf (ut scribitur lib. 3. Chronici Etheluerdi cap. 4.) itidem V. Saxonum seu Occidentalium Anglorum anno 835. ut Asserus Syreburnensis, nunc Saresberiensem dicunt, Episcopus, in Historia Elfredi Anglosaxonum Regis, tradidit hisce litteris: Romae quoque omni anno magnam pro anima sua pecuniam id est, CCC. Mancullas portare praecipit: quae taliter ibi diuiderentur, scilicet C. Mancullas in honorem Sancti Petri specialiter ad emendum oleum, quo impleantur omnia luminaria illius Ecclesiae in vespera Paschae: & C. Mancullas in honorem Sancti Pauli, eadem conditione ad co-

parandum oleum in Ecclesia Sancti Pauli Apostoli, ad implenda luminaria in vespera Paschae, & in Galli cantu C. quoque Mancullas venerabili Papae Apostolico. Penae singula ass. ri verba Florentij Vigorniensis perscripsit Chron. pagin. 200. Guillel. Malmesberiensis lib. 2. de Reg. Angl. cap. 2. rem totam breuius & specialius absoluit. Romam, inquit, composito regno iuit, ibique tributum, quod Anglia hodieque pensat, Sancto Petro obtulit coram Leone Papa Quarto.

Mancullas autem nunc memoratas Roger. Honedenus appellat Mancullas: & Malmesberiensis proxime Marcas. At Guillelmus Lamberdus Scholius ad veteres Saxonum leges asserit mancullam & marcam eadem esse, nempe numum valentem 30. denariis. Sed de his nimis, cum Anglicana historia studiosis sint notiora, quam luculentius explanarem. Necessario tamen explanatus haec disserui propter quosdam, me audiente referentes banc denarium Romani pensitatem ad Ioannis, vulgariter appellati sine terra, Regis Angliae temporis: quoniam utraque ex diametro opposita: haec enim coacta, illa spontanea fuit. ut prolixè narrat Matth. Paris in hist. maiore.

EPISTOLA LXXXVI.

SVO CHARISSIMO DOMINO HENRICO Glorioso Regi Anglorum Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis fidele seruitium cum orationibus.

Gratulatur Regi de se sollicito. Hic autem videtur regia deesse epistola, cui respondet Anselmus: Neque enim superius occurrit: cuius quidem epistola desiderata anteceditis & insequenti meminit Ioannes Lelandus apud Baleam, Centur. 10. Catalog. Scriptorum Britannie.

Gratias magnas ago Celsitudini vestrae pro amore magno, quem erga me vos habere ostendistis: & propria sollicitudine, quam de me, sicut de fidei vestro habetis, scilicet ne in itinere incepto propter imbecillitatem & infirmitatem corporis mei nimio laboris grauiamine deficiam. Sed iam usque in vallem (a) Moriannae progressus eram, quando vestram suscepi epistolam: unde timui ne Dn. Papae displiceret, si tanta parte itineris perfecta remanerem; & nullum mihi responsum per legatos faceret, nisi ad eum sicut incepti peruenirem. Didici enim per litteras, quas mihi per Tiberium misit, quia si possibile esset libere mihi loqueretur. Sperans itaque in Deo, secundum quod in me sentiebam, & de itinere iam peracto expertus eram, quia labore itineris posse sustinere: quod quia me non posse timebatis, me remanere volebatis: existimaui bonum esse, per me ipsum hoc, pro quo Angliam exiui sicut proposui perficere, nisi forte aliquid obuiauerit, cui rationabiliter nequeam resistere. Omnipotens Deus sic vestrum regnum terrenum in gaudio vestro diu regat, & corroboret super Anglos, & post

hanc vitam vos regnare faciat

inter Angelos;

AMEN.



Scilicet quae
proposita sol-
uit definitio-
ne lisis mere-
tricia 3. Reg
3. duxceptata.

a Mauriana
vel Morianna
est Alpina
gentis oppidum
etiam nunc
prescitur ver-
nens nomen

EPISTOLA LXXXVII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Cantuarīa Reuerendo Abbati & amico
suo Gerontino salutem.

*Clericus in duabus Ecclesiis obstrictus sacramento reli-
gionis, in qua debeat manere?*

Quidam monachus, sicut ab illo didici, alligatus Ecclesiæ vestræ per quandam professionem, quam in habitu Clericali vobis fecit, & similiter monasterio Sancti Petri, quod Carnotifitum est, vbi habitum monachi assumpsit per aliam professionem, dicit se nullatenus posse habere solutionem à vobis, neque ab Abbate Carnotensi, vt vel in Carnotensi monasterio, vel in vestro animam suam saluet, quod facere nequit nisi aut à vobis aut ab Abbate Carnotensi absolutus fuerit. Consideret igitur prudentia vestra, quia non expedit nec decet vos Abbates, vt animam eius quisque sibi trahendo scindatis, sed in vobis esse maternam pietatem, & plus vos diligere animam proximi, quam propriam voluntatem ostendatis. Ille enim se magis ostendit esse matrem, qui dicit alteri; habeo tu solus infantem viuum: nec ambo eum occidamus, vt cum veniet verus Salomon dicat: (a) *Date huic infantem viuum, hoc est nim mater eius.* Nam vera mater mauult filium suum in alieno sinu viuere, quam in suo mortuum fouere. Notum autem sit Sanctitati vestræ, quia sicut cognoscere potui, magis expedit propter plures causas, eum Carnotiremanere, quam ad vos remeare. Vnde si auiderem, religioni vestræ consulendo suggererem, quatenus vos non falsam sed veram matrem esse probaretis. Valere.

Scitè quæst. proposita à soluis definitio. nolitis meretricia 3. Reg. 3. dicitur.

EPISTOLA LXXXVIII.

SVO REVERENDO DOMINO
Henrico Regi Anglorum, Anselmus Cantuarīensis Archiepiscopus, fidele feruitium cum orationibus.

Quid responderit Papa ad consultum de sacro dotiorum collatione: quodq; Anselmus Papa sit pariturus.

Quamuis per Wilhelmum de Vvarelima cognoscatis quid Romæ fecerimus: tamen quod ad me pertinet, breuiter ostendam. Romam veni, causam, pro qua venerā, Domino Papæ exposui. Respondit, se nequaquam velle dissentire à statutis antecessorum suorum, & insuper præcepit mihi, vt nullam haberem communionem cum illis, qui de manu vestra inuestituras acceperunt Ecclesiarum, post huius prohibitionis notitiam, nisi pœnitentiam agerent, & sine spe recuperationis quod acceperant desererent: neq; cum Episcopis, qui tales consecraverunt, nisi ad Apostolicæ sedis iudicium se representarent. Horum omnium testis potest esse prædictus Wilhelmus si vult. Qui Wilhelmus quando ab inuicem dilectissimus ex vestra parte commemorans amorem & benignitatem, quam semper erga me ha-

buitis, summonuit me sicut Archiepiscopum vestrum, vt talem me facerem, quatenus sic intrare in Angliam, vt sic esse possem vobiscum, sicut fuit antecessor meus cum patre vestro, & vos me eodem honore & libertate tractaretis, qua Pater vester antecessorem meum tractauit. In quibus verbis intellexi, quia nisi me talem facerem, reditum meum in Angliam non velletis. De amore quidem & benignitate gratias ago. Vt (A) autem ita sim vobiscum, sicut antecessor meus fuit, cum patre vestro facere non possum, quia nec vobis homagium facere, nec accipiētibus de manu vestra inuestituras Ecclesiarum propter prædictam prohibitionem me audiente factam, audeo communicare. Vnde precor, vt mihi vestram si placet mandetis voluntatem, vtum sic quemadmodum dixi, possim in pace vestra, & officii mei potestate redire in Angliam. Paratus enim sum & vobis & populo, diuina mihi dispositione commisso, officii mei seruitium pro viribus & scientia mea seruati regulari obedientia fideliter exhibere. Quod si vobis non placuerit, puto, quia si q; animarum detrimentum inde contigerit, mea culpa non erit. Omnipotens Deus sic regnet in corde vestro, vt vos per omnia regnetis in gratia eius. AMEN.

ANNOTATIO IN EPISTOLA M LXXXVIII.

VT autem (A) vobiscum sim sicut antecessor meus fuit, cum patre vestro facere non possum. [Girgillus foret hinc verbis extricandis necessarius. Cum enim sub finem illius seculi millissimi vocaretur Simonia, sacerdotij, virgæ, aut annuli Pontificij data potestas à Rege, sic & homagium (vt vulgò loquar) eidem factum, vel quoddam obsequium eiusdem rei gratia, videbitur Lanfrancus hac purus macula: Immo & ipse Guillielmus Notbus, huius Henrici (ad quem sunt presentes Anselmi litteræ) genitor. Vidimus enim apud Barroium cum Alexandri Papæ testimonio laudatum, ob extortam à se pestem Simonia. Malmesberiensis verd. se credamus aient, lib. 3. de Reg. Anglis, Gregorium VII. inuentorem fuisse & primum fulminatorem anathematis in laicos inuestitores & inuestitos; nihil in his verbis aduertio, quod Lanfrancum attingat. Et quidem eius inauguratio plus regia importunitate, & Summi Pontificis iussu perfecta fuit, quam huiusmodi suspectis fauoribus, vt ipse mat restatus est licetis ad eundem Pontificem, datus relatusq; ad epistolam 23. lib. 1. Præterea, eodem Alexandro precipiente Thomam Eboraci Archiepiscopum & Remigium Lincolnæ Presulem suis indignis scribis, (hic quod Guillelmo Notbo Angliam venienti culisset suspectus, Episcopium acquisierat; ille, quod Presbyteri filius esset) restituit. Verum quia auctore Malmesber. lib. 1. de Pontificibus Anglis, Papa pondus facti à se reiiciens, in Lanfrancum considerationem transfudit, bene an secus fieret, redderet inuestituras si vellet si minus, faceret quod commodum sciret. Ita illi de manu Lanfranci baculos & annulos recipientes, lætū ad patriam cum eodem moliti sunt reditum. Nec minori eum amoris diligentia palpandum curauit Gregorius Alexandri successor, multa illius consilio transigens, multa etiam domesticis suis ignota, illius conscientia communicans. Quibus Malmesberiensis verbis apparet, hos duos Pontifices à abuisse Lanfrancum in Angliam v. e. sacerdotis cuiusdam

aditi, ex quo in vulgus ederentur necessario cognoscenda, pro locorum, personarum, & temporum ratione: alia vero aut reticenda prorsus, aut non tam manifesta fienda, ut videret Lanfranci prudentia, cui fides erat dictorum Paparum.

Quamobrem, si quid praestitit Lanfrancus, quod detrectet Anselmus, nemo temerarie vitio dederit probissimo Antistiti, cum discipulus praeceptoris non carpat sed affirmet, se non audere, quod praeceptoris licuit (si res exigeret aliquando) ob interdictum Urbani II. & Paschalis II. se audiente promulgatum. Caterum hic animo succedit, Malmesberiensem sui immemorem fuisse, libro 3. de Reg. Anglis, ubi de Gregorio VII. Papa sic scribit: Hic, quod alii inuitauerant, palam extulit, excommunicans electos, qui inuestituras de manu laici per annulum & baculum acciperent. Grauitur, inquam, memoria lapsus est Malmesbica ita scribens: cum Nicolaum I. Papam ducentis ferme annis ante Gregorium & Leonem IV. ante Nicolaum constet idem cauisse sub anathematis poena, quam legere est tomo 2. Conciliorum, his verbis: Ut per laicos nullomodo quilibet Clericus aut Presbyter obtineat Ecclesiam, nec gratis, nec pretio. Quin & Alexander II. Gregorij VII. praedecessor probauit, seruandamque praecepit hanc ceterisque Nicolai constitutiones: Etenim hanc Gratianus retulit Alexandri nomine, c. 6. q. 2. 7. can. Per laicos. Vbinam vero loci haec Statuta renouarit, exprimit ipsemet, scribens in hunc modum. Alexander Episcopus seruus seruorum Dei omnibus Episcopis Catholicis, cunctoque Clero & populo salutem charissimam, & benedictionem Apostolicam. Vigilantia vniuersalis regiminis assidua sollicitudinem omnibus debetis, quae in Constantiniana Synodo nuper celebrata coram centum & amplius Episcopis, licet nobis immeritis praesentibus, sunt Canonicè instituta, vobis notificare curauimus; quia ad salutem nostram eorum executores vos optamus, & Apostolica autoritate iubendo mandamus. Primo namque, inspectore Deo, ut à Beato Papa Leone & beatæ memoriæ Nicolao prius statutum est erga Simoniacos nullam misericordiam in dignitate seruanda habendam esse decernimus. Et paulo post sancta Synodus haec à capite sub excommunicatione statuit, dicens: Quicumque sacerdos vel Diaconus vel subdiaconus post constitutum beatæ memoriæ praedecessoris nostri sanctissimi Papæ Leonis aut Nicolai de castitate Clericorum concubinam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, & autoritate Apostolorum Petri & Pauli praecipimus, & omnimodo interdiciamus, ut Missam non cantet, neque Euangelium, neque epistolam ad Missam legat. Hac carptim ex Synodo Lateranensi.

Porro has Anselmi literas Lugduno fuisse datas Anno 1105, inde constat, quod obseruauerimus in epist. 76. Anselmum Romanam profecturum excessisse Angliam anno 1104 & in Gallis supra tres menses esse commoratum, propter nimios aestus similisque corpusculi imbecillitatem: ita ut se dederit in viam Nonas circiter Augustas: hunc enim diem produunt epist. 81. & 85. Praeterea, quod à vero abhorreat, virum multo confectum senio iusse & rediisse tam breui, ut eodem reuertetur anno, quo discessisset, maximeque hyberno tempore.

Hanc vero separationem Anselmi regniq. legati Guiberti Guariniensis contigisse hanc procul à Lugduno: Edimerus, Malmesberienfis, & alij sunt authores. Diuersus igitur Lugdunum Anselmus multas insequentium &

pistolaram scripsit ad Regem, Reginam, Antistites, Canoniarchoas & Cœnobitas, aliq. ad eum.

EPISTOLA LXXXIX.

ANSELMVS VOCATVS ARCHIEPISCOPVS Cantuariæ, Dominis Fratribus & filiis charissimis in Christi Ecclesia Cantuariæ conuersantibus & benedictionem Dei & suam quantum potest.

De suo reditu in Angliam a Cantuariensibus monachis peroptato.

DE reditu nostro dulce desiderium vestrum quia de dulcedine dilectionis vestrae procedit gratanter accipio, amo & approbo, etiam si aliter Deus disponere voluerit, quam sicut ego vobiscum desidero. Sape enim Deus seruorum suorum vitam ordinat contra hoc, quod mens quavis suo sensu intentione bona desiderat. Sicut enim (a) aurum in fornace probatur: ita mentes electorum suorum igne tribulationis examinat. Quod si vobis eius paterni correctione aut probatione contigerit, nolite deficere, sed ex ipsa tribulatione sicut filii studete proficere. Non est enim inuitatum seruis Dei in hac peregrinatione aduersitatibus multimodis concuti, quoniam non sunt de hoc mundo: & quanto magis hic vexantur, tanto magis mundum cognoscunt, & ad requiem transire desiderant de hoc mundo. Quapropter moneo, precor vos ut filios charissimos, quatenus, si res exegerit, quanto attentius vos hostis hominum à statu religionis vestrae dissipare tentauerit, tanto vos ad seruitium Dei colligere strictius studeatis. Sic namque contra hostem fortius pugnabitis, & Dei auxilium efficacius impetrabitis. De his non est necesse, me vobis multum scribere, quia gratia & vos hæc scitis, & testimonia Scripturarum vobis sunt praesentia, & domini Prioris, si illi credere volueritis, vobis consulere & vos confortare poterit sapientia. Quod petitis, ut Domino Priori committam totam curam animarum vestrarum secretè & publicè, donec ego ad vos redeam: hoc utique feci & facio, sicut mihi ipsi, ut ipse secundum sapientiam, quam Deus sibi dedit, & secundum zelum domus Dei, quem in corde gerit, iudicet & disponat, puniat & parcat, quatenus animæ in innocentia nutriantur, & vitia, quantum possibile est, Deo adiuuante radicitus de domo Dei extirpentur & excludantur. Scio quia singuli nostram desideratis absolutionem, sed quoniam singulis hoc facere mihi nunc possibile non est, omnibus vobis Dei & nostram, quantum in me est, opto, oro, mando, absolutionem & benedictionem. Disciplinam ordinis vestri semper amate: pacem inter vos & obedientiam ad Priorem inuiolabiliter seruate: Dominus sit semper vobiscum. Amen.

a Excipit in locum & mune de aduersis fortiter poterat.

EPISTOLA XC.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
reuerendo & charissimo fratri Domino Prio-
ri Ernulfo salutem & gratiam

DEI.

Idem argumentum quam precedentis.

Quod vos & amici nostri doletis, quia re-
diens Roma in Angliam non veni, hoc fa-
cit dilectio: sed quod pastorem curam sine vl-
la ratione relinquere videor, non hoc aestimant
sapientes religiosi, quibus rem ostendo, neque
ego intelligo. Non enim ego eam, quantum in
me est relinquo, sed ibi vbi eam me exercere o-
porteret conuersari, sicut vos si diligenter inten-
ditis cognoscere potestis nequeo. Audistis enim
quibus ex præcepto Apostoli communicare
non possim, sine animæ meæ periculo, quo-
rum communionem Regi communicans, dum
ipse eis communicat, vitare non valeo. Hic consi-
deret aliquis, quid facere possim, cum veniam ad
regem coronandum, & missam celebrabo, & ipsi
circa me erunt? Certe illos expellere nequeo,
cum illis orare non audeo, Regi subtrahere soli-
tum officium non debeo, quoniam Dominus
Papa & illi concedit & mihi, ut faciam si præsens
sum, præcepit. Si mihi præcipit ut domi maneam
ad curiam non eam, & sic me alia bona officii mei
faciens à communionem malorum abstineam, con-
queretur Rex cum omnibus Episcopis & princi-
pibus suis, quia (A) cum illum coronare nolo, au-
fero ei coronam suam honorem, quem ei Primas
regni sui debet per consuetudinem. Vnde ius-
tum illis videbitur, & opere complebunt, ut di-
gnitas ecclesiæ nostræ ad aliam ecclesiam trans-
feratur. Quod cum fiat me viuente in regno, ne-
que per me aut per alium prohibere potero con-
firmabitur ecclesiæ nostræ intolerabilis imminu-
tio. Quod autem dicunt, quod non oportuerit
eum pro vno verbo fugere, qui suum sanguinem
pro ouibus suis, & pro Ecclesia Dei debuerit ef-
fundere, dico, quia non est paruipendendum il-
lud verbum, in quo tam grauiora mala continentur:
quia iam dixi, in qua sine periculo animæ meæ, &
sine detrimento Ecclesiæ mihi commissæ, nulla-
tenus me possum ingerere. Denique non timeo
sanguinis effusionem, aut quamlibet corporis mei
destructionem, aut rerum amissionem. Quæ si
personæ meæ euenerint, libenter paterer propter
veritatis assertionem. At nihil horum super me
cadet, sed ecclesiam nostram, & homines ad
eam pertinentes, si in Angliam cum Rege cõten-
derem grauis oppressio frustra cõtereret, & mul-
tudo vexatorum ad culpam meam ærumnas
suas me execrando conuerteret. Melius itaque
mihi videtur, ut me absente qualibet tribulatio,
si vitari nequit, in Anglia debacchetur, quam per
meam præsentiam & tolerantiam qualibet pra-
ua consuetudo in futurum confirmetur, aut mul-
tudo hominum me aspiciente, propter me tri-
bulationem se pati lamentetur. Si obiicitur, quod
maius est damnum animarum, quod cognoscitur
propter meam absentiam, quam malum tem-
porale, quod contingeret per meam præsentiam,
& ideo istud propter illud esset contemnendum:
iam dixi, quia si super me venerit, inconcussam
seruarem patientiam. Verum, quoniam non de-

D. Ansel. Tom. 4.

bemus facere mala, ut veniant bona; non debeo
attrahere super me quoslibet innocentes quæli-
bet mala, ut animabus aliorum eueniant bona.
Dixi utique in præterito anno cum me minarentur
expellere, quia nollem exire propter iniun-
ctam mihi curam & obedientiam: sed & hoc di-
cebam propter illos qui hoc minabantur, ne pro
solis verbis illorum exirem, non propter aliquam
vtiliter remanendi fiduciam. Mox enim, ut dif-
cordia & contentio inter regem & me appareret
pariter, & mala corporalia feruerent, & bona
spiritualia penitus frigerent. Quod imponitur
mihi, quia quasi astute infamauerim regem & re-
gnum eius, & Episcopum Lincolniensem non per
me manifeste, sed late per monachos nostros:
certè falsum est, quia nullus homo à me ad hoc
monitus est. Sed nec ipsi fratres nostri Dinerus,
& (B) Alexander, qui maxime de hoc accusantur,
ita sicut de eis dicitur, cognoscunt esse, & vos sci-
tis, quia delatores paruis magna addentes men-
daces, solent esse: denique antequam nos venire-
mus Romam, multa dicebantur de Anglia intra
Romam, & extra Romam. In his omnibus, neque
per me, neque per sapientiores me meliori pos-
sum vii consilio, quam dispositionem Dei expe-
ctare, & rem eius committere iudicio. Hoc autem
scitote, quia voluntas mea est, ut adiuvante Deo,
nullius mortalis homo fiam, nec per sacramen-
tum fidem alicui promittam. Consilium nostrum
petitis, quid agere debeatis inter eos & cum eis,
quorum communionem mihi Dominus Papa
interdixit. Quæ res ita dubia est, ut minus diffi-
cile sit, non communicare eis quibus rex commu-
nicat, præsertim cum mihi soli Romæ à Papa ista
interdicta sit communio, nec audeo præcipere,
ut illis communicetis, quibus ego non commu-
nico, sed si ita permaneritis, sicut vos dimisi, ne-
quaquam vos reprehendo. Non enim potestis à
toto regno discordare, nec participes estis eorum
malitiæ. Si quis à vobis petierit, quod honesta-
tem & religionem non deceat, præmeditati esto-
te, ne aut minæ, aut blanditiæ, aut aliqua astutia
persuadeant vobis aliquid, unde vos postea pœ-
niteat. Consilium & curam fratrum, quicquid
contingat propter Deum & charitatem proximi
nolite deserere, nisi vos violentia de Ecclesia ex-
pulerit. Si ingruerint aduersitates & tribulatio-
nes tunc fortiores estote, & in tentatione fratri-
bus vestris nolite deficere. Si quis exegerit ab a-
liquo monacho Ecclesiæ vestre sacramentum aut
fidei alligationem, aut pactum aliquod, quod
contra ordinem sit propter tenendam aliquam
potestatem, quam dicimus obedientiam, consi-
derate, & in quantum possibile est, & in quan-
tum scitis, auertere malitiam. Quicquid futurum
sit, Dei tuitioni vos & omnes fratres nostros cum
omnibus quæ ad ecclesiam nostram pertinent,
commendo.

ANNOTATIO IN EPISTO-
L A M X C.

Quia (A) cum illum coronare nolo,] Quo sen-
su id dicat Anselmus, non video: quia antequam
Henricus eum primo reuocasset in Angliam, iam insignia
regis sumpsisset ipsemet teste epist. 40. supra. Præterea
ut monstrauimus ad epistol. 88. hæc litera fuisse scripta
Lugduni intra annum 1105. Henricum autem fuisse in
M regem

regem Anglia vinctum anno 1100. Postid. Calend. August. vno restantur ore Huntidon. lib. 7. Malm. sbur. lib. 5. de reg. Angl. Florent. Wigorn. in Chron. Honed. in Annal. 1. part. Neubrig. lib. 1. cap. 3.

ALTERA ANNOTATIO.

ET Alexander, (B) qui maxime, &c.] *Hic Alexander (cuius etiam Willelmus Malmesb. in Cantuariensi Archiepiscopi subinde meminit, vbi maxime de Anselmo scribit) fuit Cantuariensis monachus: & ad Anselmum, Anselmi nostri nepotem destinavit l. b. 1. ex Anselmi Archiepiscopi dictis concinnatum, & 19. capit. distinctum; Ex constur. 10. Catalog. Scriptorum Britannia.*

EPISTOLA XCI.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
fratri & filio charissimo Antonio Supprio-
ri salutem & benedictio-
nem.

Quod sit ordinis studiosus laudat: sed in leuiusculis delictis iudicandis, & expianis minime callidum blandè admonet.

GAudeo & gratias ago Deo & vobis pro bono zelo quem habetis, & quia ordinem vestrum libenter custoditis, & ut alii illum seruent, strenuè studetis. Precor autem, sicut saepe precatus sum, ut in hoc bono proposito perseveretis, quia Deo gratum est, & ab eo premium bonum reportabit. Est quiddam vnde olim quosdam audiui conqueri. Dicunt enim, quia aliquando, cum sit ante vos proclamatio de quibusdam negligentibus, quæ sine mala intentione possunt intelligi, & solius leuitatis culpæ possunt imputari, dilectio vestra in prauam suspicionem in audientia eas interpretatur veluti sunt signa aspectus & similia, in quibus nulla malitiæ certitudo deprehendi potest. Moneo ergo vos, ut dilectum dilectorem meum, & consulo ut filio charissimo, ne hoc faciatis, nisi cum res ita aperta fuerit, ut à malitia excusari non possit. Nocet enim multum. Potestis enim culpam pro sola violatione ordinis acriter punire, & omnem prauam suspicionem, quado probari nequit auertere. Sic autem & vos diliget & se sine verecundia corrigent. Vale.

EPISTOLA XCII.

ANSELMVS DEI DISPOSITIONE
Archiepiscopus reuerendo & charissimo
Coepiscopo Gundulfo salutem &
quod melius scit &
potest.

Grates persoluit Episcopo de se bene merito.

GRatias ago vobis pro benefactis magnis, sed multo maiores pro vestra bona voluntate, quæ semper plus facere vult, quam possit. Bonum desiderium vestrum de reditu nostro & consilium de vera dilectione procedens amo & laudo, sed de affectu eiusdem voluntatis certum quid promittere non audeo, sed Dei ordinatio-

ni, cui subiacent omnia, me & quæcunque de me sunt commendo. Ipsum oro, & omnes amicos meos rogo, ut orent, quatenus ipse me in beneplacito suo disponat, nec vnquam voluntatem meam abire de sua voluntate permittat. Hoc autem scitote, quia spero in Deo, & hæc est voluntas mea, ut nunquam pro reditu in Angliam aliquid contra honestatem Episcopalem scienter faciam. Malo autem hominibus non concordare, quam illis concordando à Deo discordare. Consilium quod petitis, quid vobis faciendum sit, si Dominus meus Rex & ego non concordamus, in literis breuiter Prioris mandauit. Hoc tantum ad præsens dico, nullæ minæ, nulla promissio, nulla astutia à religione vestra extorqueat aut homagium, aut iusiurandum, aut fidei alligationem. Si quid horum aliquis exegerit. Hæc sit vestra responsio; Christianus sum, monachus sum, Episcopus sum: & ideo omnibus volo fidenter feruare, secundum quod vniciq; debeo. Quidquid aliud vobis dicatur his verbis, nec addatis quicquam, nec minuatis, quod ab hæc sententia discedat. Hoc ipsum de me dico, nec super hæc aliquid addere, vel de his minere adiuuante Deo volo. Filios vestros & nostros, & filias sicut scitis, salutate, & ut nostri memores sint, orate.

EPISTOLA XCIII.

DOMINO VERE SVMMO ET PATRI
Anselmo Dei gratia Cantuariensi Archiepiscopo
Mathildis Regina Anglorum humilis ancilla eius summæ deuotionis & seruitutis obsequium.

Non impolita est epistola Regio digna pactora, & sanctis affectibus plena.

Conuertere Domine sancte, pater misericors, planctum meum in gaudium mihi, & circunda me lætitia. Ecce Domine, humilis ancilla tua misericordiæ tuæ genibus deuoluta supplices ad te manus tendens consuetæ postulat benignitatis affectum. Veni Domine, veni & visita seruum tuam, veni inquam pater, & gemitos leni, lachrymas absterge, dolores mitiga, luctus tolle: imple desiderium meum vota secunda. At inquires, lege prohibeor, & quarundam necessitatum vinculis tentus seruorum decreta transgredi non præsumo. (a) Quid igitur pater est, quod doctor ille gentium vas electionis, cum totus in legis euacuatione sudaret, nunquid non in templo ne scandalum esset, his qui ex circumcisione crediderant hostias immolauit? Nunquid qui circumcisionem damnabat, (b) Timotheum ipse ut omnibus omnia fieret, circumcidit? Quid ergo faciet misericordiæ filius, discipulus eius, qui veteros redimeret ipse in mortem se obtulit. Vides, ecce vides fratres tuos, conseruos tuos, populum Domini tui iam naufragia sustinentem, iam labentem in ultimis, nec succurris, nec porrigis dexteram, nec obiectas te discrimini. Nonne (c) optabat Apostolus anathema esse à Christo pro fratribus suis? Flecte itaque bone Domine pater seueritatem hanc, & feruore pace tua dixerim pectus emolli: veni & visita plebem tuam, & inter eos ancillam tuam, totis ad te visceribus anhela-

*de Perappo
in miraque
hyperbole.*

*epulchre suis
quibus a
pat vers. 61.
psalm. 142.*

*In regum
rum sancta
improbriata
trabit histo-
riam Sina-
mis Heli-
sum depre-
hans.*

*In hæc rem
videmus uos
August. Ep.
Hieron. epist.
tom. 2. epist.
eiusdem.*

b Act. 16.

c Rom. 9.

EPISTOLA XCIV.

HENRICVS REX ANGLORVM;
Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo
salutem & amicitiam.

*Dolet Anselmum sibi pertinaciter & iuste reluctari,
vide epist. 88. supra.*

Mandasti mihi, quod ad me venire non poteris, nec mecum esse, sicut Lanfrancus antecessor tuus cum patre meo multis annis fuit, unde valde doleo quod facere non vis: quia si facere voluisses, libenter te susceperem, & omnes illos honores, & dignitates, & amicitias, quas pater meus antecessori tuo fecit tibi fecissem. Dominus vero Apostolicus mandauit mihi literis suis, preces & admonitiones, super quibusdam rebus. Quapropter volo legatos meos Romam mittere, & consilio Dei & baronum meorum Domino Papae inde respondere, & hoc requirere quod mihi requirendum est. Et accepto responso a Papa mando tibi hoc quod mihi Deus auctorit. Interim aut consentiam, quod tu de beneficio Cantuariensis Ecclesiae conuenienter habeas, quamuis hoc inuitus facio, quoniam nullum mortalem hominem in regno meo libentius mecum, quam te habere voluissem, nisi in te remansisset. Teste Roberto Episcopo Lincolnienfi & Willelmo.

EPISTOLA XCV.

HENRICO DEI GRATIA REGI
Anglorum, & Domino suo Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis fidele
seruitium & orationes:

Est ad precedentem rescriptum: & quidem pastoris cordati, & mortaliu neminem Deo repugnantem timentis.

IN literis vestrae celsitudinis, quas nuper accepi, mandauit mihi vestra dignatio amicitiam, & quia nullum mortalem hominem in regno vestro libentius habere quam me velletis, si ego vellem ita vobiscum esse, sicut Lanfrancus Archiepiscopus fuit cum patre vestro. De amicitia & de bona voluntate gratias ago. Ad hoc quod dicitis de patre vestro & Archiepiscopo Lanfranco, respondeo, quia neque in baptismo, neque in aliqua ordinatione mea promisi me seruaturum legem vel consuetudinem patris vestri aut Lanfranci Archiepiscopi, sed legem Dei & omnium ordinum quos suscepi. Quapropter si vultis me sic esse vobiscum, vt possim viuere secundum legem Dei, & ordinem meum, & si me reuertitis secundum eandem legem Dei, de omnibus rebus, quas de Archiepiscopatu meo (a) accepistis, postquam a vobis, quas si praesens essem, non deberetis me nolente accipere, & hoc mihi promittitis, paratus sum redire ad vos in Angliam, & seruire Deo & vobis, & omnibus mihi commissis, secundum officium mihi a Deo iniunctum. Ipso adiuvante. Si quidem cum nullo alio Rege aut

M 2 Princi

in sua persistere sententia, mox Archiepiscopatum in suum dominium redigis, & Anselmum in bonis omnibus spoliaturus.

a Eo pertinet locus Matthaei Paridis ita ad annum 1104. scribens: Rex autem Henricus, vt comperit tam Papam, quam Anselmum

anhelantem, inueni viam, qua nec tu pastor qui praecedis, offendas, nec Regiae Maieftatis iura soluantur. Quod si haec simul constare non valeant, veniat saltem, veniat ad filiam pater, ad ancillam Dominus, & doceat eam quid agere deceat. Ingrediatur ad eam antequam egrediatur de mundo. Si enim antequam moriar, mihi te non videre contigerit, improbe loquar, timeo (d) ne mihi etiam in illa terra viuentium & latantium, omnis exultandi praedatur occasio. Tu siquidem es gaudium meum, spes mea, refugium meum. Anima (e) mea sicut terra sine aqua tibi, unde & expandi ad te manus meas, vt ariditatem eius exultationis oleo perfundas, & dulcedinis ingenitae rote rigeas. Si autem nec te fletus mei, nec publica vota sollicitant, postposita regia dignitate relictis insignib. deponam fascies, diadema contemnam, purpuram bylsumque calcabo, & vadam ad te inuicere confecta. (F) Amplectar vestigia tua, pedes exosculabor, nec amouebit me, si veniet (g) Giezi, nisi cum desiderii mei summa complebitur. Pax Dei, qua exuperat omnem sensum, custodiat cor tuum & intelligentiam tuam, & faciat misericordiae visceribus abundare.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM XCIII.

Amplectar (F) vestigia tua, pedes exosculabor. *Lectorem hic velim oratum, ne putet isthaec esse verba & voces: quod enim Regina illa modestissima pollicetur Anselmo eodem profus anno & aetate vt credibile est, praesitit. Testem habeo Matthaeum Paridem anno 1105. maioris historiae referentem: Eodem, inquit, tempore Dauid frater Reginae Anglorum Mathildis, venit in Angliam, vt sororem suam visitaret. Qui cum nocte quadam, in thalamum eius ab ipsa vocatus venisset domum, inuenit leprosis plenam: & Regina in medio stans, deposito pallio, linteos se vtrisque manibus praecinxit, & aqua imposita, cepit lauare pedes eorum, & extergere linteos, & vtrisque manibus constrictos cepit deuotissime osculari. Cui frater: Quid est quod agis, o Domina mea? Certum si Rex sciret ista, nunquam dignaretur os tuum leproforum pedum tabe pollutum, labiis suis osculari. Et illa subridens ait: Pedes Regis aeterni, quis nescit labiis Regis mortuuri esse preferendos? Ecce, ego idcirco te vocavi, frater charissime, vt exemplo meo talia discas operari: fac rogo quod me facere intueris. Hucusque Math. Paris, cui nonnulla adieci, si venisset in manus nostras liber de eius vita scriptus, cuius mentionem facit Guillelmus Gemmeticensis lib. 8. historiae ducum Normannorum cap. 10. MS. Victor. habet 8. in hunc modum. Quanta autem sanctitatis & scientiae tam secularis quam spiritualis vtraque regina, Margareta scilicet & Mathildis fuerint, liber, qui de vita ipsarum scriptus est, pleno sermone describit. Hic autem Gemmeticensis locus a sam praebet monendi lectoris de rerum diuinarum humanarumque cognitione, qua excelluit Mathildis: quamque testantur satis haec & alia eiusdem ad Anselmum epistola, ne quis existimet suo tantum scriptas nomine. Gemmeticensi calculam adiecit Willelm. Malmesb. lib. 1. de gest. Reg. Anglorum in hanc sententiam: Literis quoque fraternum pectus exercuit.*

D. Anselm. Tom. 4.

d. Per appositionem miraque hyperbole.

epulchre suis quilibet a pnat. vers. 61. psalm. 142.

In regnum iam sanctae improbitatis trahit historiam Summaris Helium depre-

In hac rem videmus nos August. & Hieron. epist. tom. 2. epist. inuolem. Actor. 16.

Rom. 9.

principe mortali, volo tam libenter esse aut ei seruire. Si autem hoc nequaquam suscipitis vos facietis quod vobis placebit. Ego vero Deo annuente non abnegabo legem eius. Et non audeo, quoniam non debeo tacere vobis, quia non solum requiret Deus à vobis, quod debet illi regia potestas, sed quidquid pertinet ad primatis Angliæ ministerium: Quod onus nimis est vobis importabile, nec vobis debet displicere quod dicam. Nulli homini magis expedit quam regi se subdere legi Dei, & nullus periculosius se subtrahet à lege eius. Dicit enim sacra Scriptura, non ego: (b) *Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus*: quod Deus à vobis auertat. In responso vestro, quod mihi iam bis fecistis, nihil intelligo, nisi quandam, si audeo dicere, quæ nec animæ vestræ, nec Ecclesiæ Dei expedit, dilationem. Si ergo ad hæc respondere vestra voluntatis certitudinem diutius differtis, ego quia causa non est mea, sed Dei, mihi ab ipso commendata, timeo diu differre, clamorem ad Deum facere. Quapropter precor obsecro, ne me cogatis dolentem & inuitum clamare. Exurge Deus, iudica causam meam. Omnipotens Deus cito conuertat cor vestrum ad voluntatem suam, & post hanc vitam introducat vos in gloriam suam.

EPISTOLA XCVI.

PIE RECOLENDO PATRI, ET DIGNÈ REUERENDO, Domino suo Anselmo Archiepiscopo Mathildis Dei gratia regina Anglorum minima sanctitatis eius ancilla perpetuam in Christo salutem.

Quantum se Anselmi litteræ exhilararint, exponit.

Indefinenti vestræ bonitati, quæ mei verò immemor (a) litteris presentatis absentis vestri presentiam exhibere dignata est gratias innumeras refero. Tristitia quippe nebulis, quibus obuoluebar, expulsus verborum vestrorum mirulus tanquam nouæ lucis radius perlustrauit. Chartulam quidem à vobis missam loco patris amplector, sinu foueo, cordi quo ad possum propius admoueo, verba de dulci bonitatis vestræ fonte manantia ore relego mente retracto corde recogito, recogitata in ipso cordis arcano repono. Vbi dignè laudatis omnibus, hoc solum miror, quod (b) de nepote vestro excellentia vestræ discretionis inferuit. Non enim mihi iudico quicquam facere aliter vestris, aliter meis, aliter scilicet meis, quam meis: vestri quippe genere sunt mei adoptione & dilectione, vestræ vero scripturæ consolatio patientiam mihi corroborat, spem facit & seruat quæ releuat me cadentem, sustinet labentem, lætificat dolentem, mitigat irascentem, pacatque flentem. Ea mihi namque frequenter secretoque consulens spondet reditum filie patris, ancillæ Domini, oui pastoris. Spondet autem mihi eadem confidentia, quam in orationibus bonorum hominum habeo, & benevolentia, quam ex corde Domini mei solenter inuestigauit perpendo. (c) Est enim illi erga vos summus compositior, quam plerique homines assument, qui Deo annuente, & me qua potero suggerente vobis licet commodior atque

concordior. Quod vero vobis in presenti de re deditibus vestris fieri permittit. Idem & melius ampliusque in futurum, cum ex re & tempore postulaueritis fieri permittet. Vbi quamuis amplius quam æquum iudicem sibi teneat, oro tamen vestræ pietatis affluentiam, vt excluso amaritudinis humanæ rancore, qui vobis inesse non assollet, dilectionis vestræ dulcedinem, ab illo non auertatis: Imo verò [D] apud Deum pro ipso & me, & communi sobole, & regni nostri statu, vos intercessorem exhibeat, valeat vestra semper sanctitas.

ANNOTATIO IN EPISTOLA M XCVI.

Apud (D) Deum pro ipso, & me, & communi sobole, &c.]

Communis illa soboles fuit Mathildis filia cognominis huius Mathildis Anglorum regina, suscepta ex legitimo & pudico Henrici I thoro non incesto concubitu, vt Mathæus Paris, Polydorus, & Arnoldus Vuion lib. 4. ligna vita, cap. 19. eos secutus imprudentissime asserunt ex incesto vulgariq; româsculo: nullum enim habent testimonium certius quam verba. aiunt nonnulli perhibent, &c. sicq; aiunt: Mathildem inter monachos Wiltonienses & Rumeffenses nutritam, virginitate iam dedicata, coactam & agnatorum precibus, & noui regis importuno amore, nupsisse, tumq; diris prolem deuouisse, si quam ederet: accidisseque ex genitricis voto, quod Willelmum filium in Angliam transtretantem mare absorbuerit, & sinistri bellorum euentus eripuerint Angliæ regnum Mathildi filia ab Henrico relictum. Egregia profecto diuinationes aut potius ingenia recti deus. Sed ad rem. Quis credat D. Anselmum virum Mathæi Paris, Polydori & Vuionis iudicio integerrimum, tam nefandas conciliasse nuptias: Quare illos ne pili quidē hac in re facio, tum quod vt iuximus, ex plebeia fama, (quæ vt brd mendax est) loquantur, tum quod hic quadringentos post Anselmum, ille centum & viginti annos Henrico III. rege scripsit. Præstat igitur audire scriptores rerum gestarum synchro-nos, & primò Malmesburiensem Bibliothecarium ita lib. 5. de Reg. Angl. loquentem: Nec multò post suadentibus amicis, ac maxime pontificibus, vt remota voluptate pellicum, legitimum amplecteretur connubium, die sancti Martini accepit Mathildem, filiam Malcolini regis Scotorum, cuius amori iampridem animum impulerat, parvipendens dotales diuitias, dummodo diu cupitis potiretur amplexibus: vt rursus pag. 92. fac. 2. & 97. Vt ignobiles nuptias respueret, (videlicet Mathildis) plusquam semel à patre oblatas, pepulsi sanctæ professionis index gestauit. Quapropter cum rex suscipere eam thalamo, res in disceptatione venit, nec nisi legitimis testibus productis, qui eam iurarent sine professione causa procorum velum, gessisse, Archiepiscopus adduci potuit ad confitendum. Sic ille, qui non verbum quidem habet de Mathilde violati: sed ne præstiti quidem, aut execrata sobolis: immo legitimum appellauit connubium, & populi virginis aliquamdiu gestati causam reddens grauius, non famam popularem. Florent. Wigorniens. Guillelmus Gemmeticens. Henricus Huntigdon. æquales Malmesburienfi, ne de somnio quidem huius fabula mererent, quò alias de Mathilde breuiter & præclare loquuti sunt. Ipsius quoque Mathildis testimonium, vt suam persequatur inuentionem, præterire religio mihi est: poterit enim auri non vt accusatrix, sed vt testis: Aut ergo epist. 55. si-præ.

b Sap. 6.

c salm. 73.

a Hæc litteras
oprior inter-
isse, quia no-
strum exem-
plar caret
illis & lacu-
na deperdi-
tionis inuisa.

b Intelligit
Anselmum ex
sorore nepo-
tem, de quo
videtis apud ep.
73. 66. 67. 82.

c de Henrico
rege & ma-
trio, quo hæc
accipit, quem
Domini vo-
cat exemplo
Sara l. 1. c. 3.

pra: Cuius (nempe Anselmi) sum benedictione in legitimum matrimonium sacrata, cuius precibus in caelesti gloria Deo annuente coronanda. Nec horum verborum immemor Anselmus ad eandem rescribens, inquit: Memor est benigna vestra dignatio in epistola sua, quod per me sit vestra celsitudo in coniugium legitimum responsata, & ad regni sublimitatem me sacrate coronata. Sic Anselmus, cuius verbis si non accedat quis, in prudentiam ipsam illum iure vocat.

Sed nec in animum inducere possum, Virgi em sanctissimam, & singularis pudicitiam, si voto fuisset obstricta, tam nefando consensuram matrimonio. Iam vero, quis credat eam male imprecatam soboli, cum Anselmi precibus his literis effugit pro salute ipsius?

Quod tandem Paris & Polylorus opinantur, ad rem suam face & Willelmi Mathildis filij exitum insalutem, & Angliam Mathildi filiae ereptam, nihil moror, cum ea, quibus maxime incumbere, euerterim, contentus Mathildis innocentiam in transitu propugnasse.

EPISTOLA XCVII.

DOMINAE REVERENDAE FILIAE
charissimae Mathildi gratia Dei Reginae Anglorum,
Anselmus Archiepiscopus
Cantuariensis fidele seruitium
& orationes, & benedictionem Dei & suam si quid valet.

Proximis respondet literis.

CRatias ago immensas celsitudini vestrae amando eam, & orando pro ea, pro immensitate sanctae dilectionis vestrae erga parvitem meam quam intellexi in literis vestris. In quibus satis ostenditis, quanto me affectu diligatis, cum chartulam meam taliter scripistis, suscipitis & tractatis: ubi etiam adeo me dignatio vestra sublimat, ut quod natura mihi negat, gratia vestra tribuat, cum eos qui mei sunt genere vestros esse adoptione & dilectione pronunciat. Quod desiderio reditus mei nitimini cor Domini mei Regis erga me mitigare, facitis quod decet, & quod illi expedire intelligo. Si enim erga me aliquam cordis amaritudinem habet, nescio me vnaquam hoc aliquo modo, quantum in me est, meruisse. Et si aliquando illi seruiui, ipse scit, & puto quia non tradet oblivioni. Si ergo me aliquatenus odit sine causa. Expedi illi, ut hunc a se rancorem expellat, nec peccet coram Deo. Promittitis mihi, quod de redditibus nostris, de quibus aliquantum mihi permittit habere, melius & amplius in futura permitteret, unde benevolentiae vestrae non debeat esse ingratus, quia quantum in vobis est, bona voluntate hoc facitis. Sed non deberet esse opus, ut haec mihi fieret promissio, quia contra voluntatem meam nulla debet mihi de illis fieri prohibitio aut diminutio. Et qui illi consultit, ut aliquid inde sibi assumat, non leue peccatum, neque tale, quod vnaquam tolerari debeat, illi consultit. Qui enim Episcopum suis rebus ita spoliat, nullo modo reconciliari Deo poterit, nisi illi integrè omnia sua restituat. Et scitote, quia tantumdem est mihi, de qualibet parva parte, quantum si de toto spoliatus fuero. Non enim hoc dico amore pecuniae, sed amore Dei iusti-

D. Anselm. Tom. 4.

tiæ. Orat vestra benignitas, ut dilectionem meam à Rege non auertam, sed pro illo & pro vobis, & prole vestra, & regni vestri statu intercedam. Quod utique hactenus feci, de futuro autem Dei me committo dispositioni, apud quem filius non portat iniquitatem patris, nec vxor viri. Et spero in Deo, quia nullum cordis rancorem habebō aduersus aliquem, unde mecum non habeam Deum. Omnipotens Deus vos, & prolem vestram semper in sua gratia custodiat.

EPISTOLA XCVIII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Cantuariae Guillelmo dilecto dilectori suo electo Episcopo Guchtonia, salutem & benedictionem Dei & suam quantum valet, atque diuino semper regi consilio & protegi auxilio.

An Episcopus possit nocere aduersario Comitis ob iniurias sibi ab eodem illatas.

NVntius vester causam vestram, pro qua ad nos missus est, Reuerendo Domino & Patri nostro, Hugoni Lugdunensi Archiepiscopo & mihi simul, sicut praecipistis retulit, & ego eidem patri nostro literas quas mihi misistis, ostendi. Ipso itaque iubente pro illo & pro me in istis literis respondeo. Utique gaudemus & gratias agimus Deo pro vestra in veritate constantia, & quia non quaeritis consilium, nisi quod Deo placebit, & honestatem vestram & ordinem, ad quem electi estis, deceat. Rem totam sicut idem nuntius vobis narrauit, quanto diligentius potuimus, adhibitis aliis prudentibus & religiosis pertractauimus, & consilium quod petitis, Deum inuocantes, ut nos dirigeret, concordia sensu considerauimus. Cuius consilii, in quantum intelleximus, haec est summa, videlicet: utrum de Castello, quod de Comite Roberto tenetis, possitis fratri eius Regi Henrico contra eundem Comitem deseruire propter iniustitias, quas idem Comes vobis facit, sicut mandastis. Quod nequaquam coram Deo & coram iustis hominibus licite fieri posse intelligimus. Nam etiam si vos de hoc absoluit, quod illi debeat per hominum, aut fidem promissam, siue per aliquam communem contentionem, non vos potuit absoluere de hoc quod Deo & proximo propter Deum debetis per Christianam religionem. Quapropter intelligimus, quia non debetis praefatum Comitem de hoc quod de illo habetis, exhaereditare, & hereditatem eius inimico suo tradere. In hoc quoque vos multum oportet intendere, quod nondum (a) vestra dilectio suscepit Episcopi consecrationem, & si hoc faceretis, quod a vobis Rex exigit, nullus posset extinguere execrabilem famam, quia hoc factum esset propter episcopatus, quem perdere timeretis, redemptionem. Quamobrem quoniam prouidemus bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus, auertat Deus hoc a vobis, neque vnaquam permittat tam prauum exemplum, vlla opinione exire de vobis. Quod autem a Rege praedictum Castellum, sicut hincmo eius eratis, accepistis, nullo modo cognoscimus vos ad

a Ob interditas regibus sacerdotiorum donationes, quas hic Episcopus electus Anselmi exemplo trahatur, adeo ut a Rege iussus consecrari ab Archiepiscopo Eboracensi detrectaret. & quinquennio exularet in Normannia. iunge o. p. 70. supr.

hoc astringere, vt eum eodem Castello contra Comitem vti permittatis, si ei hominum non nisi saluo ordine fecistis. Denique sicut nullus homo aliquid contra Deum debet promittere, ita promissum nullatenus debet perficere, nec aliquis hoc rectè potest exigere. Quædam alia per istum nuncium viua vobis voce referenda mandamus. Salutat vos prædictus Dominus & pater noster, sicut amicus amicum. Vale.

EPISTOLA XCIX.

SVMMO PONTIFICI ET VNIuersali Papæ Paschali Mathildis Dei gratia Anglorum Regina, ita dignitatis Apostolicæ iura dispensare temporaliter, vt cum iustitiæ manipulis in perpetuæ pacis gaudiis Apostolico senatui mereatur ascribi perenniter.

Ornatè & cumulatè gratias agit pro literis hortatoriis ad coniugem datis: quarum exemplar retulit Malmesb. lib. 5. de gestis Reg. A. gl. & ex earundem lectione colligitur fuisse scriptas anno 1107. post Augustum n.ensem, quò Henricus in suam ditio- nem redegit totam Normanniam, captis Roberto fratre Comite Moritania & aliis, in pugna Techneba.

Sanctitatis vestræ sublimitati ô vir Apostolicæ gratias & laudes quantas possum refero, super his, quæ paternæ vestræ charitas tam pro communitario domino meo Regi, mihi que dignata est iam frequenter & viuis legatorum mandare vocibus, & propriis destinare scriptis. Sanctissimæ Romanæ sedis Apostolicæ frequentare limina, sanctique patris mei Papæ Apostolici completi vestigia, qua licet & possum toto quidem corde, tota anima, tota mente paternis aduoluta genibus, importuna opportunaque petitione orans instare, nec desino, nec desistam, donec exaudiri à vobis sentiam, aut summissam humilitatem, aut potius perseverantem meæ pulsationis importunitatem. Non autem super hac mea temeritate, qua sic loqui præsumo, vestra succenseat excellentia, nõ cleri populiue Romani Senatus miretur prudentia. Erat enim, erat inquam vobis Anglorumque populo tunc quidem felicibus sub Apostolica vestra dignitate (a) Sancti spiritus alumnus Anselmus Archiepiscopus noster, verè prædictique populi consolator prudentissimus, atque piissimus pater. Qui quod de opulentissimis Domini sui thesauris, quorum (b) illum clauigerum noueramus, abundanter sumebat, id nobis abundantius erogabat: præsertim cum idem fidelis Domini minister, prudens dispensator eroganda quæque, & sapientiæ falsurâ plurima saporaret, & eloquentiæ dulcore molliret, & mirabili quodam loquendi lepore condiret. Fiebat verò sic, vt nec deforet teneris agnellis Domini lactis copia plurima, nec pascuorum ouibus vbertas vberissima, nec pastoribus alimentorum satietas opulentissima. Cum hæc igitur secus cesserint omnia, reliquum aliud nihil est, nisi gemitu plurimo clamiter quæritans alimentum pastor, pasuum pecus, vbera foetus. Vbi dum maioris absentia pastoris, præsertim Anselmi, prædictis singulis fraudentur, singula,

a D. Ansel. S. Spiritus alumnus.

b Ansel. clauiger diuinorum thesaurorum.

seu verò potius omnibus omnia in tanti luctus lugubrio, in tanti doloris opprobrio, in tantæ deformitatis regni nostri tanti damni ludibrio: nec restat attonitæ mihi nisi stupore sublato confugere ad beatum Petrum Apostolum, eiusque vicarium virum Apostolicum. Confugio itaque ad vestram Domine benignitatem, ne nos Anglorumque regni populus tanto defectu, tanto lapsu labamur. (c) Quæ enim utilitas in sanguine nostro, dum in corruptionem descenderimus? Boni igitur consulat, quantum ad nos attinet vestra paternitas, & infra terminum, de quo, vestram bonitatem Dominus meus Rex requirit, ita paternæ viscera super nos aperire dignemini, vt & de reditu charissimi patris nostri Anselmi Archiepiscopi gaudeamus, & debitam subiectionem sanctæ sedi Apostolicæ illibatam seruemus. Ego autem saluberrimis dilectissimisque vestris edocta monitis, quantum muliebribus suppetet viribus adhibitis etiam mihi proborum virorum auxiliis toto posse nitar, vt quod vestra monuit sublimitas, mea quoad poterit expleat humilitas, valeat feliciter vestra paternitas.

EPISTOLA C.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPV Cantuariensis fratri & filio charissimo Ordovino salutem & benedictionem Dei.

Gratulatur monacho sua fama studioso, quidq; obsecratoribus suis respondeat, suggerit.

Gratias ago dilectioni tuæ, quia sollicitus es de mea fama, & quæris, quid respondeas falsis calumniatoribus meis, quærentibus occasiones aduersum me. Dicunt, vt scripsisti mihi, quia prohibeo regem dare inuestituras, & quod peius est, permitto, vt scilicet mali & perueri clerici inuadant & vastent ecclesias, nec ascendo ex aduerso. Dicunt quoque, quia ego do ecclesias laicis: dic eis, quia mentiuntur. Non enim ego prohibeo per me, à rege dari inuestituras ecclesiarum: (a) sed quia audiui Apostolicum in magno Concilio excommunicare laicos dantes illas inuestituras & accipientes, & qui accipientes facerabunt: nolo communicare excommunicatis, nec fieri excommunicatus. Clericos vero nec volens, sed dolens tolero ecclesias opprimere, & in tantum ex aduerso ascendo, vt pro hoc sim in exilio & rebus episcopatus expoliatus. Non enim quod obiiciunt de clericis fieret, si inuestitura, quibus ex aduerso ascendo, non fierent. Ecclesias vero nõ do laicis, cum do eis mea maneria ad firmam, sed commendo vt eas custodiant, non vt clericum in eis ponant aut inferant, nisi per me aut Archidiaconum nostrum, aut per Priorem in maneriis ecclesiæ nostræ. Nequissime itaque impropertant mihi, quia aliena curo, me negligo, quoniam non hoc dicunt amore veritatis, sed obstruunt os meum loquens pro veritate. Vale.

c Versus in sursum ubi Psalms. 29.

a Confer hanc locum scholæ ad epist. 44. hanc scribit.

à diuino iudicio sapientia multitudine cruciatur ommis culpa

b ad hunc piosculis raris dedit quas legere est supra

EPISTOLA CI.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
fratribus & filiis charissimis in Christi Ecclesia
Cantuaria Deo seruiantibus salutem
& benedictionem Dei & suam
quantum potest.

Quo debeant esse animo Cantuarienses monachi in calamitatibus, quas se absente tolerant.

SCRIO desiderium vestrum & tribulationem, quam in presenti sustinetis, & quia maiorem in futuro timetis. De qua re nullum vobis melius potest dari consilium, quam vt penitus intendatis in Dei seruitium. Siue enim vos probet Deus per tribulationem, siue corripiat, siue exerceat, semper ad hæc debet respondere vestra ad bene viuendum instantia: Per hanc enim quam fortes sitis, & quam vere illam diligatis monstratis: per hanc illum pacatis: per hanc exercitati ad maiora proficitis, vt altiora dona mereamini sicut purgati. Cessent igitur in vobis vaniloquia, extirpetur omnis detractio, suffocetur murmuratio, extingatur impatientia, euanescat inutilium curiositas, expellatur otiositas, annihiletur mullitatio, euacuetur indignatio, & p qualibet offensione mentis quiescat commotio eliminetur negligetia, exterminetur inuidetia. Execrabile sit quidquid a vestris discordat, amabile sit quidquid monachicis institutionibus concordat, ferueat obedientia & omnium virtutum, quæ supradictis & aliis repugnant virtus, studium & diligentia. Scrutentur vnusquisque diligenter vitam suam secretam & publicam & si intuenit vnde festinet ad condignam satisfactionem, ne forte pro eius culpa flagellet Deus totam congregationem. (a) Sæpe n. hoc faciunt diuina iudicia, vt magna multitudo perturbetur vnius culpa. Vnde si nimis longum non esset, exempla plura proferri possent. Finem faciam huius nostre allocutionis, quia & plures ex vobis scripturas intelligitis & habetis dilectissimum fratrem nostrum Dom. (b) Ernulfum, qui hæc & alia scit, & potest dicere vobis. Omnipotens Deus dignetur vos ab omnibus malis emendare, & faciat vobis omnibus abundare, & post hanc vitam in suo regno exultare. Sit super vos Dei benedictio, & tribuat vobis omnium vestrorum peccatorum remissionem. Amen. Reditu nostrum ad vos, quando futurus sit ad presens nescio, sed spero in Deo, quia non erit in vatum oratio vestra.

EPISTOLA CII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
fratribus & filiis charissimis Vulfrico, Philippo, Willemo salutem & benedictionem Dei & suam.

Apostatas monachos in claustrum reuersos pramonet, quomodo erepti Charybdæ, Scyllam euadant.

AVdiui, quia perluasione serpentis antiqui, cuius astutia primos parietes nostros de paradiso eiecit, claustralem paradysum & religiosam conuersationem quantum ad vos deseruistis, & valde dolui, sed consolatus sum, & lætificatus, quia non clausit Deus vobis hostium paradysum, ne ultra in illud intraretis, sed potius vos misericorditer coegit, vt ad requiem relictam rediretis. Si autem pro hac misericordia quam vobis inuitis

D. Ansel. Tom. 4.

fecit gratias illi agitis, & non tantum coram omnibus ore, sed etiam coram Deo correctionem promittitis, agam vobiscum gratias Deo, & omnem rahorem, quem de culpa vestra concepi, expellam de corde meo. Moneo igitur vt filios meos quatenus illam prauam & diabolicam voluntatem quam habuistis penitendo coram Deo de corde vestro penitus expellatis, neq; occasione alicuius verecundia, postquam vos Deus ad se reuocauit mentem vestram indiscrete confundatis, sed sperantes in hoc, quia Deus penitentes benigne suscipit, in bona voluntate & amore vestri ordinis quiescatis. Solet n. contingere, vt quonia diabolus Deo miserante & seruum suum defendente, non potest de eo quod incepit perficere ad aliam se conuertat astutiam, & quem sicut incepit deicere nequit, deiciat per immoderatam verecundiam impatientiam. Coram Deo tantum admiramini, quomodo hoc velle potuistis & erubescite, & coram hominibus ex bona conscientia confortamini & confidite. Per bonam conuersationem ostendite omnem prauam voluntatem alienam esse a vobis, & sic facietis vt nulla memoria sit aliis de hoc quod fecistis, & nulla praua suspicio de vobis. Omnipotens Deus vos & a preteritis culpis absoluat, & in futuro sine fine ab omni peccato custodiat. Amen.

EPISTOLA CIII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Warnero salutem & benedictionem Dei
& suam & bono incepto optimam
subsequi consummationem.

De Warnero adolescente erudito ad monasticum colitus inspirato, & conuerso.

Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui te fili charissime in periculo mortis animæ & corporis tua gratia visitauit, & ad vtriusque vitam misericorditer reuocauit. Cogita & considera, quantum signum suæ dilectionis Deus tibi fecit, cum te non solum fugientem, sed & contemnentem se, & sibi ad mortem tuam aduersantem ad se redire, & sibi velle seruire paterna cura coegit. Ne aestimes vni quod tibi minus valeat quod incepisti, ideo quia timore mortis coactus & non spontanea voluntate es attractus. Non enim pensat Deus tantum, quo initio, vel qua occasione homo bonum inchoat, quantum qua voluntate qua dilectione gratiam Dei impetam sibi seruat. (a) Nam Paulus Apostolus coactus conuersus est ad fidem Christianam: sed quonia toto corde (b) fidem seruauit, & in ea eursum consummauit, reposita sibi coronam iustitiæ, gaudente in dictis suis nobis indicauit. Habes tecum charissimum fratrem meum Dn. Priorem Ernulfum presentem, qui non minus quam ego tibi & scientia & voluntate potest consulere, & te mea autoritate absolueret. Deo & illi te committo, illi post Deum tu ipse te nostro consilio & nostra iussione comitte. Gratia Dei literatus es, scientia quæ Deus in amore sæculi te permisit acquirere ad amorem a quo habes si quid habes conuerte, vt pro gloria terrena, ad quam per literas tuas anhelabas, gloriam æternam adipiscaris, quam aut contemnebas, aut tepide desiderabas. Consuetudines nostri ordinis, quem es ingressus, quasi a Deo constitutas studiose serua, quia nulla inutilis est, nulla superuacua. Consulo

M 4 tibi

Versus in
scriptura de
Psal. 29.

à diuino iudicio saepe
multis uo
cruciatu ob
vnius culpam.

à ad hunc s
piscula lio
ras dedit
quæ legere
est supra.

Consuetudo
ocul scholar
ad epist. 44
quæ supra.

Act. 9.

2. Tim. 4.

e est 29. lib.
1. sup.

tibi, vt quæras epistolam, (c) quam ego feci Dni Lanzoni, quando nouitius erat. Abi enim inuenies, qualiter te in principio conuersionis debeas habere, & tentationibus nouitium impugnantibus respondere. Absolutionem & remissionem omnium peccatorum tuorum, quantum possum oro, vt Deus tibi tribuat, & sic te in proposito incepto nutriat, vt te ad gloriam æternam perducatur. Amen.

EPISTOLA CIV.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPIVS
Cantuariæ Reinalmo sapienter veritatem vanitati præponenti, fortiter gloriam transitoriam pro honestate contemnentem, viriliter paupertatem superanti salute & gratia Dei protegi & confortari.

Alias Reinalmo, Rainalmo, Rainaldo: adeo impressi historiographorum Anglicorum libri variant. Is autem designatus fuerat ab Henrico rege ad Episcopatum Hereford. nsem, videns tamen Anselmi constantiam in tuendo iure ecclesiasticarum collationum, recusauit consulari ab Archiepiscopo Eboracensi, Regis annulum, & virgam pastoralem sibi datam reddidit. Quam ob causam molestæ plurimum tulit: cuius acerbitatem hac epistola lenit Anselmus.

Perit dilectio tua, vt aliquam tibi mande consolationem: quod ego libenter facio, quem admodum te magis dicere, & tibi coram Deo prodesse intelligo. Conscientia tua, virtus tua, perseuerantia tua sit in conspectu Dei consolatio cordis tui. Fortiter egisti, quando Episcopatum, in quem non secundum Deum inuitus intrusus es pro veritate reiecasti. Non intendat cor tuum, vt hoc Deus tibi præmiũ virtutis retribuatur, quod pro veritate contempsisti. Pretiosior est valde virtus, quam seruasti, quam quod pro illa respiciisti. Valde igitur decoloras pulchritudinem coram Deo, si quid vile & transitorium est, in præmiũ & consolationem expectas ab eo. Non dico, quod Episcopatum habere non debeas, aut illum non merueris, sed moneo vt in conscientia tua de gratia, in qua te Deus stare fecit, gaudeas & retributionem & consolationem tuam solius Dei dispositioni committas. Memento, quod Spiritus sanctus dicit: (a) *Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.* Cum sentis necessitates & paupertates circa te feruere, tunc certus esto Deum gratiam suã tibi multipliciter augere: Hanc desidero esse consolationem tuam: in hoc desidero, vt confirmes spem tuam: (b) *Tunc educet Dominus quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem.* Quia nescio quid Deus de me dispositurus sit, nihil ex me in consolationem audeo promittere, sed voluntatem meam, quam mihi Deus dedit, & tu meruisti, possum ostendere. Certe si Deo dante aliquando opportunitatem habuero, & secundum corpus & secundum animam tibi prodesse desidero. Omnipotens Deus continua sua te protectione & consolatione gaudere faciat frater mi charissime. Amen.

a Psalm. 26.

b Psalm. 30.

EPISTOLA CV.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPIVS
dilecto dilectori suo Guillelmo electo Wintoniensi Episcopo salutem, & in omnibus gratia Dei custodiri.

Hortatur Episcopum, qua cæperit animi firmitate in ecclesiasticarum sanctionum obseruatione perseuerare. Confer epist. 72. supra, & adnotamentum.

Quamuis per gratiam Dei de vestra confidam constantia, tamen quia indefinenter desidero, vt nunquam à rectitudine stectamini, sed semper ad meliora proficiatis, ex abundantia cordis delectat me dilectionem vestram exhortari. Omnes qui contra sinceritatem honestatis & iustitiæ suggerunt venenosi serpentes, sunt filii serpentis antiqui. Rogo igitur vos vt dilectum amicum, & consulo vt filio charissimo, vt si quis huiusmodi vobis aliquid contra consilium Dei consulere voluerit, nunquam tantum insibiliter auribus vestris promittendo, minando, blandiendo, rogando, vt mentem vestram inuenenet persuadendo. Vos scitis, quia Dominus reprobatur consilia Principum, consilium autem Domini manet in æternum. Hoc ideo dico, quia non dubito, antiquum hostem, quem fortiter in rectitudine perseuerando confudistis multimodis astutiis inquit, quomodo statum & famam vestræ honestatis possit subuertere, & laudem quã Deo adiuuante adepti estis, in derisum, quod Deus auertat, conuertere. Nihil nominatim vobis, vnde caueatis, significo, quia nihil quod aliquatenus honestatem decolorat coram Deo parui pendendum existimo. Omnipotens Deus sic vitam vestram semper & vbique in omnibus protegat & muniat, vt nullo modo aliquis hostis vester de aliquo neuo pulchritudinis vestræ rideat. Amen.

EPISTOLA CVI.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE
Cantuariensis dilecto fratri & amico G. Canonico (a) sancti Quintini salutem & Dei semper regi consilio.

a In subbano Bellouacensi nomine ad Occidentem urbis in peninsula.

Clericum licet quietis amantissimum, tamen si electus est debere fratribus per obedientiam seruire. Literam vero G, quam habebat scriptus codex, voluit & exscriptum habere. Significat autem Guntherium Iuonis Carnot in illa ecclesia compresbyterum tranquille vite tam amantem, vt epist. 11. 100 deprecetur eum, vt si pro quietis interne desiderio multis non possit præesse, vel paucis præsi. Litera O signat Odonem, a quo sunt Iuo. epist. 155. & 176. Guntherium autem seu quietis auidissimum legi in Necrologio ecclesie S. Quint. Bellouac. erat enim illic Canon. Regularis.

Sicut audio, cum fratres vestri Belluacenses Canonici ecclesie sancti Quintini non temere, sed ob multas rationes Dominum O. (qui modo vester Abbas dicitur) volunt ab hac praedicatione remouere, & vestram fraternitatem loco eius

Henricum regem Mabilis conuincit, qui vult quare mi de

ius substituere, sed tamen ne vestra religio propter amorem quietis, quam nunc habetis, non velit intentioni eorum facile consentire. Quoniam ergo sciunt vos meam humilitatem diligere, & sperant vos plus meo, quam quorundam consilio credere, rogant me quid inde sentiam vestrae charitati ostendere, utique si in corpore CHRISTI inuicem sumus alter alterius membra, & maxime in vna religiosarum personarum ecclesia, qui non permittit, nec vult, ut alia membra & totum corpus se vtantur ut suo membro, non video, quomodo possit se probare membrum illius corporis, & si corpus illud est corpus CHRISTI, quomodo se ostendat esse membrum CHRISTI. Est & aliud, quia nemo si recte se tractat sibi soli vult viuere, sed sicut desiderat & credit, si membrum Dei est, omnia comoda aliorum membrorum sua erunt in futura vita. Ita debet velle, ut si quid boni est in se, aliorum sit in praesenti vita. Consulo igitur, quantum in me est, & precor frater & amice charissime, ut si tota vestra congregatio, vel melior pars consilio reuerendorum Episcoporum Carnotensis & Parisiensis, qui patres vestri fuerunt, & vos nutruerunt, vos instanter elegerit ad hoc quod supra dixi, ne omnino refugatis, neque impersuadibilis existatis. Vtilius enim vobis esse existimo, si quietem contemplationis per amorem seruatis in mente, & obedientiam fraternae charitatis in opere, quam si solam contemplationem aliorum contemnendo preces & utilitatem velitis eligere. Vale.

EPISTOLA CVII.

DOMINAE ET FILIAE IN DEO dilectae Mathildi Reginae Anglorum Anselmus Archiepiscopus Cantuariæ salutem & benedictionem Dei & suam quantum potest, & fideles orationes cum seruitio.

De beneuolo Reginae erga se animo.

IN literis suis celsitudo vestra tantum me laetificauit, quantum de se bonam spem dedit. Solet enim esse certa spes correctionis humilis susceptio correctionis & monitionis. Gratias igitur ago Deo, qui dat bonam voluntatem vobis, quam in responsione vestra mihi significastis, & gratias ago vobis, quia eam dulci affectu seruatis. Vnde oro Deum, ut quod ipse vobis misericorditer inspirat, conseruet & augeat, quatenus cum anima vestra de corpore exiens ante conspectum eius presentabitur, felicitatis aeternae primum ab eo suscipiat. Si vestra prudentia egeret doceri, qualiter ut Deo placeret deberetis viuere, studerem secundum posse meum hoc ostendere. Sed quoniam Dei gratia vos mentis intellectu inter bonum & malum non ignoro discernere: hoc rogo, hoc precor, hoc moneo, ut hoc sit vestri cordis indeficiens propositum, quatenus in omnibus actibus vestris magnis & paruis hoc potius eligatis, quod magis Deo placere probatis. Satis pio & dulci affectu in eisdem literis significastis, vos meum in Angliam reditum desi-

Henricum regem Mathildis coniugem designat, qui variis thesauris, crebrisq; ad Papam legationibus corabatur extorqueri in donationum Ecclesiasticarum.

derare: verum, neque video illum, in cuius potestate maxime est reditus meus, quantum ad hominem pertinet, in hoc voluntati Dei concordare, neque animae meae expedit ab ea discordare. Et timeo ne tarde intelligat se à recta via deuiasse consilium Dei spernendo, & consilia Principum, quae Dominus reprobat, sequendo. Certus tamen sum, quia aliquando intelliget. Omnipotens Deus vestram excellentiam, & meam paruitatem aliquando de mutua visione secundum suam voluntatem laetificet, & in vobis gratiae suae dona multiplicet.

EPISTOLA CVIII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS charissimis filiis Farmanno, Orduuino, & Benjamin salutem & benedictionem Dei & suam.

De sui in Angliam reditu à suis valde exoptato: & tribus monachis, quorum duo Anselmum conuenire volebant, alter Cantuariensi canobio excedere ob quotidianas calamitatum procellas.

SCIO filii charissimi, quia dilectionis abundantia facit vos desiderare meam praesentiam, ut & quod corde geritis sicut filii patri aperiatis, & consilium singulis angustiis vestris accipiatis. Sed quamuis bonum sit, habere bonum zelum & laudabilem, tamen si non est secundum scientiam, non est Deo acceptabile. Vultis habere à me licentiam, ut ad me veniatis, sed pro certo verum est, quia difficilius, imo impossibilius quam vos cognoscatis, via nimis longa, gens extranea, iter periculosum monachi de eadem terra capiuntur, male tractantur, equi & si quid habent, auferuntur. Pecunia magna necessaria, labor grauis, exordinationes multae, utilitas non adeo magna, ut alii me non iudicent reprehensibilem, si ad hunc assensum exhibeo me facilem. Si mala quae fiunt in Anglia & in Ecclesia, quae videtis & auditis, mihi vultis notificare, satis scio, nequeo corrigere, Deo dicite, & ut ipse corrigat expectando orate. Si consilium de animabus vestris vultis quaerere, habetis vobiscum venerabilem fratrem & filium nostrum Dominum (*) Priorem a *Ernulfum Cantuariensis Prioris (de quo supra est factum) iunior.* Ernulfum virum spiritualem, in quo & bona voluntas gratia Dei abundat, & sapientia, quem vobis pro me quasi alterum me dimisi. Ad illum quasi ad me recurrite, illi velut mihi credite, illum sicut me suscipite. Hoc etiam de Domino Episcopo Gondulfo, si quis voluerit. Tibi dico fili Farmanne, qui ideo petis licentiam alibi conuersandi, quia in tot perturbacionibus animam tuam saluare nequis, ut dicis, non decet ut quamdiu vos non possum regere nec colligere, incipiam vos dispergere. Non ergo est consilium, ut aut tu hoc petas, aut ego faciam. Denique si vni aut duobus concedo, aut exire de ecclesia, ut alibi conuerteretur, aut exire de regno, ut ad me veniat, tot sunt qui similem habent causam, ut non sine magno scandalo, aut sine magna dissolutione fieri possit. Habeat igitur qui hoc vult eam discretionem & patientiam quam habent alii, ut pariter in patientia vestra possideatis animas vestras. Tibi quoque fili Benjamin, qui me adiuras terribiliter, & obtendis perditionem animae tuae ostendo, ut illi, cuius animae debeo & volo

consule-

consulere, quia tam indiscretam rem non debuisti facere, neque animæ meæ & animæ tuæ tam graue periculum opponere. Cum enim animam impellis quantum in te est, in tantum periculum, certus esto, quia non est hoc animæ tuæ salubre consilium. Quod petis, nulla ratione fieri potest: indiscreta & inordinata temeritate forsitan fieri posset. Non enim est rationabile sequi quocumque nos impetus animi, etiam bona inreptione impellit sine discretione. Nequeo intelligere animam tuam in periculo esse perditionis, si mecum loqui non potes. Nam si essem ubi nullatenus accedere posses in hoc mundo aut in altera vita, non tamen de salute animæ tuæ tibi desperandum esset. Precor igitur & consulo fili charissime, ut sustineas sine scandalo animæ tuæ Dei dispositionem, & secundum quod vides eum, nos & quæ ad nos pertinent, ordinare, stude te ipsum sicut discretus & qui spem habet in Deo saluare. De hoc quod tu frater Orduine obtendis mihi, quia non redeo in Angliam, scito, quia non fugio mortem, non abscissiones membrorum, non quælibet tormenta, sed peccatum & ignominiam ecclesiæ Dei, & maxime Cantuariensis. Si enim ista rediero, ut apertum non sit, quia Rex me spoliare, & res Ecclesiæ mihi commissas, inuadere, sicut fecit, non debuit, confirmabo prauam imo seruilem & pessimam consuetudinem mihi & posteris meis meo exemplo, quod Deus auertat à me. Nisi ergo peccatum suum cognoscere & Deo satisfacere de hoc, quod in me peccauit, voluerit, ut nec ipse nec successor eius mihi aut successoribus meis meo exemplo dicere possit, se hoc facere per consuetudinem, nullatenus intelligo: neque aliquis rationabilis intellectus quomodo ei concordare, aut ad eum redire possim ad honorem Dei & Ecclesiæ nostræ, & salutem animæ meæ. Si sit mihi quod fieri debet, faciam quod debeo ad honorem Dei. Pax Domini, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras.

EPISTOLA CIX.

HENRICO SVO CHARISSIMO
Domino gratia Dei Rege Anglorum Anselmus Archiepiscopus Cantuariæ
fideles orationes cum
fidei seruitio.

De pecunia quam iniquè rex exigebat à presbyteris Angliæ violatoribus Concilij Londinensis ab Anselmo habuit.

AD me pertinet, si audio, quod faciatis aliquid, quod animæ vestræ non expediat, ut hoc vobis non taceam, ne, quod Deus auertat, Deus irascatur & vobis, si facitis quod illi non placeat, & mihi pro taciturnitate mea. Audio quod vestra excellentia vindictam exercet super presbyteros Angliæ, & (A) forisfacturam exigat ab eis, quia non seruauerunt præceptum (B) Concilij, quod ego cum vestro favore tenui, apud Londoniam cum alijs Episcopis & religiosis personis. Quod hactenus inauditum & inusitatum est in Ecclesiâ Dei de illo rege & de aliquo Principe. Non enim pertinet secundum legem Dei huiusmodi culpam vindicare nisi ad singulos Episcopos per suas parrochias; aut si & ipsi Episcopi

in hoc negligentes fuerint, ad Archiepiscopum & primatem. Precor igitur vos sicut charissimum Dominum, cuius animam diligo plusquam præsentem vitam corporis mei, & consulo sicut vere fidelis corpori & animæ vestræ, ne vos contra ecclesiasticam consuetudinem in tam graue peccatum committatis, & si iam incepistis, ut omnino desistatis. Dico enim vobis, quod valde timere debetis, quia pecunia taliter accepta, ut taceam quantum noceat animæ, non tantum cum expendetur, adiuuabit terrena negotia quantum postea perturbabit. Denique vos scitis quia me in Normanniâ in pacem vestram suscepistis & de Archiepiscopatu meo me resarsistis, & quia cura & vindicta talis offensæ maxime pertinet ad Archiepiscopatum, quoniam plus sum Episcopus pro spirituali cura, quam pro terrena possessione. Omnipotens Deus sic & in hoc & in alijs actibus vestris dirigat cor vestrum secundum voluntatem suam, ut post hanc vitam perducatur vos ad gloriam suam.

ANNOTATIO IN EPISTOLA CIX.

Forisfacturam (A) exigit. Forisfactura, forisfactio & forisfactum vulgò synonyma sunt. Hic autem forisfactura significat mulctam pecuniariam à Principe vel iudice delinquenti impostam: Amende en punition du forfait. Et sic quidem hic accipi suadent Anselmi verba hæc: Dico enim vobis, quod valde timere debetis, quia pecunia taliter accepta (ut taceam quantum noceat animæ) non tantum cum expendetur, adiuuabit terrena negotia, quantum perturbabit. Sic rursus usurpatur in legibus Willelmi No: hi apud Rog. Honed. p. 342. f. 2. Quod si, inquit, aliter fecerit, soluat forisfacturam. & pag. sequenti: Reddatur de rebus hominis illius, qui calumniatus est, quod dicitur scapus, & insuper Regi forisfactura. & f. 345. p. 2. Sacca est, quod si quislibet nominatim aliquem de aliquo calumniatus fuerit, & ille negauerit, forisfactura probationis vel negationis si euenerit, sua erit. Et in titulo de iis, qui pacem per breuè regis habent, & proximè apposito titulo: De istis octo libris rex habeat centum solidos, & Consul Comitatus, qui tertium habet denarium forisfacturæ, quinquaginta solidos. Iterumque titulo de latronibus pro latrocinio interfectis: Ab ipso verò die in quindécim dies reddat interfectori illius Episcopo tres forisfacturas. In eandem acceptionem videtur quadrare locus cap. 18. dist. 2. Cursus Normannie MS. in nostra Bibliotheca sic: Ad ducentum pertinent omnes forisfacturæ mobiles. Forisfacturæ autem mobiles sunt Catallia seu mobilia eorum, qui per iudicium damnati sunt. Sic Normannie in suo cursu.

Præterea aliquando forisfactura usurpatur pro ipso scelere, seu peccato aut vi facta alteri, ut titulo de temporibus & diebus pacis Domini Regis, eorundem legum Willelmi: Rex constringet malefactorem, ut emendet, cui forisfacturam fecit.

Ibidem etiam forisfactum synonymòs positum est iuxta posterius forisfacturæ significatum, his verbis: Si quis forisfactus, regis misericordiam pro forisfacto poposcerit.

Ioannes Gerson tractatu contra obscenissimum Ioannis Magdunensis carmen, quod vulgò Romanitium, de rosa dicitur, & hoc vocabulo vitur, inducens pudicitiam, in supplicatorem: ut, inquit, remedium ponatur.

Anselmus ad spirituali curam positum sicut Archiepiscopus.

de quo in epist. 62. sup.

Quidam si illius concilium potest curiosior acquisitionem non occurrunt quin potest

ponatur, & breuis prouiso de innumerabilibus forisfactis, quae mihi intulit, necdum inferre cessat. Ed quoque accedunt verbum forisfacere, & forisfactus participium, educta ex vernacula nostra lingua fors fait forfaire, forsaicture, peccatum, peccare: Videtur enim ab aduerbio foris de luci, ita vt forisfacere sit quasi extra facere quod peccatum homines foris vel extra ius & aequum faciat seu eiciat. Possimus & huius compositionem referre ad voculam monosyllabam for, quae crebro significat male: & forisfacere, malefacere. Harum autem litterarum & multa pecuniaria ab Henrico dicto Clerico violatoribus Concilij Londinensis, meo inuit Malmesbur. in Anselmo. Porro ex Normannia hanc epistolam fuisse datam anno 1107. colligitur ex Florentio Wigornensi, & Mattheo Paride, qui colloquium in Castr. Aquilensi (vt Anselmus d. signat epist. 112. sequenti) habitum inter regem & Archiepiscopum, hoc anno recensent, consert epist. 111. 112. 115.

EPISTOLA CX.

ANSELMVS ARCHIEPISCOVVS
fratribus & filiis charissimis Domino Priori Ernulfo, & aliis sub illo Deo famulantibus in Christi Ecclesia Cantuarie salutem & benedictionem Dei & suam quantum potest.

*Excusat se quod rarius eos certiores fecerit de conuen-
to inter se & Regem.*

Quod tam diu distuli scribere vobis de hoc, quod conuenit inter regem & me in vigilia festiuitatis sanctae Mariae Magdalena, non fuit negligentia, sed opportunitatis quam monstras, opus non est absentia. Scitote, quia Rex me reuestiuit de Archiepiscopatu nostro, & promittit se redditurum, quod de nostris redditibus hactenus accepit. Quod ipse cum magna laetitia & bona voluntate se ostendit facere, & omnes qui cum eo sunt, se clamant inde gaudere. Sperat enim rex inter Dominum Papam & se tantam concordiam ante diem natiuitatis Domini futuram, vt ego vtrique possim in Anglia concordare sine offensione. Qua de re ipse legatum suum Romam mittere disponit, vt ante nominatum terminum rei certitudinem accipere possit. Sed quoniam res nondum est in ea pacis & concordiae inter eos certitudine solidata, vt sine dubietate si modo in Angliam intrauero, confidam me in pace ibi remansurum, elegi potius ad tempus extra Angliam manere, donec legatus praefatus redeat Roma, ita vt interim & res Archiepiscopatus in mea sint potestate, & homines nostri sint in quiete, quam ad praesens me ad ambiguitatem ingerere, ne forte iterum per discordiam impacabilem necesse sit me de Anglia exire. Equidem existimo hanc mei reditus dilationem nullatenus nocituram ad perfectam concordiam, quam speramus futuram. De presbyteris & quibus Rex praecipit, vt & ecclesias & foeminas habeant, sicut tempore patris sui & Lanfranci Archiepiscopi habuerunt, & quia Rex me resarsiuit de toto Archiepiscopatu, & quae tempore patris eius & eiusdem Archiepisc. in (a) Concilio prohibitum est tam execrabile coniugium: fiducialiter ea, quam ex Archiepiscopatu habeo, auctoritate praecipio non solum in Archiepiscopatu, sed etiam per totam Angliam, vt omnes sacerdotes, qui foeminas tenuerint ecclesiis & o-

mini ecclesiastico beneficio priuentur. Dominus Papa nuper mandauit (b) Comiti de Mellento salutem & benedictionem suam hac videlicet conditione, si libertati ecclesiae voluerit fauere, cui hactenus visus est resistere. Sin autem ab introitu ecclesiae tantum illum arcebat, sicut fecerat, prius de illo & de aliis complicibus eius consiliariis regis in literis, quarum exemplar misi vobis. Sed quoniam idem Comes promisit mihi, se conaturum, vt Rex Papae praecipis obediat, permisi ei introitum Ecclesiae a quo detinebatur. De aliis vero nec aliquis nominatur in praefatis literis nec ego vllum certe possum nominare, & omnes sicut audio, ad concordiam inter Papam & Regem nituntur. De his qui inuestituras acceperunt, & de consecrantibus eos, nulla est mutata sententia. Gratias agimus Deo, quia vos Domine Prior, sicut mandastis de agitudine vestra conualescitis, & oramus Deum vt vos in integram sanitatem restituat. Omnipotens Deus vos semper sua gratia protegat semper ad meliora crescere faciat fratres & filii charissimi.

EPISTOLA CXI.

SVO CHARISSIMO DOMINO
Henrico glorioso Regi Anglorum Anselmus
Archiepiscopus Cantuarie fidele
seruitium cum ora-
tionibus.

Non displicere sibi longioris regij Legati moram Roma factam, sed suam a grege diuturniorem absentiam.

Via vestra magnitudo me in suis literis tam honorifice, tanto bonae voluntatis affectu salutem, gratias magnas ago sicut debeo. Quod autem tam suppliciter me rogatis, vt non mihi displiceat quod legatus vester Romam mittendus tantum moratur, vtiq; vestram precem quantum in me est, contemnere non debeo, sed causa magis est Dei quam mea, vnde corde fideli & benigno animo vobis dico, quod tacere non debeo. Mihi quidem aliud displicere, nisi cum propter Deum displicet, non est magnum: sed displicere Deo aliquid, nullatenus est contemnendum: vtiq; non parum displicet Deo Episcopum spoliaribus suis, quam iam Deo vobis inspirate correxistis. Sed Episcopum segregari a suo officio, & ecclesiam a suo Episcopo sine causa, quod Deus approbet, nimis graue iudicat. Expedi itaque animae vestrae quatenus satagitis, vt ego qualiscumque sum Episcopus Ecclesiae, quod Deus vestrae regiae potestati custodiendam commendaui, & regno vestro in pace vestra celeberrime restituatur, & mihi oportunitas vtendi secundum possibilitatem meam officio, pro quo ibi positus sum, diutius non impediatur. Valde quoque mihi timendum est, ne Deo displiceat, & me Dominus Papa iuste reprehendat: (a) quia postquam vos & ego simul conuenimus apud (b) castrum quod vocatur Aquila in tam longo tempore non illi mihi legatum nostrum, per quem quid de tanta re inter nos factum, & quid peragendum sit, cognosceret, & ego eius consilium & iussionem acciperem. Quapropter periculosum est mihi diu expectare vestrum legatum, quem ante proximam natiuitatem Domini, sicut in verbis vestris intellexi, Romam scilicet redditurum speraui, praesertim cum nescio quo consilio, quae ratione nullum terminum modo mihi con-

Lanfrancus
in epist. ad Ro-
man Rotoma,
Archiep. si-
gnificat se e-
dicto per va-
niuersa Ang-
liam publi-
cato causae,
ne quis cleri-
cus uxorem
duceret, aut
ductam reti-
neret: atq; de
hoc edicto ac-
cipienda esse
Ansel. verba
reor.
b Cui erat
nomini Ro-
bertus filius
Rogerii Bela-
lonianensi.

*Quaedam
si illius Con-
cilium post
curiosioris dis-
quisitionem
non occurrit.
Quin potius*

a Cuius epistola
precedent.
b Castrum
Aquila.

hi constituatis. Quoniam igitur plus debet mihi esse de hoc, quod ego ecclesie mihi commissæ præsens esse nequeo, quam de vllâ terrenâ possessione, precor vt mihi aliquem proximum terminum nominetis per literas vestras, quando possim legatum vestrum Romam iturum expectare, quia ego non audeo differre, vt multum dicam vltra proximâ natiuitatem Domini, quin meum legatum mittam. Vale.

EPISTOLA CXII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Reuerendo Gundulpho Episcopo, & Ernulpho
Priori & Archidiacono Cantuariensi Wil-
helmo & omnibus in sua parochia
religionem sui ordinis amo-
re Dei seruientibus
salutem.

Ni fallor, hæc epist. eadem est cum 176. quam producit Balau. c. nt. 2. script. Britan.

Confirmat anathema in presbyteros mulierosos à suo Archidiacono pronuntiatum.

NVper relata est mihi Deo execrabilis & omnibus Christianis odibilis superba quorundam (qui se sacerdotes nominant) præsumptio. Scripsit namque mihi Archidiaconus noster (a) Willelmus: quia nonnulli presbyteri, qui sub eius sunt custodia, iterum repetentes prohibitas scerninas in immunditiam, à qua salubri consilio & iussione abstracti fuerunt, se reuoluerunt. Quod cum idem Archidiaconus vellet corrigere, omnino eius monitionem & susceptibilem iussione nefanda superbia contempserunt. Qui conuocatis secum pluribus religiosis & obedientibus sacerdotibus superbos & inobedientes gladio dignæ excommunicationis percussit. Quam excommunicationem bestialium infania contemnentes ministerium sanctum polluere (quantum in ipsis est) non formidant. Quapropter Ego Anselmus quamuis peccator Archiepiscopus ea autoritate, quam mihi dedit per Archiepiscopatum Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, confirmo eandem excommunicationem, quam fecit idem Archidiaconus, vsque ad satisfactionem eius iudicio suscipiendam.

EPISTOLA CXIII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Garnerio fratri & filio charissimo salutem
& benedictionem Dei
& suam.

Laudat filium ob sanctum paterni reditus & fiderrum simulque monet esse ordinis obseruantissimum.

PRO dilectione, quam in literis tuis ergame intellexi, & pro desiderio reditus mei gratias ago tibi, sicut fratri & filio dilecto. Redittum quidem Deo annuente non differam, quando ipso disponente intelligam, me illum posse rationabiliter facere. Te autem & illum, cuius animæ curam Deus mihi commendauit, studiose moneo, vt non sis negligens, quæ accepistis dicere & custodire, sed sis intentus toto corde ad ea

quæ pertinent ad perfectionem monachi proficere. Verum enim est, quia si monachus nouitius in suo proposito fuerit tepidus, aut vix aut nunquam in religione monachica erit feruidus. Qualem igitur te desideras inueniri in diebus orbitus tui, talem te quotidie stude exhibere, & semper quasi cras moriturus, hodie te præpara ad reddendam rationem vitæ tuæ, & sic de virtute in virtutem proficies. Dominus te dirigat & custodiat.

EPISTOLA CXIV.

HENRICO CHARISSIMO DOMINO
suo gratia Dei Regi Anglorum Anselmus Archiepiscopus Cantuariæ
fidelè seruitium cum
orationibus.

Ad regem mittit, cui tuto possit credere Anselmo renuncianda.

PRæcepit mihi celsitudo vestra in literis suis, quatenus sibi aliquem de familiaribus nostris mitterem, cui familiariter credere possit ea, quæ mihi mandare vellet. Mitto igitur fratrem nomine Gislebertum monachum Beccensem, familiarem meum, cui sic mihi credere potestis quod mihi mandare placuerit. Qui etiam notificabit vobis, quomodo Dominus Baldenibus & Willelmus iam iter Romæ ingressi fuerant, quando vestram suscepi epistolam: & quod audiui de (a) Apostolico Paschali, & de illo qui sedem eius per rapinam dicitur inuasisse. Horantem dico, quia Apostolicus Paschalis secundum Deum ecclesiasticè est electus, & per totam ecclesiam Catholicam iam susceptus & confirmatus. (b) Ille vero inuasor, de quo fama est, nullam habet electionem, aut suspensionem, nisi à filiis diaboli inimicis Ecclesie Dei. Quapropter expectamus, vt super eum cadat, si non ceciderit, quod dixit Dominus: (c) *Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur.* Nec moueri debet aliquis Christianus, si persecutionem patitur Ecclesia Christi, quod idem ipse passus est, & eandem Ecclesiam passuram prædixit: (d) *In mundo iniquis, pressuram habebitis: quam confortat subiungens. Sed confidite, ego vici mundum.* Omnipotens Deus sic vos faciat in hac vita regnare super Anglos, vt in futura regnetis inter Angelos.

EPISTOLA CXV.

DOMINO ET PATRI CHARISSIMO reuerendo Abbati G. frater Anselmus semper quæ Deo placita sunt velle & facere.

Abbati in Episcopum dilecto, reluctanti tamen, consultit vt se gerat.

Dignatur vestra prudentia inæ paruitatis scire consilium de re, de qua agitur, vnde primò oro omnipotentis Dei benignam clementiam, vt ipse totam rem in beneplacito suo disponat. Nostrum autem consilium, quod vnam de vultu Dei prodeat, hoc est quod melius possumus

b Vido epist. 62. supr. En adnot. videtur autè esse hi presbyteri, quos dicebat Norwicenses fuisse speciatim nominat Balau. homomulicariis, cent. a scriptorum Britannia, append. ad dist. 62.

a sic Papam vocat Hist. os supr. Regi notat sic quod, itaui nostri nemo sub Carolo VIII. Regum Regi Papam appellabant, vt aduertere est inter voluenda illius sæculi Chron. Gallica excusa. b scil. Gillelmus Romanus aut Arberio Atellanus. vide Onuph. in Roman. Pontif. c Matih. 10. d Ioan. 10.

a Matih. 11.

b Eccl. 1. c Ibid. 9.

sum intelligere Illi quidem consulo, vt quantum potest, seruata tamen obedientia & pia mansuetudine, animus eius tantum onus fugiat: Vobis autem & alijs, ad quos hoc pertinet, consulo; quia non video de quo melius possit esse, vt illum rogando præcipiendo cogatis, quatenus & eius conscientia securior sit in conspectu Dei; cum non nisi solo timore Dei & obedientia sancta se prouectum conspiciet, & Deus quasi ex debito ad bonum finem perducatur, quod propter se solum inceptum intelliget, & à vobis supernorum iudice retribuetur, quia pia sollicitudine Ecclesia Dei per membra eius sustentare satagit: Vale.

EPISTOLA CXVI.

DOMINO ET FRATRI IN CHRISTO dilecto Odoni frater Anselmus salutem.

Hominem ad purioris vite genus sectandum, iam iam accensum magis magisque accendat.

Si vestra dilectio adhuc amore mundi grauata spinosis sollicitudinibus diuitiarum eius laboraret, oporteret ad mentem ei reducere verba Domini, dicentis: (a) *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis & ego vos requiescere faciam.* Quoniam vero iam prospiciens, quia mundus transibit & concupiscentia eius iam non diligit mundum neque ea quae in mundo sunt, sed quae sursum sunt quarit, non quae super terram: nihil conuenientius illi dicendum video, quam quod scriptum est: *Fili (b) ne differas conuerti de die in diem.* Et: (c) *Quodcumque potest facere manus tua instanter operare.* Ad quam rem fratrem nostrum esse paratum obsequium certum sit vobis signum hec nostra breuis epistola. Qui nouerunt se ituros Romam vel Hierusalem in laculo, si ad ordinem nostrum venerint, & deuote & obedienter se habuerint, omnia vota sua quaecumque uouerunt, compleuerunt. Quippe qui se in partem Dei per vota tradiderunt, postquam se Deo totos tradiderint, totum in partem postmodum non habent redigere; nisi qui quod Deo obtulerunt, sibi velint in proprietatem surripere; & ita non solum indeuoti, immo rei fiant, tam suae abrenunciationis quam professionis, & suae ipsorum damnationis.

EPISTOLA CXVII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS Domino Priori Ernulfo, & Archidiacono Wilhelmo salutem & gratiam DEI.

Vt Robertum relicto Iudaismo amplectentem Christianismum per benigne excipiant & iuuent.

Intimo cordis affectu mando vobis & precor religionem vestram, vt ea hilari pietate, & pia hilaritate, qua omnes Christiani debent occurrere & subuenire de iudaismo ad Christianitatem, fugientis curam habeatis huius Roberti, ne vlla indigentia vel occasione quam auertere possumus, cogatur poenitere, qui propter Christum parentes suos & legem eorum reliquerit. Valde enim D. Antelm. Tom. 4.

ignominiosum est Christianis, & maxime religionis personis, vt hoc negligentia & duritia sua fieri patiantur in praesentia sua. Ordinate itaque vos Domine Prior de elemosyna non perferuentes (qui plus quaerunt quae sua sunt, quam quae Dei sunt) sed per monachum elemosynarium: & vos Dne Wilhelme, ex his, quae mihi ex Archidiaconatu seruare debetis; quatenus ille cum familiola sua nullam duram patiatur indigentiam, sed gaudeat se de perfidia transisse ad veram fidem, & propter ex ipsa nostra pietate, quia fides nostra propinquior est Deo quam Iudaica. Malo enim si necesse esset totum in hoc expendi, quicquid de Archidiaconatus redditibus me contingit, & multo etiam maiora, quam vt iste, qui ad nos quasi ad seruos Dei & veros Christianos de manibus Diaboli fugit, miserè viuat inter nos. Iterum precor & obsecro, vt ostendatis in eo, vos habere Christianam pietatem & Christianitatis amorem: valde enim laedit cor meum indigentia illius siue in victu siue in vestitu. Facite igitur, vt cor meum ab hac laesione quiescat, si illam non amatis: Valet.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM CXVII.

Domino Priori Ernulfo. Priori scilicet Ecclesiae Cantuariensis, post Henricum Baccensem monachum, ad quem sunt epist. 49. 54. 58. 64. lib. 1. nec non aliquot lib. 2. & 3. Ernulfus autem, licet sic scribatur epist. 80. 82. 90. 101. 110. huius libri, & lib. 2. de gestis Anglor. Pont. auctore Galles. Malmesb. Attamen in ms. tabulis nostris, Rog. Honed. Annal. Florentij Vigorn. Chron. & epist. 31. Iuonis Carnotensis scribitur Arnulfus in hanc sententiam: Arnulfus Beluacensis, monasterii Sancti Symphoriani monachus, vir prudens & religiosus, summi de causa, relicto monasterio (sic enim illic legendum est, non Cantuariense, vt constat ex locis superioribus) monasterium regit. D. autem Symphoriani monasterium à Drogoni & Bellouacorum Pontifice conditum fuit ad Austrum in colle, ex aduerso porta urbana, cui D. Iohannis nomen est. Porro locus Iuonis patria quidem Bellouaci, (s. d. agnom nati Carnotensis ob Pontificatum à Carnu gestum) & Arnulfi coetani expungit quadam in duobus scriptoribus Anglis, & comprimit Malmesberie Bibliothecario supra dicente, Arnulfum prius egisse monachum in Cenobio S. Luciani a Bellouaco passus circiter triginta disstanti contra septentrionem in conspectu praeterfluentis Taraminis. Sed id per facile dicitur Bibliothec. qui forte cum accepisset Arnulfum prius exisse monachum Bellouaci, potius in Lucianico, vt pote longe ant. quiori & celebriori, quam Symphorianico suspicatus est Balau cent. 2. vt suam Angliam fattius d. coret pennis, praecise negat, eum fuisse Bellouacum, refragantibus Iuone & Guill. lmo Malmesber. Arnulfi contemporaneis, nec non Anselmo nostro sic fin. e. te ep. 65. lib. 1. Saluta Dn. Arnulfum Beluacensem. Hic igitur Prioratu se Decanatu Cantuariensi laude honorificè, administrato, emicuit dignus, qui praeficeretur Cenobio S. Petri Burgensis in Anglia, tandemq. post Godefrid. (de cuius Pontificatu est scholion nostrum ad ep. 69. lib. 1.) mortem, Reser. si Ecclesia: vbi quam elegantissime sit functus partibus egregie antistitis enarrat Malmesber. in Rosenf. Ep. copis, vbi sub finem, computans a nos sui Pontificatus, ait: Vixit in Episcopatu dies aliquot super nouennium; decessitque quatuor & octoginta annos natus, multa probitatis suae monumenta relinquens. Malmesb. stipulatur Continuator Florentij Vigorn. Matth. Paris in maiore hist. Rogerus

Honed. in anal. Fato tandem cessit anno 1124. & quidem Roma (si Balauus frequenter *Epistola* w fidem mereatur) licet alligati Scriptores Angli, Balauo, seniores annis, ne verbum quidem fecerint. Sed & tam varia, versicolorq; ut ita dicam, de Arnulfo Balai apud Historicis narratio texta est, ut vnicuique perlectis, quid sis lecturus, nescias. Marinus Polon. lib. 4. de Pont. Roman. in Paschali II. loquitur de quepiam Haresiarcha Arnulfo, (sic enim L. g. in nostro MS. cum edit. Antwerp. 1574. legat Argulphum) sed nullius eum dignitatis aut conuentionis facit. Scedelius in registro Chron. dicit eum ex Abbatibus S. Medardi Sueuionensi creatum Lugdunensem Archiepiscopum Supplem. Chron. lib. 12. fuisse abbatem, (sed anonymi apud eum Cœnobij) posteaq; Lugdunensem Archiepiscopum, Canonico Regularium magnificum propagatorem, & insignem verbi diuini præconem: adeo, ut cum Roma grauius insectaretur Clericorum petulantiam ab his fuerit peremptus. Platina in Honorio II. postrema hæc cecinit: a numquam fuerit monachus, eremita vel Presbyter, non pronunciat. Balauum sola reddidit synonimia audacem & mordacem, (quem etenim vidimus in postorem pro assignanda patria, fideliorum in eius morte dicenda non habebimus): me verò securum & ut spero, veracem stabilemque cum proatis Scriptoribus Anglis, testes deprehendi astuantibus & de veritatis gradu delecti. Hoc vnum proderet. Scedelio: quomodo in iudicibus Archiepiscoporum Lugdunensium nomenclaturis apud Dimocharem descriptis, ne vnum quidem deprehendes huius nominis Pontificem: quod & Balauus minime ambit. Solum odium, & quidem plusquam Vatinianum, quo romanam insectabatur Ecclesiam, hocce atramento eius tinxit pennam. At ne quis putet religionem in Arnulfo solum viguisse, sua doctrina habebit hæc monumenta. nempe: Solutiones questionum à Lamberto Cœnobiarcho Bertiniano propositarum, venabili ac in gremio charitatis. De corpore & sanguine Domini lib. 1. faciem tuam non velabis. De sex verbis Domini: vltima Christi in cruce verba. De operibus sex dierum lib. 1. Homelias & Sermones lib. 1.

EPISTOLA CXVIII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS dilectis illis & fratribus Domino Alfero Priori, & aliis seruis Dei in Cœnobio S. Eadmundi sub illo conuersantibus, salutem & benedictionem Dei & suam.

Inuictum in aduersis animum monachorum laudat, & roborat amplius. Huc refer epistol. 61. supr. Suspicio autem monachos illos adeo vexatos ob Abbatibus absentiam, quem Anselmus anno 1102. in Concilio Londinensi ab honore & onere remouerat certis ob causas.

Gratias ago Deo & vobis, pro constantia & patientia vestra, quam habetis in tribulationibus vestris: hortans & obsecrans ut filios charissimos, ne deficiatis, sed longanimiter ut cœpitis Dei consolationem expectetis. Nulla vos aduersitas à seruitio Dei retardet, nihil ab exequenda voluntate eius remoueat. Mementote, quod omnes qui volunt pie viuere in Christo, necesse est, ut tribulationes patiantur. Quam igitur magis tribulationes insurgunt, tanto magis vnusquisque vestrum se per sanctæ conuersationis opus exercent, & in sui ordinis custodia arctius stringat. Quæ si feceritis, sciatis, quod DEI

consolationem prius forsitan quam pœnitentiæ obtinebitis. Nullus vestrum amet aut velit celare peccata sua; sed ea puro & simplici corde Domino Priori, aut cui ipse concesserit, confiteatur; & secundum iudicium eius emendet, & de cætero ut sese custodiat modis omnibus enitatur. Ego autem, qui hoc modo & hac voluntate sua peccata confessi sunt vel cōfitebuntur, quantum possum, ea authoritate, quam mihi Deus concessit, vice Beati Petri Apostolorum Principis absoluo, & ut Omnipotens Deus indulgeat suppliciter oro: Vaglete & orate pro me.

EPISTOLA CXIX.

DOMINO SVO ET PATRI REVERENDO pariter & colendo Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo Mathildis Regina deuota sanctitatis eius ancilla, cum Christo suo salutem.

Semirificam ex Anselmi literis concipere letitiam.

QVOTIENS epistolari beneficio vestre mihi sanctitatis municipium impertitis, totiens innouata lætitiæ luce nebulosam animæ meæ caliginem serenatis. Est etenim vestri quædam & absentis qualiscunque reuissio, & chartulæ cōtractatus, & literæ periucunda sæpiusque recitata relectio. Quid namque vestris Domine scriptis aut stylo ornatius aut sensu referentius. Non (a) his defunt frontonica grauitas Ciceronis, Demosthenis aut Quintiliani. In his sanè doctrina quidem redundat Pauli, diligentia Hieronymi, elucubratiō Gregorii, explanatio Augustini: & quod his maius est, hinc dulcor Euangelici stillat eloquii. Hac igitur mihi gratia diffusa à labiis vestris cor meum & carō mea exultauerunt in affectum vestræ dilectionis, in effectumque paternæ vestre monitionis. Frequentissimo quippe recursum exhortationis vestræ, benignissimæq; obsecrationis memoria cordis mei ianuam reuerberat, obsecutionisque obedientiâ iudicat. Vestræ igitur sanctitatis fauore freta Domino Ernulfo Vintoniensi monacho olimque Sacristæ vobis credo noto Abbatiam (B) Malmesberie in his quæ mei iuris erant, cōmuni vestræ quidem donationi & dispositioni, quæcūque illius sunt ex integro restituitis, ut scilicet tam virgæ, quam curæ pastoralis commissio vestræ discretionis cōtradatur arbitrio. Ei autem vestra bonæ voluntatis gratiæ, quæ erga me nō tepescit, dignum munus te compense nomen gratiæ cœlestis. De cætero vestram Christus dignitatem saluificet, quique vos in terra beatificet, de vestro me reditu citò lætificet: AMEN.

ANNOTATIO IN EPISTOLA CXIX.

Abbatiam (B) Malmesberie. Lingua Vestfalonica dicitur Malmesburh, vulgo Malmesberia vel Malmesburia, sita in Vintoniensi pago, diocesi Saresberienensi in Angliâ: primo inchoata a Meidulpho Scotomonocho: sed anno 657. maxime aucta ditatq; a Leutherio V. Saxonum Episcopo, Agilberti Parisiensis Antistitis nepote: Sed multo dicitur fuisse viris eruditis: inter quos non tenet postremas Guibaldus, à suis Cœnobij nomine cognominatus Malmesberienensis; Præ priorum tamen Homerses, homo impensè doctus, diligensq; Hist.

a Inuictum locum Epistolæ ad Romam ad Romam nachum.

b Est quodam am simile in Roma 14. c Thren. 1. d i. Mach. 2. e ibid. 9. & 10.

Historicus: quem non semel produxi: quig, obiit anno 1142 Porro ex quo Caluini anglu diruerunt hoc monasterium, suisq, mi istellis, vt in eo iuuentutem docerint, nullus illic potuit habitare, aut si quis, vel insanus, vel impius euasit.

EPISTOLA CXX.

DOMINÆ ET FILIÆ CHARISSIMÆ gloriose Regine Mathildi, Anselmus Archiepiscopus Cantuarię fidele seruitium cum orationibus.

Noluit Anselmus in Abbatem subornare, qui sibi miserat scyphum. Vide S. viri integritatem.

NOuerit Excellentia vestra, dilectissima Domina, de Abbacia Malmesberienſi, & de fratre illo, de quo mihi mandasti, libenter confirmarem voluntatem vestram si possem. Vos enim quatum ad vos spectat, bene & secundum Deum fecistis, quod inde fecistis: sed fecit ipse in hoc quodam valde insipienter, quod facere non debuit. Nam per eosdem legatos, qui mihi literas vestras & aliorum de suo negotio attulerunt, misit mihi scyphum vnum. Quem quidem scyphum nullatenus retinere volui, sed inde dolui, quia non video, quomodo in hoc possit a culpa excusari. Omnipotes Deus dirigat omnes actus vestros in beneplacito suo, & defendat vos ab omni malo: Amen.

EPISTOLA CXXI.

PATRI DILECTISSIMO ANSELMO Cantuariensi Archiepiscopo (A) Girardus Eboracensis Archiepiscopus, Robertus Cestrensis, & Herebertus Noruicensis, & Radolphus Ciceſtreſis, & Samson Vvigornienſis, & Wilhelmus Vvintonienſis electus salutem.

Anselmum in Angliam inuitant, pollicentes operam suam.

Sustinuimus (b) pacem, & ipsa longius recessit: Quasiuimus bona, & inualuit turbatio. Via [c] Syon lugent, quia eas conculcant incircumcisi: Templum mereret, quia intra sancta sanctorum & ad ipsam aram irruerunt laici. (d) Exurge, vt olim senex ille Mathathias, habe in filiis tuis virtutem; vide strenuitatem Ionathæ, prudentiam Simonis. Hi tecum præliabuntur prælium Domini: & si ante nos appositus fueris ad patres tuos, de manu tua suscipiemus hereditatem laboristui. Sed iam non est tibi pigritandum; vt quid enim peregrinaris, & oues tuæ sine pastore pereunt? Iam apud Deum nulla tibi remanet exculatio. Te enim non solum subsequi, sed & perire, si iusseris, parati sumus. Veni ergo ad nos, vel nos aut ex nobis aliquos ad te venire iube, ne dum seiuncti à te sumus, in sinistram te partem inclinent eorum consilia, qui sua quærun. Nos enim iam in hac causa non quæ nostram, sed quæ Dei sunt quærimus.



Gerardus (A) Eboracensis Archiepiscopus, & Robertus Cestrensis Episcopus, & Herebertus Noruicensis, & Radulfus Ciceſtreſis, & Samson Vvigornienſis, & Wilhelmus Vvintonienſis &c.] Ad Gerardum sunt epistola 53. & 60. supra. qui ex Herefordensi Episcopo post Thomam Baiocensem Archiepiscopum Eboracensis inulas adeptus est. Eboracum vero, Anglice iortz, Gallice York est vrbs celeberrima, insula Anglicana ad Aquilonem inter Vscam & Fossam flumina, que ipsam præterlabuntur ciuitatem, ac inde simul iuncta Humbrum influunt. Licet autem post annum salutis reddita 182. fuerit Sedes Archiepiscopalis, tamen à quibusdam translata fuit ad Hangustaldum eiusdem Archiepiscopatus villam, vt scrupulo se obseruauit Malmesber. in Archiepisc. Eboracensibus.

Roberto Cestrensi fuit cognomen de Limesia, seditq, annos supra triginta, vt legi in Tabulis MS. Cestrenſium Episcoporum nostræ Bibliothecæ.

Herebertus inter Orientium Anglorum Episcopos primus dictus est Noruicis à vico Noruic, commercio populig, frequentia celeberrimo, quod Herebertus Cathedraliam transiit. Priores enim Antistites Domucenses & Helmonenses, tandemq, ex duobus sacerdotiis vnum effectum est apud Helmacham villam; ex qua Agelmarius, seu Ethelmerus Thedfordum recessit, vt Helmanensium Episcoporum Tabula MS. in nostra Bibliotheca testatur, quod tamen à Malmes. lib. 2. de Font. Angl. video tribus Herfasto, qui in nostro ms. præponitur Agelmario. Herebertus denique vir magnanimus, & admodum literatus, pius monachus & Prior Fiscannensis, deinde Abbas Ramesiensis, & ex Abbate Ramesiæ empto præſulatu Thedfordensis Ecclesiæ factus est Episcopus: Pœnitens vero Romam profectus est, indulgentiæq, accepta reuersus, sedem transportauit ad Noruic, ibiq, monachorum cõgregationem condita Ecclesia sanctè instituit. Hucusq, de Hereberto noster ms. codex.

Radulfus Ciceſtreſis: ita restitutum ex ms. tabulis Ciceſtreſium Præſulum, impressis Florentij Vigor. ceterisq, historiis Britannie excusis. Nam exemplar haru epistolarum calamo exaratum legebat Robertus: forsitan ex Librarij incogitantia alterius Roberti nomē ruminantis.

Samson Vvigornienſis: non Satiso, quem admodum legitur luon. Carnot. ep. 76. Cuius tamen scholion mouet in aliis codicib. haberi Sanſon: & nos ita legimus ex plurimis Scriptorib. Angl. & ms. tabulis Vvigor. Episcop. in hunc modum: Anno 1096. Sanſon Baiocensis consecratus est ab Anselmo Archiep. in Ecclesia S. Pauli Londonienſis, 27. cal. Iulij. Hic fuit frater Thomæ Eborac. quæ p̄mouit Odo Baiocens. Episc.

Guillelmi Vvintonienſis meminit Anselmus ep. 70. f. 95. & 105. scilicet. Has autem Britannij Antistites de reo literas mittunt Anselmo, quia etsi ab Henrico Rege vniuersa sui Archiepiscopij prædia & iura recepisset in Conuenco Aquileſi, vt apparet ex epist. 110. 111. sup. distulit tamen reditum in Angliam, quia nolebat cum Pontificib. à Rege inuestitis versari. Eam ob rem d. nro postremoq, Guillelmus Vvarleuſt Regis, & Ba duinus Anselmi Legati Romanæ contedere: vnde tandem litis diutissime contestate, tãq, iniqua hõ re illere iudicium ab ore Paschalis: scilicet electos Præſules ab Anselmo recepturos annulum & virgã pontificiã: Regi vero facturos fidelitatem. Interea dum Romanæ iretur, crebra ex Anglia querimonie & lite a perserebantur, vt quàm citissime rediret. Videbant enim vniuersi Episcopi, omnia in peius uere & retro sublapsa referri, volebantq, mediari, sed non valebant nisi Anselmo presente.

EPISTOLA CXXII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Cantuariensis amicis suis & Coepiscopis,
quorum literas per latorem præ-
sentium suscepit, salu-
tem.

*De Ecclesia Anglicana & Episcoporum miseria dolet,
lataturq; de ope, ab eis sibi promissa.*

Condoleo & mente compatio tribulationi-
bus, quas vos & Ecclesie Angliæ sustinetis:
sed ad præsens secundum meam & vestram volū-
tatem subuenire nequeo, quia nondum quid &
quantum possum sum certus, donec per legatos
nostros, quos in pximo Romam redituros expecto
quid apud Dñm Papam effecerint cognoscam.
Bonum tamen & gratum mihi, quia tandem cog-
nosceatis, ad quid vos perduxit, ut mitius dicam;
vestra patientia; & quia promittitis mihi auxiliū
vestrum non in mea sed in Dei causa, & inuitatis
me, ne pigriter venirem ad vos: Quamuis enim
hoc modo facere non possim, quia Rex non vult
me esse in Anglia adhuc, nisi discordem à iussione
Papæ, & eius concordem voluntati: & ego non-
dum certus sum, quid possim, sicut dixi, tamē gau-
deo p̄ vestra bona & Episcopali voluntate & cō-
stantia, quam promittitis; & exhortatione, quam
mihi facitis. Ut autem aliquos ex vobis ad me ve-
nire faciam, sicut poscitis, ne dum seiuncti sumus
ab inuicem, perueriant consiliū meum, qui sua
querunt, ad præsens non opinor oportere. Spero
enim in Deo, quia nullus cor meum à veritate in-
quatum cognosco poterit auertere: & quia in p̄-
ximo Deus mihi, quid facere quæam, ostēdet; &
ego quam citius potero vobis notificabo. Quid
autem interim vobis faciendum sit, prudentia ve-
stra satis intelligit: sed tamen dico, quia ego in quā-
tum sperando in Deo conscientiam meam sentio
pro redimenda vita mea, non præberem assensū;
neque ministrum aut executorē mali me face-
rem, quod audio nouiter super Ecclesias Angliæ
promulgari. Valete.

EPISTOLA CXXIII.

SVO DOMINO ET PATRI HUGO-
ni, reuerendo Archiepiscopo Lugdunensi, matri
Ecclesie sincere diligendo Anselmus ser-
uus Ecclesie Cantuariensis, quod
altius & quod melius valet
intelligere.

*Hastantem se in nonnullis rogat firmari prudentibus
Archiepiscopi responsis.*

Quid fecerim, postquam à paternitatis vestre
amabili præsentia discessi, quidē sit inter
Regem Angliæ & me, non est opus longa episto-
læ narratione significare, quia præsentium pleni-
us & melius possunt viua voce referre. Quoniam
autem in omnibus actionibus meis vestro vellē, si
fieri p̄ffert, super omnes homines quos noui, uti
consilio, maximē in hoc negotio, pro quo eodē
legatos Romam mitto supplex, ut ipsi instruatur
& muniantur vestra prudentia rogo. Audeo etiā
rogare, ut si sanctitati vestre videretur cōuenire, a-
liquid Dño Papæ suggerat, p̄t ipsi negotio intel-
liget expedire. Scitis enim, quia vbi rei alicuius

dispositio de ditionum pendet consilio, sicut
non omnes eundem habent sensum, ita non eun-
dem præbent assensum. Quoniam ergo mentem
vestram certus sum solidatam in veritate, velle
sententiam vestram esse præsentem, vbi cunquē
tractatur de Ecclesie Dei libertate & verā utilita-
te. Tota difficultas causæ inter Regem & me iam
in hoc maximē videtur consistere, quia Rex, quā-
uis de inuestituris ecclesiarum Apostolicis decre-
tis se vinci ut spero permittat: hominiam tamē Præ-
latorum non vult ait dimittere. Qua de re sua le-
gatione sedem requirit Apostolicam, quatenus in
hoc suæ voluntatis impetret ab ea licentiam: Quā
si adeptus fuerit, dubito quid me facere oporteat
si aliquis religiosus electus homo Regis pro Epi-
scopatu vel Abbacia fieri respuat. Durum enim
mihi videtur, ut hoc illi præcipiam per obedi-
entiam, & si non fecero, videbor inreligiosis hoc fa-
cere volentibus laxare accedendi indignē ad di-
gnitates audaciam. De illis quoque, qui iam inue-
sturas prohibitas acceperunt, & de his, qui eos
sacrauerunt, puto quia Rex postulabit, ut in hoc
permaneant, quod illicite præsumperunt. Qua-
propter de his, & de quibus per nostros legatos
vestram requiro sapientiam; vestram mihi posco
insinuari sententiam. Omnipotens Deus diu ve-
stram sanctitatem cum omni prosperitate seruet
incolumem. Amen.

EPISTOLA CXXIV.

OPTABILI ET TOTIS VISCERI-
bus amabili Patri suo & Domino Anselmo vene-
rabili Anglorum Episcopo Hugo Lugdu-
nensis Ecclesie seruus diuinæ pro-
tectionis continuam con-
tolationem.

Respondet ad præcedentem.

Meminit Sanctitas vestra, reuerende Pater,
nos semper desiderasse, & si secundum De-
um fieri posset, vobis consuluisse, ut commissam
vobis Angliæ Ecclesie curam reciperetis, & tam
gravis oneris iugo pro cōmuni cōmissi vobis gre-
gis salute obedientiæ collum subdere non recu-
saretis. Nunc igitur ex Dn. Balduini relatione cō-
perio, quod illud, propter quod assequendum tanto-
perē hactenus laborastis, & tantolum vestra, sed
& vos ipsum exposuistis per Dei gratiam: Iam tā-
dem ex magna parte assecuti estis, ut ad illud, quod
restat sperandum, animari possitis; consulendo p̄-
camur & precando Sanctitati vestre consulimus;
ut Apostolico præcepto obedire non dissimuletis
ne sententiam vestram plaris faciendū quod Aposto-
licam auctoritatem, non solum sæculo & regno;
verumetiam Ecclesie & sacerdotio resistere iudi-
cemini. Licet n. in Angliæ Ecclesie agro aliud se-
men supra petram; aliud secus viā; aliud verò ca-
det inter spinas: sed & bona terra inuenitur in eo;
quæ suscepto prædicationis vestre semine fructū
afferet in patientia. Sed me miserum! quoniam ipse
author & incensor fio desolationis meæ, qui vni-
cum solamē & gaudiū meum & animam meam post
Deum vitam remouere contendo à conspectu o-
culorū istorum, quos humaniter gestare videor;
dum id quod gratis frui solebant, videlicet dul-
cissimi patris mei præsentiam non solum eis vide-
re, sed etiam ulterius se vituros sperare non relin-
quitur. Sed absit, ut pro temporali cōmodo meo
genera-

a Vera obedi-
entia mon-
achorum ma-
ximaliumq;

b Sancte
qui su-
ordinem su-
miser custo-
dit.

c Ecclesie
d Conu-
episc. 30. su-

e Non est p-
randum p-
entum par-
licet vni-
si maius.

generali tot tantorum saluti inuideam; imo non quæ mea sunt, sed quæ Iesu Christi sunt quarum. Habe me igitur, Beatissime Pater, in sinu memoriæ tuæ: quandoquidem mihi non conceditur inspicere vultum præsentis tuæ. Optamus semper bene valere, & salutis nostræ curam gerere:

EPISTOLA CXXV.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Reuerendæ Abbatisse Eulaliæ, & filiabus
eius salutem:

Gratissimas habet Antistita filiarumq; preces suo nomine ad Deum suas.

GRatias ago religiosa dilectioni vestræ, quia pro me orastis, quandiu extra Angliam fui in exilio, desiderantes reditum meum: nunc autem desiderantius rogo, vt oreis; quatenus fructuosus sit reditus meus. Hoc volo vt sciatis, quia dilectio mea erga vos, ex quo vos cognoui; & viuit & perseverat, & quamdiu viuam, Deo dante; perseverabit. Quapropter ipsa eadem dilectione manente, quamuis non egeatis aliquid, tamen vobis scribam, vnde me vos diligere, & curam vestri habere cognoscatis. Vos sorores dilectæ, & filiæ mee hortor & moneo, quatenus matri vestræ subiectæ & obediens sitis, non tantum ad humanum oculum, sed etiam ad oculum Dei, cui nihil est secretum. Tunc (a) autem est vera obedientia, quando voluntas subiecti obedit voluntati Prælati, vt vbiunque sit subiectus hoc velit, quod intelligit velle Prælatum, quod non sit contra voluntatem Dei. Congregatio vestra templum Dei debet esse & templum Dei sanctum est: Si ergo sanctè viuatis, vt spero, templum Dei estis. Sanctè (b) autem viuatis, si ordinem & propositum vestrum diligenter custoditis: diligenter verò hoc facitis, si minima non contempnitis. Vestrum enim propositum semper debet niti ad perfectum, & toto corde horrere defectum. Scriptum est enim: *Qui modica (c) despicit, paulatim decedit.* (d) Qui autem decedit, non proficit. Proinde, si vultis proficere, & horretis deficere, nolite modica despiciere: vtique sicut verum est, qui modica despicit, paulatim deficit: ita verum est, quia, qui modica non despicit, paulatim proficit. Nolite putare, (e) aliquod peccatum esse paruum, quamuis aliud alio sit maius. Nihil enim, quod sit per inobedientiam, quæ sola eiecit hominem de paradiso, paruum dici debet. Quod enim peccatum paruum erit, si testate veritate, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: & qui dixerit racha, reus erit conuicio; & qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis? Rogo igitur filia charissimæ, vt nihil negligatis, sed opera vestra & corda vestra in conspectu Dei custodire semper studeatis. Pacem inter vos habete, quia in pace factus est locus Dei, & pax multa, diligentibus legem Dei, & non est illi scandalum.

Corde & ore vobis benedictionem & absolutionem Dei oro, & meam in quid valet quantum possum do & mando: Valete.

D. Anselm. Tom. 4.

EPISTOLA CXXVI.

SVO CHARISSIMO DOMINO HENRICO Dei gratia Anglorum Regi, & Duci Normannorum Anselmus Archiepiscopus, fidele seruitium cum orationibus.

Vni Ecclesia Episcopum canonicè sacratum, non posse alteri Ecclesia præfici, insciis Papa, Archiepiscopo & Episcopis Comprovincialibus, vt cum Iuone Carnot. loquar epist. 60. & 65.

Mandauit mihi dignatio vestra per electum Episcopum Wintoniensem, vt sibi scriberem, vtrum Dominus Heruæus, Episcopus Bancorensis, possit constitui Episcopus in Ecclesia Lexouienfi. Hoc vtique facile fieri non intelligo. Sicut enim nullus Episcopus sacratu debet alicui Ecclesiæ sine assensu & consilio Archiepiscopi & aliorum Episcoporum totius Prouinciæ: ita qui sacratu est Episcopus, non potest constitui in alia Prouincia Episcopus canonicè sine consilio & assensu Archiepiscopi & Episcoporum eiusdem Prouinciæ cum authoritate Apostolica, nec sine absolutione Archiepiscopi & Episcoporum Prouinciæ, in qua sacratu est. Quæ absolutio fieri nequit, sine magna & communi consideratione & consilio eorum, sine quibus consecrari vt dixi non potuit: & quamuis Episcopatus eius ita videatur destructus, vt in eo manere non possit. Omnipotens Deus dirigat vos in hac & in aliis actionibus vestris. A M E N.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM CXXVI.

Vtrum Dominus Heruæus Bancorensis possit constitui Episcopus in Ecclesia Lexouienfi

Heruæus.] Polydoro lib. II. histor. Angl. Henricus. Sed Malinesb. Hon. d. Matthæus Paris, MS. Schedæ Episcoporum Helysium certiore faciant fidem, quæ eum Heruæum vocant: primum f. u Bancoriensis Antistes, successor Davidis, illius scilicet eg. eg. hyper. spissa Henrici Quinti Imperatoris, ob iniquam probrosam, Paschalis Secundi Papæ captiuitatem. Erat aut. in Bancor. (vnde & Bancoriensis, Bangorier. sis, & Bancorensis formantur) tempore Britonici ciuias, & Arturo Regi Sedes Pontificia in Vvalla tertia parte Insule Britannicæ ad vmbilicem Gallie, (qui quidem locus in Armania Venedotarum terra) haud procul à traiectu in Monam Insulam Britanico vocabulo fuit appellatus Banchor, nunc verò Bangora seu Bancora. Illic autem testimonio Bedæ lib. 2. hist. eccl. Angl. cap. 2. floruit Cænobium duorum millium monachorum, qui eptarcha regebantur. Diuus Bernhardus in vita S. Malachie copiosorem fuisse gregem insinuat, addens, ob maiorum priorumq; incolarum sanctitatem, fuisse illic conditum Oratorium ab eodem Malachia, & inhabitatum. Henrico autem Primo Rege, cum solo equatum fuisse locus Episcopatus, vt nec esse, in quo Episcopus pedem figeret, petijt à Rege sibi dar. Lexouiersem Ecclesiam: sic enim scribo, non Luxouiensem, vt epist. 174. 178. 179. 181. Iuon. Carnot. Alioquin nihil videas discriminis inter Ecclesiam Lexouiensem Pontificiam Lugdunenfi secundam in Neustria, & Luxouienfi Cæ-

N 3 n. bium

a Vera obedientia monachorum monialiumq;

b Sanctè viuatis, qui suum ordinem firmiter custoditis.

c Eccles. 19. d. Coniuge epist. 30. sup.

e Non est peccatum paruum licet vni alio sit maius.

nobilium, Volumbano protocenobiarca illustra conditū in Burgundia non in Germania. vt se. fit Robertus Cenalis Abrincatum Episcopus li. 2. de re Gallica, perioche nona. Burgundiam enim semper Gallici fuisse iuris Guillel. Paradisus ostendit cap. 10. sui libri de antiquo statu Burgundia. Cū igitur ob causas ab Anselmo redditas, (sic enim lego factitatum ab luone Carnotens. in transferendo Gualone ab Ecclesia Bellouaca, cui sacraus fuerat, ad Parisiensem, epist. 169. iuxta finem, & 171.) Heruæus Lexouiesem nequiret obtinere sedem; Lincoliensisque diocesis longius protēderetur; ad minuendam Episcopi curam & laborem, Concilio habito, nouus Episcopus positus est in Helyensi Cœnobio, anno Christi 1109. Ansel. postremo, Henrici Regis 9. Est verò Helys, (vnde & Helyensi monasterio nomen) insula ad Austrum Angliæ, dulcibus aquis circumfusa intra limites Catabrigiensis Comitatus, quem Heruæus impetrauit, vt tibi posterisq; esset abunde, quò viuerent honeste pro dignitate.

EPISTOLA CXXVII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
filia suæ charissimæ Sanctimoniali Mabilis salutem & benedictionem
Dei & suam.

Vt virgo Deo sacrata secularium abstineat conuersationem.

Diligo te, & eo modo, quo diligo animam meam, diligo etiam tuam. Meam autem diligo, vt in hac vita mereatur frui Deo, & in futura vita fruatur: hoc amo & desidero de te. Quapropter hortor & moneo te, sicut filiam charissimam, vt non delecteris secularibus, quia nemo potest diligere & secularia & aterna bona. Nolo te amare secularium conuersationem, sed claustralem. Nihil tibi & huic mudo: si vis esse monacha & sponsa Dei: Dic cum Beato Paulo Apostolo: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: Reputa omnia huius mundi transitoria tanquam stercorea cum eodem Apostolo. Filia mea in quo indiges visitare aliquos propinquos tuos, cū ipsi nullomodo egeant consilio & auxilio tuo nec tu aliquod consilium aut auxilium accipies ab illis ad propositum & professionem tuam, quod non inuenias in claustro tuo: diuisum est propositum vitæ tuæ à conuersatione illorum. Nec illi fient propter te monachi, nec tu redibis propter eos ad secularem vitam. Quid ergo dilecta mea in Deo tibi & illis: si nec tu prodes illis ad vitam, quam sequantur, nec illi tibi ad hoc, quod maxime debes diligere. Si ipsi volunt te videre, aut egent aliquo modo consilio tuo aut auxilio veniant ad te, quia illis licet vagari & discurrere per diuersa: tu noli ire ad eos, quia tibi non licet exire de claustro, nisi ea necessitate, quam Deus testetur. Noli filia mea; noli amare seculum, quia amicus huius sæculi inimicus Dei constituitur. Noli amare familiaritatem secularium, quia, quanto magis illis eris propria voluntate familiaris, tanto minus eris Deo & familiaribus eius Angelis familiaris. Non sis sollicita notificari in sæculo, quia tanto magis dicet tibi Deus; nō noui te. Soli Deo desiderata placere: solum Deum & ea quæ te ad hoc

iuuent concupisce cognoscere. Illi te quotidie commenda. illi te quantum in me est commendo. Ipse regat & dirigat & custodiat semper: Amen.

EPISTOLA CXXVIII.

DOMINÆ ET FILIÆ CHARISSIMÆ Mathildi, gratia Deigloriosæ Regina Anglorum, Anselmus Archiepiscopus cum fidei seruitio fideles orationes, & gratia Dei in hac vita & in futura semper gaudere.

De re iniusta & inaudita, hominibus, quam alius anser sit, non posse testificari.

Lator presentium, detulit mihi sigillum vestrum cum literis ex vestra parte, quæ mihi significabant, vos velle vt eius infamia meorum literarum testimonio propelleretur, propter quandam purgationem, quam fecerat, & vt mea intercessione a Domino meo Rege recuperaret, quod eius iussione perdiderat. Voluntatem quidem vestram nec debeo nec volo contemnere: sed certus sum de benignitate Celsitudinis vestræ, quia vos non vultis me aliter quicquam quam oportet facere. Scit utique prudentia vestra, quia non pertinet ad me testimonium phibere de his, quæ nec vidi nec audiui, sed ad eos qui viderunt: nec meum est, pro eo cuius vitam & mores ignoro intercedere, vt ea quæ iussione regia perdiderat recuperet. Precor itaque, vt benignæ celsitudinī vestræ non displiceat, quia dubito facere quod intelligo ad me pertinere. Omnipotens Deus sua vos benedictione assidue protegat & dirigat: Amen.

EPISTOLA CXXIX.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE Cantuariensis verè dilecto dilectori suo venerando Abbati Cœnobii Sancti Andæni Helgogo quicquid melius amico considerari potest.

Ad Cœnobium situm Rothomagi, & à Northmannis paganus euersum excitauit Richardus, Rollonis filius & successor. Gemmetuens. libr. 7. H. st. Ducum Northmannorum cap. 22. Huius autem Cœnobii à Clotario I. Francorum Reg. edificari annus Christi 504. per Rolloem pagannum primò combusti 741. secundò 468. tertiò 833. annus erat notatus in tabula Paschali eiusdem Cœnobii anno 1607.

Quo pacto res sibi habent exponit amico id seuerè cupidissimo.

Verus amicus semper sollicitus est de vero amico sicut de se altero, vt sciat quæ erga illum sunt, quatenus aut congaudeat aut compatiatur, secundum quod sunt. Et cū nullus amet dolorem, miro tamen modo, si est vnde condolendum sit, magis tamen desiderat hoc scire, vt condoleat, quam ignorare; vt nihil doleat. Desiderat dilecta & dulcis mihi vestra dilectio scire statum meum, & quicquid mihi sit, vt quemadmodum cor meum sese in me habet, ita & cor vestrum

pro me se habere. Gratia Dei disponente, & vestris & aliorum seruatorum Dei amicorum nostrorum orationibus suffragantibus (a) in Angliam nuper reuersus sum, cum magno gaudio & honore, quantum in hominibus fuit, susceptus sum à maioribus & minoribus, à Prælatiis & sublitis. Quod audistis, quia Dominus meus Rex mihi commendauit regnum suum & omnia sua, ut voluntas mea in omnibus quæ sua sunt fieret, verum est. In quo benignitatem voluntatis suæ, & magnam dilectionem suam erga me monstrauit. Sed quoniam scriptum est: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*; & alibi: *Omnia mihi licent, sed non omnia adificant*; non puto esse mihi consiliū, ut aliquid magnum adhuc per me tentare incipiam: sed cum Deus sua gratia Regem nobis cum ea bona voluntate quam intelligi reduxerit; spero, quia Deus sua gratia per illum in nobis operabitur multa ad honorem suum, unde gaudeamus. Secundum quod varietates huius sæculi permittunt, omnia mihi & in corpore & in aliis rebus Deo dante prospera sunt, præter corporis imbecillitatem, quam quotidie mihi crescere sentio. Omnes illæ benedictiones, quas mihi oratis in literis vestris, veniant etiam super caput vestrum. Saluto fratres nostros, dilectissimos filios vestros, & ut memores mei sint, oro.

EPISTOLA CXXX.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE Cantuariensis dilecto fratri P. monacho Cœnobii Sancti Martini Sagii, salutem, & gratia Dei semper dirigi & consolari.

De hoc Cœnobio diximus ad epistolam 23. supra: Monachi Hierosolymam profecturantis, desiderium improbat.

Avdini, amice mi charissime, quia desideras ire Hierosolymam. Vnde in primis dico tibi, quia nō est hoc desiderium tuum ex bona parte, neq; ad salutem animæ tuæ. Est enim contra professionem tuam, qua p̄misisti stabilitatem coram Deo in monasterio, in quo habitū monachi accepisti; & est contra Apostolici obedientiam, quæ præcepit magna autoritate sua, ne monachi hanc viam arripere præsumerēt, nisi aliqua persona religiosa quæ utilis esset ad regendam ecclesiam Dei & docendum populum, & hoc non nisi consilio & obedientia Prælati. Ego præsens affui, quando istam sententiam Apostolicus promulgauit. Est etiam contra obedientiam Abbatis tui, cuius voluntas hoc odit & execratur, sicut periculum animæ tuæ.

EPISTOLA CXXXI.

PASCHALIS EPISCOPVS SERVVS seruatorum Dei venerabili fratri Gerardo Eboracensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Hanc Paschalis epistolam, reculit Wilhelmus Malmesberiensis lib. 3. de Pontificibus Anglis in Episcopis Cantuarie Case: vbi obseruat, à Gerardo non fuisse lectam, quia præuenerat usum Apostolicū.

De hoc Gerardo vide particula notata ad ep. 121. s. ut fidelitatem pro antiqua consuetudine Anselmo faciatur.

Guamquam prauè aduersum nos, imo contra matrem sanctam Romanam Ecclesiam te non (a) ignoremus egisse: præsentibus tamen literis tibi mandamus, ut professionem tuam Venerabili fratri nostro Anselmo Cantuariensi Episcopo facere non negligas. (b) Audiuius enim Thomam quondam prædecessorem tuum ex hac eadem re contentionem mouisse; & cum in præsentia Domini Alexandri Secundi Papæ ventilata esset, ex præcepto eius definitione habita post varias quæstiones Lanfranco prædecessori suo, & successoribus suis eandem professionem fecisse. Vnde & nos, quod tunc temporis definitum est, volumus authore Deo firmum illibatūque seruari. Data Beneuenti pridie Idus Decemb.

EPISTOLA CXXXII.

ALEXANDRO GRATIA DEI SCOTORUM Regi Anselmus seruus Ecclesiæ Cantuariensis salutem & fideles orationes, & benedictionem Dei & suam quantum valer.

Alexander fuit Malcolini Scotorum Regis filius, & frater Mathildæ Regina: cuius ad Anselmum, Anselmūq; ad eam scriptas epistolas supra vidimus. Gratulatur Regi in paternum solium euecto.

Gratias ago Deo, & gaudemus Ego & tota congregatio Ecclesiæ Christi Cantuariensis quia Deus vos in regnum paternū hæreditario iure post (a) fratrem vestrum sublimauit: & quia vos moribus dignis regno decorauit. Pro fratre vestro, qui sanctè viuendo meruit, ut de hac vita bono fine misericordia Dei transiret, sicut pro dilecto dilectore nostro secundum petitionem vestram oramus & orabimus, ut Deus animæ illius gloriæ suæ cum electis suis gaudium æternum tribuat, & æternam beatitudinem concedat. Scio, quia Celsitudo vestra meum amat & desiderat consilium. In primis igitur oro Deum, ut ipse vos sancti sui Spiritus gratia sic dirigat, & in omnibus actibus vestris consilium attribuat, ut ad regnum cœleste post hanc vitam perducatur. Nostrum autem consilium est, ut timorem Dei & bonos ac religiosos mores, quos in adolescentia & ab infancæpisti habere, ipso adiuuante à quo accepistis, studeatis tenere. Tunc enim bene Reges regnant cum secundum voluntatem Dei viuunt & seruiunt ei in timore: & (b) cum super seipsos regnāt, nec se vitis subiiciunt; sed illorum importunitatem constanti fortitudine superant. Non enim repugnant in Rege virtutum constantia & fortitudo regia. Quidam enim Reges sicut Dauid & sanctè vixerunt, & populum sibi commissum cum rigore iustitiæ & pietatis mansuetudine, secundum quæ res exigit, rexit. Sic vos exhibete, ut mali vos timeant, & boni vos diligant, & ut vita vestra semper Deo placeat, semper mens vestra vindictam malorum, & præmium bonorum post hanc vitam memoriam retineat. Omnipotens Deus vos & omnes actiones vestras nulli alii, quam suæ piæ dispositioni committat. De fratribus nostris, quos in Scotiam secundum voluntatem

a Præuicacit Gerardi legæ re est ep. 74. sup. Is n. 200 erat regioris legatoris, qui Paschali impo posuerat. b Qui ex cano nico Baiocensi in Normania, Wilhelmi Nothi munificencia accepit Pontificatum anno 1070. De hoc & huius linc historia lege Malm. lib. 1. de Per. Angl.

a Hinc erat nomen Edgari, qui obiit anno 1105. 6. idus Ianuar. Hon. in Annalibus.

b Reges bene regnans cum super seipsos regnant.

fratris vestri, qui de labore huius vitæ sicut credimus ad requiem transiit misimus, benignitatem vestram rogare necesse non putamus, quia bonam voluntatem vestram non ignoramus.

EPISTOLA CXXXIII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
amico & filio charissimo Roberto, & sororibus
& filiabus suis dilectissimis Seit, Edit, & Hydit,
Lunem, Virgit, Godit salutem & benedictionem Dei & suam, si quid
valet.

*Petit am mittit exhortationem, diuini instituti con-
gaudens nomine.*

GAudeo & gratias ago Deo, de sancto proposito & sancta conuersatione, quam inuicem habetis in dilectione Dei & vitæ sanctitate, sicut didici per fratrem & filium nostrum Guilhelmum. Poscit vestra chara mihi dilectio filia charissime, ut aliquam vobis scribam admonitionem, quæ vos doceat & accendat ad bene viuendum, quantum vobiscum habeatis dilectum filium nostrum Robertum, cui Deus inspirauit, ut vestri curam secundum Deum habeat, & vos quotidie, qualiter viuere debeatis, verbo & exemplo edoceat. Quoniam tamen sanctæ petitioni vestræ, si quid possum, fauere debeo; pauca vobis vestro competentia desiderio scribere tentabo. Filia charissimæ, omnis actio laudabilis siue reprehensibilis ex voluntate habet laudem vel reprehensionem. Ex voluntate namque est radix & principium omnium actionum, quæ sunt in nostra potestate: & si non possumus quod volumus, iudicatur tamen coram Deo unusquisque de propria voluntate. Nolite igitur considerare tantum quid facitis, sed quid velitis: non tantum quæ sunt opera vestra, quantum quæ sit voluntas vestra. Omnis enim actio, quæ fit recta id est iusta voluntate recta, & quæ fit non recta voluntate non recta est: iusta voluntate dicitur homo iustus, & iniusta voluntate dicitur iniustus. Si ergo bene vultis viuere, voluntatem vestram indeinenter custodite in magnis & in minimis: In his quæ potestati vestræ subiacent, & in his quæ non potestis, ne aliquatenus à rectitudine declinet. Si autem vultis cognoscere, quæ vestra voluntas sit recta: illa pro certo est recta, quæ subiacet voluntati Dei. Cum ergo aliquid magnū vel facere disponitis vel cogitatis: ita dicite in cordibus vestris: vult Deus ut hoc velim, an non. Si vobis respondet conscientia vestra, verè vult Deus ut hoc velim, & placet illi talis voluntas: tunc siue possitis siue non possitis quod vultis, voluntatem tamen amate. Si autem conscientia vestra vobis testatur, quod Deus non vult vos illam habere voluntatem, tunc toto conatu auertere ab illa cor vestrum; & si bene illam à vobis vultis expellere, in quantum potestis, eius cogitationem & memoriam à corde excludite. Quomodo autem prauam voluntatem aut cogitationem à vobis excludatis: hoc paruum consilium quod vobis do intelligite & tenere. Nolite litigare cum peruersis cogitationibus vel peruersa voluntate: sed cum vobis inuictæ sunt, aliqua

vili cogitatione & voluntate mentem vestram, donec euanescent, fortiter occupate. Nunquam enim expellitur de corde cogitatio vel voluntas, nisi alia cogitatione & alia voluntate, quæ illis non concordat. Sic igitur vos habete ad inutiles cogitationes & voluntates in toto nisu intendendo ad viles mens vestra dedignetur eas saltem recordari vel aspicere. Cum autem vultis orare, aut aliquam bonam meditationem intendere: si vobis tunc importunæ sunt cogitationes, quas non debetis suscipere; nunquam propter illarum importunitatem bonum, quod incepistis, velitis dimittere, ne instigator illarum Diabolus gaudeat, quia vos à bono incepto facit deficere; sed eo quem dixi modo illas contemnendo superate. Neque doleatis, neque contristemini de illarum infestatione, quandiu illas sicut dixi contemnendo nullum eis assensum præbetis, ne occasione trilitæ iterum redeant ad memoriam, & suam importunitatem resuscitent. Hanc enim mens hominis habet consuetudinem, ut hoc, unde delectatur aut contristatur sæpius ad memoriam redeat, quam hoc, quod negligendum sentit aut cogitat. Similiter se debet habere persona in sancto proposito studiosa, in quolibet motu indecete in corpore vel anima, sicut est stimulus carnis aut iræ, aut inuidiæ, aut inanis gloriæ. Tunc enim facillimè extinguuntur, cum & illos velle sentire aut de illis cogitare, aut aliquid illorum suasionem facere dedignamur. Neque timeatis, quod huiusmodi motus vel cogitationes vobis ad peccatum imputentur, si nullatenus voluntas vestra illis se associat: quoniam nihil damnationis est in his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulabunt. Secundum carnem enim ambulare, est carni voluntate concordare. Carnem autem vocat Apostolus omnem vitiosum motum in anima vel corpore, cum dicit: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Facile quidem huiusmodi suggestionem extinguimus, si principium earum secundum prædictum consilium conterimus. Difficile verò, postquam caput earum intra mentem admittimus. Tibi amice & fili charissime Roberte, gratias quantum possum ago, pro cura & dilectione, quas erga easdem ancillas Dei propter Deum habes, & precor toto affectu, ut in hac sancta & pia voluntate perseueres. Certus enim potes esse, quia magnate pro hoc sancto studio apud Deum retributio expectat. Omnipotens Deus sit semper custos totius vitæ vestræ, amen. Absolutionem & remissionem omnium peccatorum vestrorum tribuat vobis Omnipotens & misericors Dominus, & semper ad meliora cum humilitate faciat vos proficere, & nunquam deficere.

AMEN.

EPISTO-

c Tractatus
D. Anselmi
de processione
no Sp. Sancti

c Math. 20
Mar. 14. Lu
22. 1. Cor. 11

Joan. 6.

g Exod. 52
h Cur Chr
stus pane
zyno pasch
celebrari.

EPISTOLA CXXXIV.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE
Cantuariensis (A) Waleranno Numen-
burgenſi Epifcopo.

*Refellit Graecorum errorem de sacrificio cum pane fer-
mentato agendo: indicans tamen, illum quoq; cor-
pus Christi confecturum, qui fermento uteretur,
eſſi Christo fecerit conformis, qui azyimo pane
conficiet.*

Scienti breuiter loquor. Si certus eſſem, pru-
dentiam (B) veſtram non fauere ſucceſſori Iu-
lii Caſaris, & Neroni, & Iuliani Apoſtatae contra
ſucceſſorem & vicarium Petri Apoſtoli, libentiſ-
ſime vos vt amiſſimum & reuerendum Epifco-
pum ſalutarem. Quoniam autem ad deſenſio-
nem veritatis, quam contra Graecos, qui ad vos
venierunt, quaeritis; ſecundum poſſe nulli deeſſe
debemus: opusculum (C) vobis miſi, q̄ de Spiritus
Sancti p̄ceſſione contra illos edidi. De (D) ſacri-
ficio vero, in quo iudem Graeci nobiſcum non ſen-
tiunt, multis rationabilib. Catholicis videtur, q̄
quod agunt non contra fidem Chriſtianam. Nam
& azyimum & fermentatum ſacrificans panem, ſa-
crificat. Et cum legitur de Domino, quando cor-
pus ſuum de pane fecit; quia (E) accepit panem &
benedixit, non addit azyimum vel fermentatu.
Certum tamen eſt; quia azyimum benedixit: for-
ſitan quia res quae fiebat hoc exigebat: ſed quoni-
am cena, in qua hoc factum eſt, hoc exigebat. Et
cum alibi (F) ſe & carnem ſuam panem vocauit;
quia ſicut illo pane viuit homo temporaliter, ita
illo viuit in aeternum: non ait azyimum vel ferme-
ntatum, quia vterq; pariter panis eſt. Non n. diffe-
runt azyimus & fermentatus ſubſtantialiter (vt qui-
dam putat) ſicut homo nouus ante peccatum, &
inueteratus fermento peccati nequaquam ſubſtantia-
liter differunt. Propter hoc ergo ſolum videtur;
ſe & carnem ſuam panem vocaſſe, & de pane cor-
pus ſuum feciſſe: quia ſicut ille panis azyimus ſiue
fermentatus dat vitam tranſitoriam; ita corpus e-
ius aeternam: non quia fermentatus eſt vel azyimus,
quamuis in lege, vbi fererent omnia in figura fiebant;
(G) p̄ceptum ſit, azyimum in Paſcha panem ma-
ducare; vt (H) oſtenderetur, q̄ Chriſtus, que ex-
pectabant, ſyncerus & mundus futurus eſſet; &
nos qui manducaturi eramus corpus eius, ſimili-
ter mundi eſſe moneremur ab omni fermento ne-
quitiae & malitiae. Iam vero, poſtq̄ de veteri figura
ad nouam veritatem venimus, & azyimum Chri-
ſti carne comedimus: non eſt nobis neceſſaria ve-
tus illa figura in pane, de quo carnem ipſam conſi-
cimus. Apertiſſimum (I) tamen eſt, quia melius
ſacrificatur de azyimo, q̄ de fermentato; tum quia
valde aptius & purius & diligentius ſit; tum quia
Dominus hoc fecit. Vnde illud non eſt tace dum,
quia cum (K) Graeci anathematizant azymitas (ſic
enim nos vocant) anathematizant Chriſtum. Si
autem dicunt, quia iudaizamus; dicant ſimiliter,
Chriſtum iudaizaffe. At ſi audent aſſerere, Chri-
ſtum propter Iudaismum; vt p̄ceptum de azyimo
datum ſeruaret, de azyimo corpus ſuum feciſſe, ab-
ſurdiſſime errant: cum illum tam ſynceram noui-
tatem feciſſe in fermento vetuſtatis exiſtimant. Pa-
tet igitur, quia cum vſus eſt azyimo ad illud opus:
non hoc fecit, vt p̄ceptum de azyimo ſeruaret, ſed
aut vt fermentatios, quos p̄uidebat, reproband,

Azymitas approbaret: aut certe, vt ſi etiam ferme-
tarii approbarentur, azymitas quoq; approbaret.
Quod aiunt nos iudaizare, non eſt verum: quia
non ſacrificamus de azyimo, vt legem veterem ſer-
uemus; ſed vt hoc diligentius fiat, & Dominum,
qui hoc non iudaizando fecit, imitemur. Cum ni-
facimus aliquid, q̄ Iudaei vt iudaismum ſeruarent
faciebant; non iudaizamus, quia non propter iu-
daismum ſed p̄pter aliam cauſam hoc agimus. Si
enim in diebus Paſchae azyimu panem aliquis co-
edat; ſiue quia non habet aliud, ſiue quia illo ma-
gis delectatur q̄ fermentato: aut ſi quis p̄pter in-
firmitatem p̄ceptum circumcidere cogit, aut
ſi boui ſuo quis trituro ne eſuriant os non obru-
rat, nullus niſi inſipientis haec agerem iudaizare iu-
dicabit. Cum ergo nos panem azyimum ſacrifica-
mus, vt per azyimi figuram talem Dominum Ieſum
fuiſſe ſignificemus: ſed vt ipſum panem in corpus
eius diuina virtute operante, ſicut ipſe fecit, lan-
ctificemus; nequaquam in hoc legis vetuſtatem ſerua-
mus, ſed Euangelii veritatem celebramus. Deniq;
quando idem ipſe hoc fecit; & ait diſcipulis ſuis:
(L) *Hoc facite in meam commemorationem;* niſi noluiſſet
vt nos, (M) quibus in Apoſtoliſ p̄ceptum, hoc de
azyimo faceremus, p̄monuiſſet in eis & dixiſſet, ne
faciatis hoc de azyimo. Quare cum dicens hoc fa-
cite, azyimum non excepit: Quis eſt, cuius intelle-
ctus audet excipere, q̄ ipſe fecit; & hoc p̄hibere,
q̄ ipſe non ſolum nullo ſermone p̄hibuit, ſed etiam
opere p̄cepit? Quis inquam; niſi plus ſapiens q̄
oportet ſapere; tantum confidit de ſapientia ſua,
vt praſumat vel proferre: quia cum dixit Domi-
nus: hoc facite, ſicut competere ſubintelligim;
quod ego: ſic indubitanter ſit ſubaudiedum, ſed
non de hoc, vnde ego. Item ſi diuina, per ea quae
digniora cognoſcimus, exequi debemus, cum ſa-
crificium, de quo agitur, de panis ſiue azyimi ſiue
fermentati ſubſtantia conſiſtente eſſe celebrandum;
quem panem digniore aſtimamus ad faciendam
Dominici corporis veritatem, niſi illum, que ve-
tus lex elegit ad ſignificandam; & Euangelium ad
exhibendam eandem veritatem? Si ergo respon-
demus Graecis: nos hoc de azyimo non propter fi-
guram; ſed propter praedictas cauſas facere; ni-
hil hic intelligi valet, cur nos Graeci anathemati-
zandos aut ſaltem reprehendendos recte iudicet.
At ſi dicunt; nos non hoc agere poſſe de azyimo
ſine intellectu figurae, per q̄ iudaizare probamur;
ergo nec illi ſimiliter queunt ad hoc ipſum vt fer-
mentato ſine figura, quia & vetus Scriptura per
fermentum designat peccatum, (N) cum execrat
in Paſcha ſuo comedere fermentatum: & nota, du-
monet nos (O) in Paſcha noſtro epulari non in fer-
mento veteri, neq; in fermento malitiae & nequi-
tiae. Dicimus etiam, quia nos non iudaizamus; ſi
figuram tenemus in azyimo: quonia non ſignifi-
camus, Chriſtum ſine fermento peccati venturum
tanquam Iudaei; ſed monſtramus, eum talem veniſſe,
ſicut Chriſtiani, & per hoc monemur, tales no-
metipſos exhibere, quale Paſcha noſtrum eſt, q̄
manducamus. Illi autem nec Iudaeos nec Chriſti-
anos in hoc ſe proſitentur, quia Deum in fermento
ſui figura nec venturum, vt Iudaei, nec veniſſe, vt
Chriſtiani ſine peccato ſignificant: ſed potius pa-
ganis fauere videntur, qui illum ſicut alios homi-
nes peccato fermentatum exiſtimant. Si v. aiunt;
Chriſtianos non debere vt figuris, quia (P) vete-
ra tranſierunt, in quibus erant neceſſariae: negent
(vt alia taceam) Baptiſimum eſſe figuram cuiusdam
mortis

c Tractatus
D. Anselmi
de processio-
ne Sp. Sancti.

c Matth. 26.
Mar. 14. Luc
22. 1. Cor. 11.

1. Tim. 6.

g Exod. 12.
h Cur Chri-
stus pane a-
zyimo pascha
celebravit.

Luc 22.
in Christus
in Apostolis
praecipit sa-
cerdotibus
idem facere,
nepe corpus
suum, quod
in cana fecit.

Exod. 12.
o. 1. Cor. 15.

p 2. Cor. 5.

mortis & sepulturæ, contra Apostolum dicentē:
 1 Rom. 6. (q) *Quicumq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus.* Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Aut si concedunt, nos uti figuris, sed non in eisdem rebus, quibus in figura lex vetus utebatur: & ideo non esse panem azymum assumendum ad vllam figurā, quia ad hoc in eadem lege accipitur: non baptizent in aqua; quoniam (r) Patres nostri omnes in Moysē baptizati sunt in nube & in mari: Quod negari nequit in figura fuisse: Vitent quoque aquam, ne videantur baptizare baptismo (s) Ioannis, qui baptizavit in aqua. Si ergo irreprensibiliter figuratē baptizamus in aqua: licet illud baptisma vetus, quod fuit huius noui figura, in aqua fuerit: Quanam est ista Græcorum sapientia, qui ppter hoc, quia vetus Pascha, per quod nostrum figuratum est; celebratum est in azymis, detestatur ipsos sacrificare corpus Christi, qui est Pascha nostrum, de azymo in figura, siue ad commemorandum, quia talis fuit ille, cuius corpus sacrificamus, scilicet sine peccati infectione; siue ad commemorandū nos, quia corpus eius comedimus, tales debere esse secundum Apostolum dicentem: (t) *Expurgate vetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi: Etenim Pascha nostram immolatus est Christus. Itaq; epulemur non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitie: sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Stue itaque in figura sacrificemus azymum panem, siue sine omni figura: nullatenus nos Græci reprehensibiles valent ostendere, sed aut soli nos benè agimus, illi non benè: aut nos melius & diligentius, si illi benè. Nempe satis ostendunt, se nullam habere rationem ad suam partem confirmandam, & nostram infirmadam: cum hoc contra nos pferunt, quod nullo modo, aut contra nos, aut cum illis esse cognoscitur. Obiciunt enim nobis, sicut in (V) vestra legi epistola, quod dicit Apostolus: (x) *Litera enim occidit, spiritus autem viuificat.* Et quod Amos Propheta: *Sacrificate, inquit, de fermentato laudem.* Vnde nituntur ostendere, quia litera, quæ vetus Paschā sacrificari iubet in azymis, nos occidat: cum eam seruamus azymum sacrificando, non benè Apostoli verba intelligentes. Litera enim tunc dicitur occidere, quando illa iubens a peccato declinare peccatum ostendit: quoniam nisi adiuuet gratia, ut fiat quod iubetur, inobedientem & preuaricatorem facit. Quod in Epistola ad Romanos idem aperte monstrat Apostolus, dicens; (y) *Peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret: [z] Non concupisces.* Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem cōcupiscentiam. Sine lege enim peccatū mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquādo. Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum q̄ erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mādātum seduxit me, & per illud occidit. Sic litera sine adiuuante gratia occidit, Spiritus autem viuificat: sicut ait idem Apostolus ad Titum. (a) *Cum autem benignitas & humilitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed secundum magnam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius heredes simus secundam spem*

vite aternæ. Ideo cum dixisset: [b] *sufficiens non b. Cor. 3. stra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera sed spiritu, ait: [c] Litera enim occidit: spiritus autem viuificat.* Ac si dicat: (d) *Fecit nos Deus ministros noui Testamenti, quod non est in litera occidente sicut vetus; sed in spiritu viuificante.* Ad vtrumq; verò, ad occasionem scilicet literæ, & viuificatione spiritus, pertinet, quod subiunxit. [e] *Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria: ita ut non possent intedere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis gloria est, multo magis abundat ministratio iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Si enim, quod euacuatur, per gloriam est: multo magis, quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia utamur: Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur sed obtusi sunt sensus eorum. Vsq; in hodiernum enim diē idipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur: Sed vsq; in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum. Cum autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen: Dominus autem spiritus est: vbi autem spiritus, ibi libertas. Nos vero omnes reuelati a facie gloriæ speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tãquam à Domini spiritus. [f] Ideo habentes hanc administrationem, iuxta quam misericordiam consecuti sumus, non desicimus. De occisione literæ, & viuificatione spiritus, superfluum mihi videtur super hæc aliquid addere. Satis igitur patet, quia nec Græcis prodest, nec nobis obest, quod de occidente litera obiciunt. Quod autem assumunt de Propheta: [g] *Venite in Gala, & impiè agite: & sacrificate de fermentato laudem.* Intelligendum est esse dictum, aut approbando tale sacrificium, aut reprobando. Sed si hoc præcipit Propheta, ut secundum eos loquar, illos occidit litera, qui literam seruando de fermentato sacrificant. At si hoc exprobrādo dictum est, qua fronte sacrificant, quod Propheta in sacrificium execratur: aut quā ratione hoc in autoritatē sibi assumunt? Quod autem hoc Propheta non iubendo, sed reprehendendo dixit, dubium non est: cum [h] impiè actioni associauerit. Dixerat enim: *Venite ad Bethel, & impiè agite:* Et paulò post continuata inreptione ait: *Et sacrificate de fermentato laudem.* Aut ergo tanta ratione partem suam fermentati defendunt, quanta suam roborant Azymitæ: (i) [aut reiiciant suum fermentum, & fiant Azymitæ:] aut si nec illud valent, nec istud volunt, saltem non reprehendant Azymitas. In tertia questione, sicut intelligo, mandatis, quia Græci detestantur nostra connubia; vbi cognati cognatis de alia cognatione copulantur. Quod cur faciant, nullam video autoritatem aut rationem. Nam si hoc in suis prohibent fieri connubiis, aut non extendunt cognationes vsq; ad septimam generationem, sicut nos: aut impossibile videtur seruari, quod præcipiunt. Sunt enim sæpe in vna cognatione plusquam centum viri & mulieres egentes coniugio. Totidem igitur cognationes inuenire necesse est, de quibus singulis linguli eligantur viri & mulieres, quibus illi de vna cognatione linguli lingulis copulentur. Aut itaque detestabilia sunt indubitanter eorum connubia, si intra septem generationes sunt, nec debent re-*

11. Cor. 10.
 3. Marth. 3.
 2. Corint. 5.
 2. Corint. 3.
 Amos 4.
 7. Rom. 7.
 2. Exod. 20.
 Tit. 3.

b. Cor. 3.
 c. libidem.
 d. Explicat D. Paulus cum.
 c. libidem.
 2. Cor. 4.
 8. Amos 4.
 h. Mendosissime ante legabatur: cū hoc impiè authoritas sociauerit.
 i. His clausulis inclusum in excisis ante desiderabatur.

bent reprehendere nostra, quando cognati coniunguntur cognatis de alia cognatione, quod nulla prohibet authoritas vel ratio: aut impossibile est, ut dixi, seruare quod præcipiunt: ut scilicet tot cognationes exquirantur ad vnius cognationis connubia; quot sunt in illa viri & mulieres petentes coniugia. Quod autem sine omni authoritate & ratione; absque dubio rationabiliter reprehendendum iudicatur.

ANNOTATIONES IN EPISTOLAM CXXXIV.

V Valeriano (A) Nuuenburgensi. Sic tres Colices exiisti. Prioris autem vocabuli aequè ac posterioris varia est lectio. Prioris quidem apud Dodechyn in continuatione Mariani Scoti & Trithem. in scripto eccles. Valtramus, alibi Valerannus, aut Valeranus: quæ duæ sunt receptiores. Posterioris apud Trithemium Niemburgensis, Munster. lib. 3. Cosmograph. Neumburgensis, Catalog. Archiepiscopatum & Episcopatum, edit. 1518. Miluoburgensis: Munsterum lubentius sequor, momentem id Episcopij sedem habere in Misnia, aliàsque vocitari Litzense aut Mamillense, & Archiepiscopi Parchinopolitani (vulgo Magdeburgensem dicunt) respicere authoritatem. Hunc autem Valerannum ab anglis quibusdam Theologis hæc os cauterio mustum, purgabimus in Annotationibus Tractatus D. Anselm. de Sacramento Altaris.

Prudentiam (B) vestram non fauere successori Iulii Cæsaris, & Neronis, & Iuliani. Henricus IV. Trithemiorum Regem, & imperatorem puto hic signari tot ob causas, quot nomina. Fuit enim Iulij Cæsaris successor: quia heres (ut ita dicam) & post multa sæcula cooptatus est in regnum illius Germania, quam Cæsar multis tandem prostrata præliis, Romano subegit imperio: vel forsitan quia ut Cæsario diademati, sic & bellicæ successit felicitati. Henricus enim (si luxu tollas & plusquam vipereas hostilesque in Romanos Pontifices inimicitias) fuit à Iovinio Præncips sacundus, liberalis & bellicosus, adeo ut hic & sexages in acie collata pugnauerit: cast. Malm. eius coætaneis in reg. angl. Melantho. scholasticus ad Abb. Vrsperg. Chron. & Munster. l. 3. Cosmog. Iulij Cæsaris, Neronisque similitudinem in eo rursus exprimit similitudo flagitiorum, stuprorum, adulteriorum & incestuum, quos de Iulio habet Sueton. c. 40. 50. 51. 52. & de Nerone c. 26. 28. 29. Iulianæ effigiem (in penicillis adulteros duxerit coluit) refert idem vultus immunitatis, quam Christianos tantum, sed & Christianorum summos Pontifices Alexandrium 2. Greg. 7. Victorem 3. Vrbano 2. exagitauit. His accedunt confirmatq; vniuersa, & ea nefanda, quæ ipsius Henrici vxor Agnes testificata est in Syn. Placentina, Vrbano 2. audiente, ducentisq; Partibus ibidem coactis, ut scribit Abbas Vrsperg. sub fin. anni 1099. Qui & ante finem 1106. in eadem (ne diu viuacioribus & sordidioribus) quam in Anselm. hominem coloribus depingit, inquit: Hic finis, hic interitus, hæcque fors vltima Henrici sub illo vocabulo 4. Roman. Imperatoris à suis appellati: à Catholicis verò, i. e. cunctis B. Petri successoribusq; suis, fidem & obedientiam lege Christiana conseruantibus, Archipitata simul & Hæresiaracha, necnō & Apostata, psecutorque plus animarum quam corporum cōpetenter dicebatur; utpote qui nec naturalibus nec consuetudinariis contentus sceleribus, noua & à sæculis inaudita, ideoque nonnulla & incredibilia excogitasse, & exercuisse infamabatur. Et post pauca: Deo gratias, qui licet tardè, tamen permagnificè victoriam cōcessit ecclesiæ suæ. Cui etiam

Nabuchodonosor quinquagesimum exactiois annum, id est Gallia, qui quondam Iulianum vicerat, vertit in Iubilæum. Si quis v. tam zelotes est, cui quasi diem obitus Aman, etiam Henrici obitum & Ecclesiæ posteritatem ignorare non libeat, 7. Idus Augusti. hanc esse sciat. Sic Vrsperg. quem hæc locutum esse non pigebit cordatum lectore, ut norit, Henricum non fuisse ab Anselmo mordacius impetitum. Abbas Ioachim Vrsperg. aquæuis, horum elogiorum atrocitatem breuiter in inscriptione signauit in 6. p. tex. 8. exposit. in Apoc. l. ubi interpretans septem capita magnæ vestis, tot id in Reges designat, Henricum hoc vnioco delinians tractu: Quintus fuit, qui primus in partibus occidentis cœpit fatigare Ecclesiæ pinuestitura Ecclesiæ: ob quam causam multa schismata & tribulationes ortæ sunt in Ecclesia Dei. Valerianus igitur, quia tam impio fauebat, non saluatur pro dignitate. Quanto autem impetu, ne dicam rabie, in Henrici causam incubuerit, iusti sunt ac pleni testimonij testes, aculeata contamelioque, apud Dodech. littera in apped. ad Mariā. Scot. quibus tentabat pertrahere Ludouicum Cōitem ad Henricianam factionem: commemoras Gregor. 7. Papā, & Rudolphum Regem, quasi nunquā fuerint, sic perisse. Ludouicus perlectus Valerianus literis non cepi & excidit, in eis aduertens linguā virulentam, subannatione suffocinatā, ut os probos fatog, fundis velli ærem. Quamobrem præ episcopo Stephano Halberstatensi Episcopo, ut oblatus Valeriani sauces r. sponso, cui iudicari oppilari esset: quod & prescribit, homine veridico carpens dente. Simoniacum & hæreticum vocans: Regem quoque Henricum pronuncians Concilio piorum abactum: eamque ob rem immerenter & diu & esse Regem, utpote Sacerdotia licentem gladio, pecunia padophoria. Mitto cetera Stephani literis commissa (quarum etiam Trithem. meminit in Cat. Scriptor. eccles.) apud Dodechinum. Forrò num illa Valeriani epistola sit eadem cum eiusdem libello aduersus Gregorium 7. scripto & commemorato à Balao (forsan commentato) centur. 2. Script. Brit. præfractius non asseuerarim.

De (D) sacrificio verò. Sic Gregor. 7. epist. 1. lib. 3. sui Regist. Nos, inquit, azymum nostrum impugnabili secundum Dominum ratione defendentes, ipsorum (scilicet Græcorum) fermentatum nec vituperamus nec reprobamus, sequentes Apost. dicentem; mundis omnia esse munda. Vide etiam Algerum lib. 2. de corp. & sang. Domini cap. 10.

Apertissimum (I) tamen est. Lege Iacob. Vitriacum hist. Orient. cap. 75. & Occident. cap. 38. Moscovita autem non tantum fermentato pane conficiunt, sed & calici aquam infundunt calidam, quod ex latere Domini non sine mysterio magno profluxerit sanguis & aquas quam calidam fuisse credere fas est: inquit Ioan. Fab. in relig. Moscovitarum.

Quia (K) cum Græci &c. Non tantum anathematizant, sed etiam altaria, super quibus Latini Sacerdotes rei diuina operati fuerint, abluunt: nec assurgunt, quando corpus Christi ad egrotos fertur. Vuriac. ibidem. Hic autem error Græcæ Ecclesiæ insicere cœpit ann. 1054. Sigib. in Chron. Iunge Ruperr. lib. 2. de diuin. offic. c. 22.

Sicut (V) in vestra legi &c. Videret hic deesse hæc epistola, forsitan ab aliquo lectore religioso: sublata, quæ hic Valerianus esset Episcopus Henricianus, eamque ob rem à coitu piorum submotus Pascalis II. anathematizans cum ceteris Germaniæ Pontificibus.

EPISTOLA CXXXV.

SERENISSIMO DOMINO ANSELMO
Sanctæ Cantuariensis Ecclesiæ Reuerendissimo
Archiepiscopo, Walerannus Dei gratia Numen-
burgensis Episcopus, seruire obsequium,
instantiam orationum, ac semet-
ipsum omnino in omnib.
deditissimum.

*Conqueritur de varietate ceremoniarum inter altaris
sacrificiū variè à variis obseruari solitarum: quæ si
verò hæ sacramenti essentiam attingerent, quin
potius mysterium & decentiam religiosam.*

CVM Minerua de literarum professione ali-
quid præsumere ineptissimum est, ac inter
edoctos literarum sectatores ratiocinandi proba-
bilitate fidem facere non nostram attingit faculta-
tem. Sed cum Propheta suspirando: reuēla oculo-
los meos & considerabo mirabilia de lege tua, cū
a Detorque
vers. 1. psal. (a) summa deuotione oculos leuo ad motem cel-
120. ad pro-
positum.
b. 1. Cor. 6.
litudinis vestræ, vt inde veniat auxilium mihi; au-
xilium vestrum, auxilium à Domino, qui fecit cæ-
lum & terram. (b) Qui adheret Domino, viuis spiritus
est: Vt inde pateat ex eius plenitudine vos etiam
profunda Dei scrutari; nostram verò paruitatem
vocem eius audire, sed profus nescire, vnde ve-
niat aut quo vadat. Indiuidua Trinitas Deus est,
& quotquot sunt in Deo, vnum sunt in ipso. Di-
ueritas in Ecclesia admodum est vnitati contra-
ria. Diu non potest stare, quod partium in se graf-
fatur dissensione. (c) De sacramentis ecclesiæ,
aliud Palæstina, aliud Armenia, aliud nostra Ro-
mana & Tripartita sentit Gallia. Dominici etiam
corporis mysterium aliter Romana, aliter Gallica
Ecclesia, ac diuersissime nostra tractat Germa-
nia. Ex antiquis Patribus ordinem habemus sacri-
ficandi: & valde admiror, vnde hæc nouitas
surrepserit in domo Domini: (d) Iesus Christus h.ri
& hodie, ipse est in secula semper, vnus semper idem,
nullam patiens mutabilitatem. A Christo dissen-
tit, qui in diuersitatem tendit. Christus est panis
Angelorum, qui de cælo descendit, & factus est
panis hominum, esca pauperum, satietas cum eò
regnantium: vt qui dignè comedunt, viuant in sæ-
culum sæculi. (e) Vnus panis, vnum corpus multi su-
mus in Christo omnes, qui de vno pane participamus:
Christus est via, per quam gradiamur, quem imi-
temur. Qui à Christo exorbitat, periculosè am-
bulat: Inter sacrificandum, quod Christus fecit,
& nos faciamus. Quotiescunque, inquit, hoc faci-
tis, quotiescunque sumitis. (f) Armenii quidē
de fermentato se laudem sacrificare putant, sed
in nouitate vitæ cum Christo nō ambulāt. Imita-
tores Christi oportet (g) epulari non in fermento
veteri, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Fer-
mentum licet modicum totam massam corrup-
pit: Christi corpus incorruptibile, quantum pos-
sibile est, nulla inficiatur corruptione. A sinceri-

C Aliud est, loqui de sacramentorum ceremoniis, aliud de eorundem natura
Quales autem sint hi Palæstini Armenii Suriani & alii Schismatici, de-
scribit Iacob Vitru in hist. Oriental. His a. demptis, eandem fuisse semper &
singulis sæculis ecclesiasticorum sacramentorum fidem accuratè notauit Ge-
nebraldus in Chron.

F Vsurpat locum Amos 4. Sacrificate de fermento laudem. Vide Anselm.
sub fin. præced. epist. Caterum Armenii hunc quidam errorem impingit Al-
phonsus Castrens. t. t. de euchar. Iacob autem Vitruac. 400. penè sæculis ante
Alphonsi, hist. Orient. c. 79 scribit eos tantum errare, quod mōrum vniū po-
nant pro iacramento sanguinis, in cæteris ritibus à Grecis prius discrepare.

tatis sacrificio, omnis huiusmodi absit corruptio.
Qui exoptat imbui Christi corporis in corruptio-
nem, noui sacrificii sinceritate veterem exuat ho-
minem. In Christi corporis confectioe displicet
alia nisi quam ipse obtulit substantia. Et si autem
profiteri, tenenda est ea quam dedit sacrificandi
regula. Nos singulariter panem, singulariter be-
nedicimus calicem. Hoc canones, hoc antiquus
ordo Romanus præcepit, vt ab initio in Canone
singulas cruces faciamus singulis. Hoc publico &
inueterato vsu vbiq̄ tenemus à progenie in p-
geniem, & vestram miramur diuersitatem. Hoc
Christus fecit, & nos facere præcepit: (h) Hoc, in-
quit, facite, quotiescunq̄ sumitis. Accipiens panem
singulariter benedixit, & calicem similiter. Sin-
gulas singulis, vt noster, imò Romanus ordo præ-
cipit cruces fecit: & ita ab ipso, qui heri & hodie
& vsq̄ in sæculum idem, inoleuit consuetudo.
De crucum singularitate Christi nobis assentitur
auctoritas. Miror autem valde, qua ratione sacri-
ficandi cœpit diuersitas: (i) Vna est fides, vnum ba-
ptisma, vna Christi amica sponsa & columba. Ec-
clesiæ vnitati valde obest in sacramentis discrepare,
& quicquid libitum est licitum facere. Præ-
terea inter conferendum nonnulli ab initio cali-
cem operunt, quidam corporali; alii panis com-
plicato instar iudæi, quod repertum legimus in
monumento, non cum linteaminibus positum,
sed separatim inuolutum in vno loco. Christus
via est, & veritas & vitæ via, per quam gradiamur
vt ad ipsum veniamus. (k) Qui dicit se in Christo
manere, debet sicut ipse ambulauit & ipse am-
bulare. Nō veniunt ad vitam, nisi imitatores vitæ Paschalis:
hostia nudato corpore in ara crucis immolata est:
nudato corpore offerri voluit, qui omnia quæ au-
diuit à patre, suis nota fecit. In sua immolatione
semetipsum sicuti est manifestauit, cuius gloriam
reuelata facie contemplabimur, vci per omnia
conformemur configurati corpori claritatis suæ,
vt ipse sit nobis omnia in æterna beatitudine; Et
(vt ipsius verbis vtatur) consummatus est; inquit:
vt vetera non ambigamus transisse, & omnia no-
ua esse; velum templi scissum est à summo vsq̄, deorsum:
quod vsque in hodiernum diem positum est su-
per corda iudæorum: vt oculos habentes non vi-
deant, & aures non intelligant. Nobis verò, qui-
bus Deus reuelauit per spiritum suum, non oportet
sacrificandi mysteria implicare: sed exemplo
Domini Iesu clarificare. Non cum Moyse vt iu-
dæi velamē superimponamus: sed cum Domino
Iesu offerentes de claritate in claritatem transferri
studemus. Nudus Iesus in ara crucis, nudus
appareat in ara nostræ immolationis quod verbis
prestantur, operibus exequamur. Panis illè verè
Christi corpus est: & vt Christi corporis immola-
tionem; immolari oportet Christi corpus in ara
crucis nudatum: in sepulchro linteis est inuolu-
tū; in passione discipulorum deuotione, in sepul-
tura est inuolutus. Sepeliendo (sicut mos est iu-
dæis) sepelire ostendunt erga magistrū, studii de-
uotionem; sed adhuc ignorabant sacramenti ve-
ritatem. Iudæi similem sepeliunt, vt iudæum, qui
nondum perpenderant crucis mysterium: spiritus
(l) omnia scrutatur, etiam profunda Dei: Illis autē
nondum spiritus erat datus, quia ex infirmitate
crucifixus Christus non erat glorificatus. Glori-
ficatus verò Iesus, corruptionis vestimēta deserit,
corruptibilia à se remouit: incorruptionem vesti-
tus, sepulchrum deserit: gloriam suam se amanti-
bus pate-

h. Math. 26.
Mat. 14. Luc.
22. 1. Cor. 11.

1. Ephes. 4

k. 1. Ioan. 2.

1. Cor. 2.

mi Ad sum-
propositum
vbi verba
parabol. Mat.
14. 5. Mat.
22. 1. Cor. 11.

Ann. 1706
Henrico VI
Henrico III
filio Pascha-
lis paruos an-
gelo: cum
vniuersis
Saxonis, &
limi sacris in
ardis, Ec-
clesia Roma-
na cōmuni-
tum recepti.

bus patefecit. Cur ergo ex incorruptibilis sudarii inuolutione quasi Christi protestamur infirmitatem, & in huiusmodi tenebris inuolutione: cum eum verissime protestamur Dei virtutem & mundi lucem? Lux de luce, quæ illuminat omnem hominem, nullatenus (m) sub sudarii ponatur modio: sed sicut ipsemet sacerdos, & hostia obtulit semetipsum, ita & nostrum ei offeratur sacrificium, positum sub diuo, vt omnibus ad vitam in Christi luceat domo. Tunc maximè acceptabilis vittima nostra erit, si Christi hostiæ fuerit consimilis. Inuoluimus tamen & nos vitalem hostiam, non sicut vobis mos à principio, sed in fine cum Ioseph & Nicodemo. Quod non solum offertur in specie, sed in rei veritate discrepare non oportet in sua immolatione. Qui offerendo discrepat, non sicut Christus ambulauit & ipse ambulat. Si autem in hac parte sacrificandi sinceritas causetur, facillimum est nobiscum sinceritatis cooperulo munditiam obseruare, & tamè ab ipso initio sacrificandi & vetustissimo Ecclesiæ ritu non exorbitare. Imperfectum meum videant oculi vestri, & sicut estis in omnem circumspeditionis plenitudinem quasi virtutum manibus compactæ nostræ imperfectionis compatimini excessibus. Glorificat Deum in me Catholica Ecclesia, quoniam in nostra mutatione diuinæ bonitatis apparet gratia. Gratia Dei sum id quod sum: ex Saulo Paulus; (n) ex aduersario Romanæ Ecclesiæ, intimus Paschali papæ, acceptissimus Cardinalium consecrarius, & in omnibus in hac parte prosperos spero successus. Ioseph in domo Pharaonis, ego in palatio Hentici Imperatoris. Neque iniquitas neque peccatum meum (si quod ablit) aut quasi Nero incestus, aut Apostata Iulianus. Gratia Deo, quoniam simul pascuntur: Leo & vitulus simul accubant, puerque paruulus minatur eos: & quia virga æquitatis, virga regni vestri; Dei laudamus virtutem, ecclesiastico terrore indomitas feras mansuescere, nullique in montem Domini nocere: Leo rugiet, quis non timebit? Sed quia iustus vt leo conndit in huiusmodi quasi ipsius Dauid manu fortis, cor vestrum non trepidat, sed in Dei virtute in omnibus triumphat. Dominus, qui vos inunxit oleo exultationis præ participibus vestris, illè vos coronet in misericordia & miseratione in regno beatitudinis.

EPISTOLA CXXXVI.

DOMINO ET AMICO WALE-
tanno gratia Dei Nuuenburgenti vcherabili
Episcopo Anselmus seruus Ecclesiæ
Cantuariensis salutem, seruitu-
um, orationes, dilectionis
affectum.

Respondet ad præcedentem.

GAudeo & gratias ago Deo: quia, sicut scribitis, glorificat eum in vobis ecclesia Catholica: quoniam in vestra mutatione diuinæ bonitatis apparet gratia; & Domini Papæ Paschalis amicitiam habetis & familiaritatem: vt iam mihi liceat vestram amicabiliter salutare sanctitatem. Quod vestra sublimis humilitas me comparat Mineruæ, & vocat montem; non in me accipio:
D. Anselm. Tom. 4.

quoniam nihil in me, cur hoc dici de me debeat, intelligo. Non tamen debeo esse ingratus vestræ erga me bonæ voluntatis. Solemus enim sæpe sentire meliora de his quos diligimus, quam ipsi mereantur. De laude igitur, quæ ad me non pertinet, cor meum non gloriatur: sed de dilectione quæ semper amanda est, gratias agendo lætatur. Queritur vestra reuerentia de sacramentis Ecclesiæ: quoniam non vno modo sunt vbique, sed diuersis modis in diuersis locis tractantur. Vtq; si per vniuersam Ecclesiam vno modo & concorditer celebrarentur, bonum esset & laudabile. Quoniam (a) tamen multæ sunt diuersitates, quæ non in summa sacramenti neque in virtute eius, aut fide discordant, neque omnes in vnam consuetudinem colligi possunt: ætmo eas potius in pace concorditer tolerandas, quam discorditer cum scandalo damnandas. Habemus enim à sanctis patribus, quia si vnitas seruetur charitatis in fide Catholica, nihil officit consuetudo diuersa. Si autem quaritur, vnde istæ natæ sunt consuetudinum varietates: nihil aliud intelligo, quam humanorum sensuum diuersitates. Qui quantum in rei virtute & vnitate non dissentiant, in aptitudine tamen & decentia administrationis non concordant. Quia enim vnus aptius esse iudicat, alius sæpe minus aptum æstimat: neque in huiusmodi varietatibus non consonare, puto ab ipsius rei veritate exorbitare. Nempe quod alii in sacrificando corpore & sanguine Domini singulas cruces singulis faciunt ab initio in canone: Alii solummodo singulas singulis, vbi singulatim nominatur panis & corpus, & singulatim calix vel sanguis: vbi verò oblatio vel hostia nominatur, vnâ crucem ambobus faciunt; quoniam sicut vnus est Christus, qui seipsum obtulit pro nobis: ita vna est oblatio, & vna hostia in pane & vino quam offerimus: non video istos magis in hoc discordare à Christo, qui singulatim vtraque benedixit, quam omnes illi discordant, qui calicem post cenam non sacrificant, sicut Christus fecit, [neq; semper ad vesperum sicut fecit:] & qui vtrumq; simul vno nomine vocant oblationem vel hostiam, quod Christus non fecit. Vnde possumus colligere, quia à nobis inuicem in huiusmodi actione seruata rei veritate possumus esse dissimiles sine reprehensione: cum ab ipso authore ipsius sacrificii sumus diuersi sine offensione. Vbi autem dicimus: hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia siue singulatim panis & vino singulæ cruces assignentur, siue vna cruce duo simul sanctificentur, non video in hac diuersitate reprehensibilem discordiam: nisi forsitan, quia conuenientius ambo vna cruce notantur, sicut vno verbo benedictionis sanctificantur. Cum enim plures homines, aut diuersas res benedicimus; non singulis singulas cruces reddimus, sed omnibus vnam crucem sufficere credimus: Quod v. nonnulli ab initio calicè operiunt quodam corporali, alii panno complicato ppter custodiam munditiæ, nec nudū dimittunt calicē; sicut Christus nudus crucifixus est, vt significatis ostenderet, se mundo reuelatum: non magis intelligo, eos debere reprehendi propter nuditatem CHRISTI, quæ non significatur ab illis in sacrificando, quam quia non demonstrant in eodem sacrificio non esse crucifixum extra ciuitatem, extra domum, & sub nudo celo. Quæ tamen magna non carent ratione. Nam
Christus

a Cæremoni-
arum variè
à variis ser-
uatarum nō
variis sacra-
mentorū vir-
tutem & fi-
dem.

b Hic inclu-
sum virgulis
impressi Co-
dices non ha-
bebant.

Ad sum-
propositum
vbi verba
parabol. Mat.
ab eis Mat.
4. h. 12.

h. Math. 26.
Mat. 14. Luc.
22. 1. Cor. 11.

i. Ephes. 4.

Ann. 1106.
Henrico VI.
Henrico III.
filio Pascha-
lis partes am-
plexo: tunc
vniuersa
Saxonia, o-
mnibus sacris in-
terdicta, Ec-
clesia Romæ
na cōmuniō-
nem recepit.

k. Ioan. 2.

1. Cor. 2.

e 2 Petr. 2.

d Psalm. 21.

e Luc. 2.

f de evat hec in excus. cod.

est 137 sup.

Christus, (c) qui passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius; in his quoque dedit nobis exemplum propter iustitiam sustinendi incomparabilem contemptum & paupertatem. Ad eum enim contemptui habitus est, & execrabilis iudicatus: ut nec mori dignus haberetur intra aliquam hominum habitationem: neque inter homines, nisi inter execrables: neque sub toto alio, nisi sub celo de quo eiici non potuit, ut secundum Prophetam, (d) opprobrium hominum, & abiectio plebis estimaretur. Pauper vero ita fuit, ut veniens in mundum, (e) non in sua, sed in aliena domo nasceretur: & natus, propter inopiam loci in praesepio brutorum animalium poneretur: & veniens in mundo non haberet ubi caput suum reclinaret, nec moriens, unde nuditatem suam tegeret, nec mortuus, unde inuolueretur, nec sepulchrum, aut locum, ubi corpus suum collocaretur. Quae omnia magis sunt vivendo per effectum (cum ratio exigit) imitanda, quam per nuditatem sacrificii nuditas Christi significanda. Neque coniectare possum, cur potius curandum sit, ut panno operiatur sacrificium, quia Christus nudus passus est, (f) quam ne sub tecto vel intra civitatem fiat: quoniam Christus sub nudo caelo extra civitatem passus est. Si autem usus non habet, ut extra tectum fiat propter perturbationes aeris: simili causa videtur, ut calix in sacrificando non discooperiatur, propter quasdam, quae contingere possunt, incommoditates. Tutius itaque & diligentius puto, ut calix, ne aut musca, aut aliquid indecens in illum cadat (quod saepe contigisse cognovimus) operiatur: quam discooperitus contingentibus immunditiis exponatur. Haec sapientiae vestrae pro meo sensu nullius meliorem rationem respiciens respondeo. De his, qui sacrificant de fermentato, mihi vobis olim quandam Epistolam.

EPISTOLA CXXXVII.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE Cantuariensis, fratri & amico Turolde, Dei gratia monacho Beccensi salutem, & boni propositi perseverantiam usque in finem.

Quod mundo valedixerit, vehementer in Domino gaudet.

Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis: qui cor vestrum conuertit a vanitate ad veritatem. Vanitatem enim sequuntur omnes, qui altitudines & honores, atque diuitias huius seculi concupiscunt, sicut promittunt, sed quanto plus abundant, tanto magis animam esurientem faciunt, nec ad vllum bonum finem perducunt. Veritatem autem tenent, qui terrena & transitoria toto corde contempnunt, & ad veram humilitatem toto conatu ascendunt. Namque nequaquam videntur spiritualibus oculis, qui se humiliant, descendere: sed ad montem altissimum, de quo ad regnum caelorum ascenditur, conscendere. In viam Paradysi vos direxit diuina clementia: Immo in quandam paradysum huius vitae vos introduxit, cum vos in claustralem conuersationem monachici propositi introduxit. Cautum igitur vestra prudentia, ne cor vestrum retro respiciat: (a) Retro autem monachus respicit, cum

a Monachus vero respicit saepe recolens se relicta.

ea saepe recolat, quae deseruit. Quod cum saepe facit, refrigescit in eo amor caelestis, & reuiuiscit amor mundi, & fastidium tediumque propositi sui. Sicut igitur corpus vestrum est segregatum a secularium conuersatione, sic vestrum cor sit separatum a mundana cogitatione, & sit semper occupatum aliqua utili & spirituali meditatione. Spiritus sanctus semper habitet in corde vestro, & semper faciat vos gaudere, & gratias agere Deo de bono incepto. Amen.

ANNOTATIO IN EPISTOLA CXXXVII.

Turolde.] In Chron Becc. habetur prolixam mentio de eo: quam idcirco sic perstringemus, ut nihil, quod ad historiam spectet, excidat. Turoldeus igitur Hugonis Eurenondensis germanus, vir non postre et nobilitatis & potentia, cum ad Ecclesiam Baiocensis regimen fuisset electus, paulo post a vino sic exarsit amore, ut vniuersam seculi honestatem pro stercore habuerit: & Becci monachum induerit. Nec sine magna fruge. Nam tandem ascendit summisionis, modestiae, grauitatis, prudentiae, obseruantiaeque, monasticae, ut admirationi foret ipsis optimatibus Beccensibus. At vero, ut magis magnis splendesceret, visum est diuinae sapientiae, cum diutius excoquere in fornace doloris (quem rupturam dicimus) sic eum excruciantis: ut non parua intestinorum portio in scrotum descendens pene hominem exanimaret: & denuo conscendens, quicquid cruciatus de descensu videbatur defuisse, foenorum fenoribus repeteret. Interea Dei seruus fortiter cum interno luctante hoste, semper eius furorē celabat; sperant diuino tandem comprimendum auxilio: sicque nimium (quod clam esse peroptabat) detegere cogere, & quidem virginei pudoris studio. Cessit tamen, cum semel intestina se relaxata & inflata sunt, ut de interiori eorum regressus desperans. Abbatem Wilhelmu accersierit: qui haud mora cum fratribus aduolauit. Conspicatus Turoldeum morbo pene enectum, caelestis medici manum implorat. Ipse quoque egrotus, animo sanus purimumque viuicus, ad Diuae Fidis Virginis opem celeriter confugit. Nec frustra: Caepit enim meliusculē esse & dormire. Inter somnum vero audiuit vocem huiuscemodi: Surge sanus, & intellige precibus beatę Fidis integrę te redditum sospitati: & ad te accersito hoc ipsum indicabis Abbati: Orabis etiam ipsum quatenus fratrem Guardum cognomento Giffardum, Longueuille dirigat; qui saluatori tuo gratias pro salute tibi concessa referat, ac candelas super ecclesiae altare reuerentissime offerat. Ipsissima sunt Chron. Becc. verba. Turoldeus somno exciuis pudendis admouet manum, deprehendit tactu veritatem caelestis admonitionis, & stitit onemque tam insperatae sanitatis. Unde in doxologiae gratiasque supremo Pharmacopaeo, nec non eius ancilla sanctissima Fidi habendas effunditur. Abbas hoc audiens, mirere libili exultauit gaudio, Turoldeumque vna cum Giffardo Longueuillam misit reddēdi voti ergo. Porro hanc sancti matris Fidem, cuius obseruationibus conualuit Turoldeus videtur esse illa ipsa, de qua Martyrolog. Prid. Non. Octob.

a cur praefata vita via f

EPISTOLA CXXXVIII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS (a) Basiliae amicae, & filiae in Domino charissimae, salutem & benedictionem Dei, & suam, si quid valet.

a Videtur hac illa esse de qua in epist. 20. lib. 2.

Mulieri piētissima piētissimam dat epistolam.

Didici per legatos vestros, quia vehementer desideratis literas nostras, in quo recognoscet vestram

vestram bonam voluntatem, & Christianam intentionem. Nihil enim video, cur illas desideretis nisi ex illis aliquod consilium animæ vestre salubre inde accipiatis. Quamuis ergo tota sacra Scriptura vos doceat, qualiter viuere debeatis, si eam vobis exponi facitis: non tamen debeo esse auarus, neque inexorabilis religiose petitioni vestre. Dicam igitur vobis (filia charissima) aliquid: quod si frequenter tota intentione mente pertractaueritis, multum cor vestrum ad timorem Dei, & ad amorem bene viuendi accendere poteritis. Semper sit ante oculos mentis vestra, quia vita præsens finem habet, & nescit homo quando vltima dies, ad quam indefinenter die ac nocte propinquat, adueniat. (a) Vita præsens, via est. Nam quamdiu viuunt homo, non facit nisi ire. Semper enim aut ascendit, aut descendit. Aut ascendit in cælum, aut descendit in infernum. Cum facit aliquod bonum opus, facit vnum passum ascendendo: cum vero aliquo modo peccat, facit vnum passum descendendo. Iste ascensus vel descensus tunc cognoscitur ab vnaquaque anima, quando exit de corpore. Qui sollicitè studet, dum hæc viuunt, bonis moribus & bonis operibus ascendere, in cælo collocabitur cum sanctis angelis: & qui malis moribus descendit, in inferno sepelietur cum perditis angelis. Hoc utique notandum est, quia valde velocius & facilius descenditur, quam ascenditur. Quapropter in singulis voluntatibus & actibus suis, debet Christianus, & Christiana diligenter considerare, si ascendat aut si descendat, & toto corde ea, in quibus videt se ascendere, amplectatur, atque illa, in quibus cognoscit descensum, sicut in infernum fugiat & excretur. Moneo itaque & consulo vobis (in Deo amica & filia dulcissima) ut in quantum adiuuante Deo potestis, ab omni peccato magno vel paruo vos retrahatis, & in sanctis actibus vos exerceatis. Oro omnipotentem Deum, ut ipse vos semper, & vbique protegat, dirigat & custodiat. Amen.

a cur præsens
vita via sit.

EPISTOLA CXXXIX.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE
Cantuariensis charissimo amico suo reuerendo
Abbati cœnobii sancti Bertini Lamberto
salutem & dilectionem cum
orationibus.

Inuitato Abbati ad Rhemensis Ecclesie regimen suscipiendum, suadet humeros supponere, si precipiatur. coniunge epist. 52. lib. 1. & 115. supr.

QVIA Ecclesia Remensis desiderat & petit reuerentiam vestram (sicut scripsisti mihi) ad regimen Archiepiscopatus: postulat vestra prudentia à meâ paruitate consilium, quid sibi faciendum sit in tam magna re, tam onerosa, tamque periculosa. Inprimis oro Deum, ut ipse nihil permittat de vobis fieri, nisi quod illi placet & vobis expedit. Consilium (a) autem meum quod petitis, in quantum intelligere possum, hoc mihi videtur salubrius; ut voluntas vestra (quantum in vobis est) multum præbeat assensum, nihil dicatis, nihil faciatis, quod ad hoc posset valere; ut ad vnus, ad quod vocamini, aliqua occasione pertrahamini. Nulla vos cogat necessitas præter so-

D. Ansel. Tom. 4.

lam & puram obedientiam. Obedientiam vero nullam suscipiatis, nisi à Domino Abbate Cluniacensi, cui vos subdidistis. Quod autem dicitis vos malle inobedientiae culpam incurtere, quam tam onerosum opus, & operosum onus suscipere, non est meum consilium. Periculosior namque est inobedientia, quam si non sequitur penitentia, quæ sit obedientia quæ in spe misericordiae Dei aggreditur; etiam ea quæ videntur impossibilia. Virtus enim & meritum obedientiae, cum sola impellit hominem in pericula, aut defendit hominem à peccato, aut si forte peccat, veniale est, si comitatur semper penitentia. Qui autem viuunt in inobedientia, nullum bonum opus faciunt sine macula.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM CXXXIX.

Consilium (a) autem meum, &c.] Arnulfus Lexouiensis in epist. ad Danielem Priorem S. Barbara rectè, quod quædam immodum vocatus ad Prioratum non se debuit ingerere, ita vocatus non debeat recusare: quia inquit, non minus delictum, tumor inobedientiae importat, quam zelus ambitionis importat. Quod si non ex tumore, sed humilitate potius, sicut putas, & timore desistis: pusillanimitatem hæc mihi sapit humilitas. Veni igitur: quoniam cum ipso onere gratia tibi diuina concresecet. Sic ille.

EPISTOLA CXL.

PASCHALIS EPISCOPVS SERVVS
seruorum Dei, venerabili fratri Anselmo
Cantuariensi Archiepiscopo salutem & benedictionem.

Voluptati sibi esse, quod Henricus Ecclesiasticis obsecundarit præceptis. Hæc autem epist. habetur lib. 5. de gestis Reg. Angl. apud Willielm. Malmesb.

QVOD Anglici regis cor ad Apostolicæ sedis obedientiam omnipotentis Dei dignatio inclinavit, eidem miserationum Domino gratias agimus, in cuius manu regum corda versantur: hoc nimirum tuæ charitatis gratia, tuarumque orationum instantia factum credimus: ut in hæc parte populum illum, cui tua sollicitudo præsidet, miseratio superna respiceret. Quod autem & Regi, & his, qui obnoxii videntur, adeo condescendimus, eo affectu & compassione factum noueris, ut eos, qui iacebant, erigere valeamus. (Qui enim stans iacenti ad subleuandum manum non porrigit, nunquam iacentem eriget nisi & ipse curuetur. Cæterum quauis casui propinquare inclinatio videatur, statim tamen reditudo non amittit.) Te autem (frater in Christo venerabilis & charissime) ab illa prohibitione, siue (ut tu credis) [b] excommunicatione absolui-
mus, quam ab antecessore nostro sanctæ memorie Urbano Papa aduersus inuestituras aut hominia factam intelligis. Tu vero eos, qui inuestituras acceperunt, aut inuestitos benedixerunt, aut hominia fecerunt, secum ea satisfactione, quam tibi per [c] communes legatos, Willelmum & Baldeminum viros fideles & veridicos significamus, Cantuariens.

a hæc portio
dus inclusa
virgulis loco
proxime citato
desert.

b Nemo in
Concil. Clari-
remont. &
Roma. que
speciale cita-
uimus.

c hi erant An-
selmi legati,
monachi,
mus, Cantuariens.

mus, Domino cooperante suscipito: & eos vice nostra auctoritatis absoluito, quos vel ipse benedicat, vel à quibus volueris, benedici præcipias: nisi aliud forte in eis repereris, propter quod à faceris sint honoribus repellendi. Caterum (d) Elienli Abbati tuæ commissionis consortium subtrahas, quamdiu Abbatiam retinere præsumpserit, quam contempto nostri oris, (quod præsens audierat) interdicto per repetitam inuestituram præsumpsit inuadere. Si qui verò deinceps præter inuestituras Ecclesiarum assumpserint, etiam si regi hominia fecerint, nequaquam ob hoc à benedictionis munere arceantur, donec per omnipotentis Dei gratiam ad hoc omittendum cor regium tuæ prædicationis imbribus molliatur. Præterea super (e) Episcopis qui falsum (vt nosti) à nobis rumore attulerunt, cor nostrum vehementius aggrauatur, quia non solum non læserunt, sed multorum simplicium animas deceperunt, & regem aduersus charitatem sedis Apostolicæ impulerunt. Vnde & inultum eorum flagitium Domino cooperante non patimur. Veruntamen, quia filii nostri regis instantia pro eis nos pulsat (f) attentius, etiam ipsis communionis tuæ participium non negabis, (g) donec veniendi ad nos præceptum accipiant. Sanè regem & eius coniugem, ac proceres illos, qui pro hoc negotio (h) circa Regem ex præcepto nostro laborabunt, & (i) laborare nitentur, quorum nomina ex supradicti Willelmi suggestione cognosces, iuxta sponsonem nostram à pœnitentiis suis, & peccatis absolues. Igitur quandoquidem omnipotens Deus vos in Angliæ regno ad suum, & Ecclesiæ suæ honorem; in hac præstitit correctione proficere, (k) ea deinceps mansuetudine, dispensatione sapientiæ, prouisione circa regem ac principes tua fraternitas satagat, vt quæ minus adhuc correctæ sunt, auxiliante Domino Deo nostro per tuæ sollicitudinis studium corrigantur. Qua in re ita dilectioni tuæ nostrum sentias adesse præsidium, vt quæ solueris, absoluamus: quæ ligaueris, alligemus. Rothomagensis Episcopi (l) causam, & interdictum iustitia dictante prolatum tuæ deliberationi commisimus. Quod enim indulleris, indulgemus, fraternitatem tuam superna dignatio per tempora longa conferuet incolumen. Datum 10. Calend. April.

EPISTOLA CXLII.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE Cantuariensis, dilecto amico suo Arnulfo, Reuerendo Abbati Troarnensi salutem, & gratiæ Dei continuam protectionem & consolationem.

Hoc asceterium à Roger'o Mongomerio conditum, sinuncupatur à Troarnensi agro Baiocensis tractus in infera Normannia, quem fluvius Orna alluit. Rob. Cœnal. lib. 2. de re Gallica. Perioche. 4. Ex morbo laboranti collaborat, & petitum de abiicienda præpositura consilium rescribit.

Literæ, quas Domino Rodulfo misistis, de ægritudine, & de angustiis vestris, grauitè cor nostrum charitatiua compassione percusserunt, in quibus etiam consilium petit sanctitas vestra à mea paruitate de dispositione ecclesiæ suæ,

quoniam propter nimietatem ægritudinis desperat se ita (sicut hætenus fecit, & quemadmodum oportet) illam posse gubernare & disponere. De ægritudine quidem magnam debet colligere mens vestra consolationem, quia (a) *Flegellat Deus omnem filium, quem recipit*: & exempla sanctorum virorum, qui multas & grauissimas passi sunt ægritudines, sicut fuit Iob: Et sicut legitur (B) de quodam sancto viro, qui paralyti toto corpore dissolutus à fratribus, quoniam ipsi illum tractare non poterant, sceminis traditus est, multum vos confortare debent. Nusquam enim legimus, quod ægritudines sanctorum illis fuerunt ad detrimentum, sed semper legimus eos ad meliora per tribulationem profecisse. (c) Nam & si bona opera aliquando impediuntur in languoribus, gratia tamen Dei non minuitur: sed augetur, si bona voluntas in tribulatione non decreuit: Nec exigit Deus à seruis suis, plusquam facere possint. De consilio verò, quod petitis de dispositione Ecclesiæ vestræ, Deum oramus, vt ipse vobis consulat, & vos, & Ecclesiam vestram cum filiis protegat, atque regat. Quod tamen mihi videretur, in quantum possum intelligere, tacere non debeo. Curam Ecclesiæ, quam per obedientiam, & charitatem eorum (ad quos hoc pertinuit) sine propria voluntate suscepistis: sola vestra voluntate non debetis reuicere, sed obedientiam vsque ad mortem seruare. Sed si assensu, & consilio Archiepiscopi; (quia Episcopum non habetis) & fratrum, & eorum qui rei cognoscunt necessitatem, talis electa fuerit persona, quæ onus vestrum, quod hætenus portastis, digne possit suscipere: tunc vtique, hoc quod per obedientiam suscepistis, licitè, si ad salutem vos redire desperatis, potestis dimittere. Filios vestros hortor, & consulo, quatenus quanto magis ipsi ad præsens vestro nequeunt vti auxilio, & consilio: tanto magis solliciti ipsi sint, ne religio, quæ in vestra sanitate, in illis vigeat, deficiat: sed inuicem se charitatiuè hortantes, propositum suum inuolabiliter custodiant.

ANNOTATIO IN EPISTOLAM CXLII.

ET sicut (B) legitur de quodam sancto viro, &c.] Is (vel hallucinator) fuit Paulus Abbas Heremi Panephisia, tanta membrorum debilitate constrictus quadriennium, vt eorum functione penitus careret, & à viris curari nequirit; eamque ob rem traditus sanctis virginibus, apud quas & defunctus est, vide Casian. collat. 7. cap. 26. vbi reperies oleum defluens ex vnctis sancti viri membris, tam fuisse salutare, vt infirmis salutem restitueret.

EPISTOLA CXLIII.

MVRIARDARCHO GLORIOSO, gratia Dei Regi Hybernæ, Anselmus seruus Ecclesiæ Cantuariensis salutem cum orationibus & Dei misericordia regi & protegi.

Regem de prædicat, ob pacati regni felicitatem.

Gratias ago Deo de bonis multis, quas de vestra celsitudine audio. Inter quæ est hoc, quia

ad Huius Riccardonome erat, cuius not. ad epist. 126. meminimus.

et hinc Geraricus Eboracensis, Heberus Norwicensis, Robertus Sirensis, referuntur 74. et notat ad 73. sup.

Willelmus Malmesb. legitur hætenus: sed in fallor, et hinc melior est lectio. g. id apud Malmesb. deficit. h. ibidem habetur: cum Rege. i. desideratur apud Malmesb. k. hinc insequentibus, et in manu co. dex. Willel. Malmesb.

hanc causam, si inuit, repete, ex obseruatione ad ep. 22. lib. 2.

et hinc 12.

et licet morbus bona opera, non tamè diuina impedit gratiam: imò auget, si bona voluntas non languet.

et confer. ep. 147. infra. notat.

et ad Eulm. sens.

hinc lectio, quam f. apud B. cont. 2. priorum do quo n.

quia gentem regni vestri in tanta pace facitis vivere, ut omnes boni, qui hoc audiunt, Deo agant gratias, & vite vestrae diuturnitatem desiderent. Vbi enim pax est, licet omnibus bonam voluntatem habentibus, quod optant, sine perturbatione malorum hominum efficere. Unde vestra celsitudo, per quam Deus facit, ab eo certissime magnam retributionem expectare. Super hoc vique pacis fundamentum facile est alia, quae ecclesiastica religio exigit aedificare. Precor itaque bonae voluntatis vestrae constantiam, quatenus consideret, si qua sunt in regno vestro corrigenda, propter vitae aeternae praemium: & ut magis ac magis in vobis gratia Dei augeatur, sollicitudine Deo adiuuante studeatis emendare. Nihil enim est contemnendum quod corrigi possit. Quia Deus exigit ab omnibus, non solum quod male agunt, sed etiam quod non corrigunt mala, quae corrigere possunt. Et quanto potentiores sunt, ut corrigant: tanto districtius exigit ab illis Deus, ut secundum potestatem misericorditer impensam bene velint & faciant. Quod maxime videtur ad reges pertinere, quoniam ipsi cognoscuntur maiorem potestatem, & cui minus contradicitur, inter homines obtinere. Si autem non omnia simul potestis, non debetis propter hoc, quin a melioribus ad meliora studeatis proficere: quia bona proposita, & bonos conatus Deus solet benignè perficere, & beata plenitudine retribuere. (a) Auditur apud nos, quia coniugia in regno vestro sine omni ratione dissoluantur, & commutantur: quia cognati siue sub nomine coniugii, siue alio modo, palam, sine reprehensione contra canonicam prohibitionem commisceri non vereantur. Episcopi quoque (qui debent esse forma & exemplum aliis canonicae religionis) inordinate, sicut audimus, aut a solis Episcopis, aut in locis ubi ordinari non debent, consecrantur. Haec, & alia, quae magnitudinis vestrae prudentia in Hybernia corrigenda cognouerit, precor, obsecro, & consulo sicut illi, quem valde diligo, & cuius profectum per omnia desidero, quatenus consilio bonorum virorum, & sapientium regni vestri corrigere studeatis: & Deum oro, ut de regno terreno ad regnum caeleste transeat. Amen.

EPISTOLA CXLIII.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE
Cantuariensis Gisleberto *Lunidenſi
Episcopo salutem.

*Hic Episcopatus est in Hybernia spectans auctoritatem
Armachani Metropolitae: ut ex MS. & impressis
Cod. habet: Licet apud Honed. par. post. Annal.
p. 302. non extet: nam octo tantum episcopos illi
suavit: reliqui Cod. 15.
Gratiam habet p. asuli gaudenti, quod suis auspiciis
res ecclesiae bene vert. ret.*

Gratias ago reuerentiae vestrae, quia letari se significat in literis suis, quod Deus in ecclesia sua ad profectum religionis per me dignatur aliquid operari. Quoniam autem (b) olim nos apud Rothomagum inuicem cognouimus,

*b hinc liquet
quam falso
apud Balcan
cont. 2. scri-
ptorum Britanniae quidam contendunt eundem fuisse cum altero Gisleberto,
de quo nos ad epist. 16.*

D. Anselm. Tom. 4.

dilectione sociati sumus, & nunc cognosco vos ad episcopatus dignitatem gratia Dei profecisse: confidenter audeo vos obsecrare, & secundum quod intelligo, opus esse vobis consulere. Sublimavit Deus in Hybernia vestram prudentiam ad tantam dignitatem; & posuit vos, ut studeretis ad religionis vigorem & animarum utilitatem. Satagite ergo sollicitè, sicut scriptum est, (c) qui praest in solitudine, in illa gente quantum in vobis est, corrigere & extirpare, & bonos mores plantare & seminare. Ad hoc etiam (quantum in vobis est) Regem vestrum, & alios Episcopos, & quoscumque potestis suadendo, & gaudia quae parata sunt bonis, ac mala quae expectant malos, ostendendo attrahite. Et de vestris, & de aliorum bonis operibus praemium mereamini à Deo accipere. Grates refero pro munere vestro, quod mihi benignè misistis. Orate pro me.

EPISTOLA CXLIV.

ANSELMVS DEI GRATIA ARCHIEPISCOPVS Cantuariensis, Adriano, qui fuit monachus CHRISTI Ecclesiae Cantuariensis, & suadente diabolo reliquit habitum suum: si vult redire ad monasterium, & ad monachicum propositum, salutem, & veram dilectionem.

*Præceptis, consiliis & minis errantes reuocat geminas
oues.*

Frater & filium non debeo te nominare, donec sciam te poenitentiam peccati, & erroris tui agere, & hoc cognoscam per reuersionem tuam. Quod si, Deo per gratiam suam inspirante, secundum desiderium meum videro: certus esto, quia in me paternam pietatem, & fraternam charitatem sine figmento (Deo annuente) inuenies. Consulo igitur, & consulendo precor, ut hominem, cuius animae salutem affectu cordis desidero, & praecipio ea auctoritate, quae mihi à Deo & ab ecclesia Dei tradita est, super omnes viuentes professos obedientiam, & stabilitatem in praefato monasterio: & adiuro per eandem professionem, & stabilitatem, quam te in eodem loco seruaturum coram Deo promissisti: & per vtrumque aduentum Domini nostri IESU CHRISTI, sicut vis, ut primus sit tibi ad salutem, & secundus non sit tibi ad damnationem: quatenus relipscas, & redeas ad ecclesiam, in qua monachus fuisti, & quantum ad habitum esse debes secundum veritatem, & ad me, & ad fratres, qui te propter animae tuae salutem desideramus, si non vis in excommunicatione & anathemate mori. Nullus enim homo in praesenti vita viuens potest te absolvere ab his vinculis excommunicationis & anathematis, nisi, quod vera dilectione precor & consulo, feceris. Istas meas literas praecipio tibi, si qua adhuc vena obedientiae viuit in te, ut ostendas, si opportunitatem habes, Airardo, qui tecum ab ecclesia Christi discessit: & quidquid tibi scribo, illi simili charitate, & auctoritate mando. Quamuis non mereamini, ut adhuc pro vobis orem, tamen oro Deum omnipotentem, ut ipse vos conuertat ad se, & ad salutem animarum vestrarum, & latificet me de vestro desiderato reditu. Amen.

O 3 EPISTOLA

EPISTOLA CXLV.

DOMINO DESIDERABILI, ET
totis viscerum medullis concipiendo, matri Ec-
clesiæ Catholicæ Anselmo: frater Walterus
vnius suorum, extrema pars deuoto-
rum, desideratæ pinguedinis,
intimæ suauitatis hau-
stum sufficien-
tem.

*Exultat de felici Anselmi in Angliam reditu simulq;
ab eo quidpiam expetit solatiij.*

Hæret lingua, sensus hæret, nutat manus dū
reuoluit dulcedinem vestræ salutationis,
qua se vestra celsitudo ad tantillum homuncio-
nem dignata est inclinare. Ecce ad vocem ve-
stram confortata sunt ossa mea, exhilarata præ-
cordia mea: quia sanè nunc cognoui, me vestram
gloriam non inaniter amasse, quando vos meam
humilitatem non dedignati estis recognouisse.
Et reuera quantò in me nihil promptum, nihil
robustum considero; tantò erga meam imbecil-
litatem vestram diligentiam pluris duco. Omni-
potenti itaque Deo laudis hostiam mecum refe-
runt omnes amici vestri, qui sæculum nostrum
præsentis vestræ lumine destitutum, fœliciore
beatitudinis vestræ reditu exhilarauit. Depulit
enim qualiter voluit, quicquid requieci placida,
voluntatis vestræ obtinebatur; vnoque mo-
mento, (quod nobis longissimum videbatur) ci-
tissimum nobis effectu pleniore perfecit. Intro-
itus enim vester pacificus factus est, & nobis, &
vobis: quia dum protractæ querelæ terminum
posuistis ecclesiis canonicè collatis, vos quoque
requieuisistis. Itaque requieci vestræ, & communi
bono congratulantur omnes amici vestri, & vos
(quia corpore coniuncti non possunt) desiderio-
rum gressibus inuisere non desistunt. De nostris
potissimum monachis dico, quos vobis maioris
dote familiaritatis & subuentione transire necesse-
ritatis procliuius deuinxistis. Sed quoniam
mei causa cœpi, ad me mihi redeundum est. Op-
tativissimum mihi esset, si fieri posset ante finem
meum vestro conspectu perfrui, & coram vobis
de meis calamitatibus conqueri. Pertransiit e-
nim tempus meum, & nescio, si quem diuturni-
tate vitæ collegerim fructum. Sed quoniam vo-
luntati meæ debilitas senilis obstitit, ecce hic vbi
sum vobis suspirando miserias & languores ani-
mæ, quos contraxi, repræsentō. Id potissimum
exorando (vt sicut omnibus omnia facti estis) eò
me modo rescripto mansuetudinis vestræ infor-
mare dignemini, quo præsentem, si ita contigis-
set, consolarem. Erit enim hoc magnum tu-
tamentum meæ necessitatis, & monumentum
gratum vestræ suauitatis. Ad hoc sanè mea hæc
redit oratio, vt, quoniam vobis ex toto iuxta vo-
tum frui non possum, saltem mihi aliquam vestri
portiunculam concedatis: non qua fruatur pro vo-
bis, sed cuius respectu in vestra consolatione re-
spirem. Non quia ægitudine meæ sufficientia
desint alimenta scripturarum: sed quia semper
satius est ægroto, si ei quod desiderat, tribuatur.
Et sæpe tactus vnus demulcet, cui multorum
medicamina non inhaerent. Omnipotens Deus
mentem vestram & linguam paruulorum suo-

rum consolatione diutius reseruet & placida va-
luntati conatus aduersariorum potentia suæ de-
xtera substernat. Amen.

EPISTOLA CXLVI.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
fratri & dilectori suo Waltero, salutem &
benedictionem Dei, & suam,
quantum valet.

Est rescriptum ad antepositas litteras.

Literas religiosæ dulcedinis tuæ suscepi, velut
fauum pinguem, & exundantem & stillan-
tem densas & luaves guttas, inexplicabilis erga
me dilectionis. In quibus sancto referta feruore
anima tua diligenda & dilecta animæ meæ, tan-
to se significat flagrare desiderio nostri colloqui:
& quia hoc fieri posse desperat, saltem per liti-
ras nostræ salutationis & ædificantis admonitio-
nis, vt anima mea miretur, vnde tua erga me con-
cepit tantum affectum amoris: (a) nisi quia spiritus, a Ioan. 8
vbi vult spirat: & vocem eius auis, & nescis vnde ve-
nit, aut quò vadat. Quippe mea merita hoc im-
petrat apud Deum, vt apud homines nequeant,
vt sic diligat ab homine: sed Spiritus sanctus, per
quem charitas in cordibus seruorum Dei diffun-
ditur, ipse animam tuam tali ac tanto fecunda-
uit affectu. Cuius vocem in literis tuis audio,
sed vnde hoc inspiret nescio: quia, cur hoc fa-
ciat, in me non inuenio. Quem rogo, vt nun-
quam à te vadat, sed semper in te maneat, & toto
spiritum tuum indefinenter amore Dei & proximi
feruere faciat. Gratias ago Deo, qui mihi, vt
ita à te diligat, dedit: sed tibi multò maius donum
tribuit, cum cor tuum sic amore proximi imple-
uit. Vnde namque est gratius Deo diligere pro-
ximum, quam diligi à proximo. (b) Semper ergo
plus debemus studere amare, quam amari: &
plus gaudere, & maiorem questum æstimare,
cum amamus, quam cum amamur. Atque ma-
gis dolendum nobis est, & maius damnum cre-
dendum, cum perdimus, quem amamus, quam
cum amittimus illum, à quo amamur. Amanti
enim præmium debetur, non amato. Deum,
pro cuius amore me diligis, oro vt ipse te diligat,
ipse te ad bene viuendum (quod à me petis) in-
struat: ipse te ab omnibus peccatis absoluat, & ip-
se te ad vitam æternam perducatur. Amen.

EPISTOLA CLXVII.

MVRIARDACHO GLORIOSO RE-
gi Hyberniæ, Anselmus Archiepiscopus, seruus
Ecclesiæ Cantuariensis, fidele cum oratio-
nibus obsequium, & per regnum
terrenum mereri
cœleste.

*Etiam atque etiam rogat mederi, aut curare mæden-
dum pestilentiis sui regni morbis.*

Quoniam multa de vestra excellentia prædi-
cantur, quæ regiam decent dignitatem, val-
de gaudemus: & Deo, à quo est omne bonum,
deuotas exinde gratias agimus. Confidimus au-
tem, quia qui vobis contulit gratiam suam, in
faciem

a Ioan. 8

b Potius
mare quam
amari studet
amari.

Bineta 7.
no. Apof.
d. 64. Epif.
pi ab om-
Cano. I.
rd. Clem.
const. Ap.
cap. 20. lib.
cap. 33. Co-
ar. 1. 1.
ar.

al. Nunc
dus apud
blioth. Mal-
mes. lib. 5.
de reg. Angl.

faciendis bonis, quæ fecistis: conferet quoque effectum perficiendi ea, quæ super illa quæ facitis, cum velle cognoscitis. Quapropter gloriose filii, & in Deo charissime, precor, ut ea quæ in regno vestro secundum Christianam religionem emendanda cognoueritis, omni instantia & sollicitudine emendatis. Ad hoc enim Deus in regali sublimitate vos constituit; ut virga æquitatis subditos populos gubernetis, & quidquid in eis iustitiæ aduersatur, eadem virga percussatis & amoveatis. Et quidem quiddam dicitur fieri in ipso populo, quem regendum suscepistis, quod magnopere corrigendum est: quia Christianæ religioni omnimodis contrarium est. (A) Dicitur enim, quod viri ita liberè, & publicè vxores suas vxoribus aliorum commutant, sicut quilibet equum equo, aut quamlibet aliam rem re alia ab illo commutat, aut pro libitu, & sine ratione relinquunt. Quod quàm malum sit, omnis qui Christianam legem nouit, intelligit. Si igitur excellentia vestra diuinarum scripturarum sententias, quæ huic infami negotio obuiant, per se legere non valet, præcipite Episcopis, & religiosis clericis, qui in vestro regno sunt, ut eas vobis edicant: quatenus eis cognitis, quo studio vobis inuigilandum sit, ut hoc malum corrigatur, cognoscatis. Item dicitur, Episcopos in terra vestra passim eligi, & sine certo Episcopatus loco constitui: atque ab vno Episcopo, Episcopatum sicut quemlibet presbyterum ordinari. Quod nimirum sacris canonibus omnino contrarium est: & eos, qui taliter instituti sunt, aut ordinati, cum suis ordinatoribus ab Episcopatus officio deponi præcipiunt. Episcopus namque nisi certam parochiam, & populum, cui superintendat, habeat, constitui secundum Deum non potest: quia nec in secularibus nomen vel officium pastoris habere valet, qui gregem, quem pascat, non habet. Honor quoque episcopalis non parum vilescit, dum is ad pontificatum assumitur, qui ordinatus, quò diuertat, vel cui per Episcopale ministerium certò præsideat, nescit. Minus quoque, quàm à tribus Episcopis ordinari (b) non debet: cum propter multas alias & rationabiles causas; quas epistolaris breuitas non admittit, tum, ut fides, vita, & sollicitudo eius, qui inuigilare debet, idoneis & legalibus testibus comprobetur. Precor itaque, hortor, & moneo: quatenus excellentia vestra operam det, ut ista in regno suo corrigantur: quatenus merces, quam à Deo pro aliis bonis expeditis, pro istis vobis augeatur. Cæterum si quid in vobis, aut in his, quos regere suscepistis, quod vllatenus voluntati Dei aduersari queat, perpenderit, sollicitè emendare satagite: ut cum de terreno regno transibitis, ad cœleste regnum veniatis. Amen. De fratre nostro Cornelio, quem sibi vilitudo vestra mitti rogauit; dico, quia ita occupatus est circa seruitium patris sui, ut nec ab eo queat sine periculo vitæ illius separari, nec eum, qui iam senio confectus est, secum vllatenus ducere.

*Bineta r. Ca
no. Apost. &
d. 64. Episco-
pi ab omnib.
& Cano. Por-
ro. Clem. 1. o.
const. Apost.
cap. 20. lib. 8.
cap. 33. Cœcil.
Aréla. 2. can.
25.*

*Marens
es apud W.
ioth. Mal-
esb. lib. 5.
reg. Angl.*

Dicitur [A] quod viri ita liberè & publicè vxores suas, aliorum vxoribus commutant, [Epist. 141. supra, idem præmonuerat. sed quia, vt liquet, neglectum fuerat, rursus inuocat. Sanè ante Anselmum Gregorius Papa V. 1. aliquid simile audierat, vnde Lanfrancum per litteras, (quarum maiorem partem retulimus in epistol. 21 lib. 2.) monuit serpeni morbo occurrere his verbis: Tuam verò fraternitatem, etsi monitore nõ egeat, impellente tamen nos sollicitudine admonemus: quatenus grauiora vsquequaque vitia refecate studeat: & inter omnia, & præ omnibus, nefas quod de Scotis audiuius; quod plerique videlicet vxores non solum deserunt, sed etiam vendunt, modis omnibus prohibere contendat. Ad hæc enim Apostolica te autoritate fultum esse voluimus, vt nõ solum in Scotis, sed etiam in aliis (si quos in Anglorum insula tales esse cognoueris) dura animaduersione punias, & radicem tantum mali prudenti sarculo correctionis penitus extirpare non differas. Sic Gregorius ad Lanfrancum, qui monitis Pontificis continuo morem gessit. Nam post Gregorianas litteras sequuntur proxime alia eiusdem Lanfranci ad Gothicum Hybernia regem. vbi post captam in limine benuolentiam, hæc insunt: In regno vestro perhibentur homines, seu de propria, seu de mortuarum vxorum parentela coniuges ducere. Alii, legitime sibi copulatas pro arbitrio & voluntate relinquere: nonnulli suas aliis dare, & aliorum infanda commutatione recipere. Hæc, & si qua sunt alia crimina, propter Deum & animam vestram in terra potestatis vestræ corrigi iubete: talesque vos cum diuino adiutorio vestris subditis exhibete, vt & amatores boni bona amplius diligant, & appetitores mali prauas actiones nequaquam exercere præsumant. Ita Lanfrancus commemorat Regem: Verum nescio, an surda aur isthæc præterisset aut mors irruens sanctæ eius præuenisset desideria: sicut constat ex aliis litteris Lanfranci ad Terleuacum Gothrice successorem datis, nihil fuisse adhibitum remedij tam pestilenti morbo. Substomachans enim, paulò ante medium scribit: Inter multa quæ placent, relata nobis sunt quedam, quæ displicent: scilicet, quod in vestro regno quisque pro arbitrio suo legitime sibi copulatam vxorem nulla canonica causa interueniente relinquit, & aliam quamlibet, seu sibi, vel relicte vxori consanguinitate propinquam, siue quam alius simili improbitate deseruit, mantali seu fornicaria lege puniendi temeritate coniungit. Hactenus Lanfrancus, ex cuius præteritis adhortamentis si presentia liceat Anselmi comprobare: ausim dicere non ex Scotorum vel Hybernorum, sed Anglorum longè antea deprauatis moribus naturam haurire lem gangrenam, paulatim vires & augmentum sumpsisse. Nam Gildas in excidio Britannia supra mille annos dixit. Reges habet Britannia quamplurimas coniuges habentes, sed scortantes. D. Bonifacius Marini & Archiepiscopus, Legatus Germanicus obiicit Ethelbaldo regi Anglorum apud Willelm. Malmesbur. lib. 1. de reg. angl. cap. 4. Audiuius quod optimates penè omnes gentis Merciorum tuo exemplo legitimas deserant vxores, & adulteras, & sanctimoniales constuprent, &c. Quod autem fuerit Scotis hæc libido quasi hereditaria, arguit D. Hieron. lib. 2. aduersus Iouinianum: Scotorum natio vxores pro-

prias non habet: & quasi Platonis politiam legerit, & Catonis sectetur exemplum, nulla apud eos coniunx est propria: sed ut cuique libitum fuerit, pecudum more lasciuunt: Taceo pudenda & persimilia memoratis libidinibus, quæ Syluester Giraldus centum post Anselm. annis notauit de Hyber. is, distin. 3. Topographia Hybernica, cap. 19. Quam verò alias hic morbus egisset radices, adeo ut nec huius epistole medicatis euelli potuerit consiliis, p. lam fit ex Concilio Casellis Archiepiscopali Hybernia ciuitate habito anno 1171. & ab Alexandro III. probato: in cuius Concilij placitis id potissimum iubetur, ut omnes laici qui uxores habere velint, eas secundum ius Ecclesiasticum habeant; Roger. Hovedenus retulit in poster. part. anal. Sed nec hoc decretum (ut liquet in signato Syluest. Giraldi testimonio) valuit extirpare: tam piceum est impie veneris malum.

EPISTOLA CXLVIII.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
fratri charissimo Odoni monacho, & Cellario salutem, & benedictionem
Dei, & suam.

*De Cellarij officio extat in D. Benedicto regula cap. 31.
Non esse deserendum munus sibi commissum ob ingravescentem aetatem.*

Dicitur quod, quia sentis aetate & aegritudine finem tuum propinquare, ideo vis obedientiam tuam, in qua hactenus Deo, & conuentui Ecclesie, in qua viuisti, deseruisti, de cetero. Notum autem volo esse dilectioni tuæ, quia hoc consilium non est de bona parte. De malis enim operibus debemus agere penitentiam, & ea relinquere ante mortem, ne in illis inueniat nos ultima dies. In bonis verò operibus debemus perseverare usque in finem, ut in illis assumatur anima nostra de hac vita. De beneficientibus namque perseveranter dictum est: (a) qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit: non de illis, qui ante finem à bono opere deficiunt. Expedi igitur animæ tuæ, (frater & fili charissime) ut in obedientia, quam secundum posse tuum ad placitum Dei, in quantum cognoscere possumus, & ad placitum Abbatis tui & fratrum tuorum tenuisti, perseveres, quamdiu vita in te fuerit, & Abbas tuus tibi iusserit: bono, & lato animo, sine omni rancore & murmuratione, ut etiam loquendo & disponendo aliquid de eadem obedientia emittas spiritum. Sic enim eueniet tibi illa promissio, quæ perseverantibus usque in finem promittitur. Nec te terreat, quia propter imbecillitatem corporis, non modo ita efficaciter facere, & curare quæ facienda sunt in eadem obedientia, sicut olim faciebas in sanitate & iuuentute. Namque non exigit Deus à te ultra posse tuum. Nece te perturbent quælibet aduersitates, vnde cunctis veniant: quibus te vult inimicus animæ tuæ vexare & fatigare, ut ante finem deficias & premium perseverantiæ perdas. Hortor igitur, & precor, quatenus hoc in corde tuo proponas, & stabilias: ut bonum opus, quod hactenus fideliter Deo adiuuante tenuisti, nequaquam, donec viuas, deseras: nisi hoc Abbas tuus, & fratres tui, non tua importunitate, sed sua spontanea voluntate tibi præcipiant. Et certus

esto, quia quanto maiori difficultate, cum propter imbecillitatem tuam, tum propter quaslibet aduersitates, obedientiam tibi iniunctam facias: tanto maius præmium à Deo recipies. Oro Deum omnipotentem, ut ipse cor tuum dirigat, & quantum in me est, benedictionem & absolutionem Dei tibi mando, frater charissime.

EPISTOLA CXLIX.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Cantuariæ Thomæ electo Archiepiscopo
Eboracensis ecclesie salutem.

Ecclesiam post tres menses à pastore regendam esse, & Eboracensem Pontificem ab Archiepisc. Cantuariæ manuum impositionem suscipere debere.

CAnonica autoritas præcipit, (a) ut Ecclesia ad ist. 30. can. episcopatus ultra tres menses non maneat postquam. sine pastore. Quoniam autem Regi placuit consilio Baronum suorum, & nostra cõcessione, ut vestra persona (b) eligeretur ad Archiepiscopatum Eboracæ: non debet per vos terminus salubriter constitutus diutius differri. Vnde miror, quia post electionem vestram, non requisistis ut consecrati mini ad quod electi estis. Mando itaq; vobis, ut 8. Idus Septembr. (c) sitis apud matrem nostram ecclesiam Cantuariensem, ad faciendû; quod facere debetis: & ad suscipiendam consecrationem vestram. Quod si non feceritis, ad me pertinet, ut ego curam habeam, & faciam quæ pertinent ad Episcopale officium in Eboracensi Archiepiscopatu. Præterea audiui, quia vos priusquam consecrati, (d) facere vultis: ut electus Episcopus sancti Andree de Scotia apud Eboracam consecratur. Quod nec facere debetis, nec ego concedo: sed omnino interdico, ne fiat, aut de illo, aut de aliqua persona, quæ in regimen animarum debet prouchi ab Archiepiscopo Eboracensi: quia non pertinet ad vos dare, vel concedere alicui curam animarum, quam nondum accepistis. Vale.

ANNOTATIO IN EPISTOLA CXLIX.

Facere (d) vultis, ut electus Episcopus Sancti Andree de Scotia apud Eboracam consecratur. *Quoniam ad Eboracensem Archiepiscopum pertinebat consecratio omnium Episcoporum præfectorum Ecclesiarum insularum Orkadum, id est, Hyberniæ & Scotiæ: Thomas nec iam acceptam hæreticorum alteri volebat conferre, aut curare conferendam. Quod Anselmus prohibuit, rectè dicens, non posse quem animarum curam emanare, quam non susceperit. Initiando autem Episcopo nomini erat Turgodus Ecclesie Dunelmensis Pror. Ceterum, quod Scotorum & Hybernorum Antistitum initiatio sit Pontificis Eboracensis, & huius (de quo fit sermo) fratruelis, ad Lanfrancum, nec non Lanfranci ad ipsum: quas ad literam subiticio: priores sic habent: Pissillimo & sanctissimo Cantuariorum Archiepiscopo, totius quoque Britanniæ summo pastori Lanfranco, Thomas fidelis suus, & (nisi presumptuosum sanctitati suæ videatur) Eboracensis Ecclesie Archiepiscopus: cæli portas, Petri vice, iustis & iniustus*

a Matth. 10.

b nempe 1171. no 1108. post obitu Giraldi, ad que est epist. 131. sup. Honr. Hun. tid. li. 7. hist. Rog. Horad. in Annal. Mort. Parv. in histor. c. Sic n. ann. 1072. omnium Pontif. Angliarum ore. probatu Eboracensis Archiepiscopi de sancti successore debuit venire Cantuariæ, aut quod luberet Cantuariensi Pontifici; et ab eo initiatur: Williel. Malmesb. li. 1. de Pontif. Angl. in Lanfranc. & Biographus Lanfranci MS. in Chro. Beck. epistola quæque eiusdem Lanfranci MS.

Iniustis iuste aperire, & claudere. Ecce, pater sanctissime, filius tuus ad te clamat, sed magis filia, Eboracensis videlicet Ecclesia: ad eam, cui diuina dispositione præsides, ecclesiam, tanquam ad maternum recurrentem sinum piè postulat, vt ex abundantia maternarum deliciarum reparetur inopia suarum se deserentium: Immo longè & inter barbaras nationes positarum virium. Siquidem venit ad nos quidam Clericus, quem misit Paulus Comes cum literis sigillatis de Orchardum partibus, significans in eis, Episcopatum suæ terræ eidem clerico concessisse. At ille antecessorum suorum ordine custodito, postulat à nobis consecrari Episcopum. Cui, quod iuste perit, iniuste denegare non possumus. Precamur ergo, vt nobis duos episcopos dirigat paternitas vestra: quorum fulti orationibus & auxilio, tantæ rei sacramentum canonicè compleamus. Illa autem procul arceatur suspicio, quam nuperimè noiter frater nobis & coepiscopis subintulit Remigijs, me scilicet impostero quæsiturum Dorcestrensis vel Wigornensis Episcopi subiectionem hac de causa. Dico enim coram Deo, me nunquam hoc facturum. Si placet igitur sanctitati vestræ, vt iuxta petitionem nostram nobis facere dignemini. Locum Eboracum: tempus, 5. Non. Martias nobis immutabiliter constituimus, & vobis significamus. Ergo viuas, & valeas, & spiritualibus incrementis vsquequaque proficias. *Hactenus Thomas, Ex cuius verbis perspicuum est, quod alius in Lanfrancum tristis olim exorat eandem ob causam, quam hic Thomas suus frater uel, tanto demissius inclinasse: adeo vt, non nisi tacito Lanfranci permissu, vereatur se nuncupare Archiepiscopum Eboracis: & Lanfranci responsum coniungamus, quo & id iuris spectans ad Eboracensem Cathedram grauius probat:* Lanfrancus Dei gratia sanctæ Dorobernensis Ecclesiæ Archiepiscopus, venerabilibus fratribus Wlstanò Wigornensi, & Petro Gestrensi Episcopis salutem. Insinuauit nobis venerabilis frater noster Thomas Eboracensis Archiepiscopus, aduenisse de Orchardum insulis ad se quendam Clericum; quem in Episcopatum ipsius terræ, præcipiente, & insinuante Paulo comite, testatur esse electum. Et quia ex antiquo more sui iuris est præfatarum insularum præsules consecrare; petit à me, vt mitti sibi de nostris suffraganeis duos: qui tantæ rei sacramentum cum eò valeant celebrare. Rogantes itaque præcipimus, & præcipientes rogamus: quatenus omni excusatione submota illuc eatis, & ex nostro præcepto secum, quod iustum est, in tantæ rei mysterio compleatis. Non enim decet, vt qui sacrandus in hanc terram venit, & cum omni humilitate sacrari se postulat: inopia adiutorum à tanto regno non sacratus abscedat. Terminum huius consecrationis lator præsentium vobis indicabit. Et ne forte solliciti sitis, putantes quod vel ipse vel successores eius hac occasione super ecclesias vestras ius prælationis quandoque conentur arripere: literas, quas ipse mihi transmisit, fraternitati vestræ, sollicitudinem de futuro gerens, curauit transmittere. Quas, & has (quæ vobis transmittitur) in Archiuis ecclesiarum vestrarum, ob memoriam futurorum, seruatum iri præcipio. *Sic Lanfrancus: qui & proficitur ab Eboracensi Archiepiscopo inuengendos esse Episcopos Orchardum: ita tamen, vt Cantuariensis Primas ad eum mittat duos Comprovinciales Episcopos, qui ei ad-*

sint ad inaugurationem sacram peragendam: neque eam ob rem sibi valeat aliquid in eos iuris vendicare. Vnde & hic Thomas (ad quem Anselmus ecclesiæ Scotica designatum Pontificem initiare non poterat.

EPISTOLA CL.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Goffrido salutem & benedictionem
Dei & suam.

Virum probum à vite integritate laudat, & à quo sibi caueat, premonet.

Ivhel nepos vester mihi narrauit vitam vestram, & rogauit me ex vestra patre, vt vobis consulerem, qualiter viuere deberetis. Sed cum audissem vitam vestram: non potui cogitare, quid vobis possem addere in Psalmis, in orationibus, in abstinentiis, in afflictione corporis, vltra hoc, quod vos per gratiam Dei incepistis, & facitis. Hoc itaque, quod facitis, quamdiu cum salute corporis vestri facere potestis, tenete. *(a) Si autem senseritis, quod in ægitudine vobis vertatur: tunc consulo, vt sicut expedire cognoscetis, vos temperetis. Melius est enim, vt cum salute corporis læto animo aliquid faciatis: quam per ægitudinem ab his, quæ cum lætitia bene facitis, deficiatis.* Contulo etiam, vt quidquid facitis, pro nihilo ducatis: neque alios, qui hoc non faciunt, villo modo contemnatis, aut eos esse minoris meriti apud Deum, quam vos, existimetis. Bonum enim est exercitium corporis: sed multo magis amat Deus cor plenum pietate, dilectione, humilitate, & desiderio perueniendi; vbi possit & delectetur ipsum Deum videre. Omnipotens Deus vos doceat, & corroboret, & consoletur. Absolutionem Dei, & nostram, (si quid valet) ab omnibus peccatis vestris vobis mitto. Rogo, orate pro me.

a Si anterior victoriceat, temperadus est pro corpore sculari vrbibus.

EPISTOLA CLI.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS
Ioanni Priori, & toti congregationi Batenfi
seruorum Dei benedictionem Dei,
& suam, si quid valet.

Eos Dei domum & templum futuros, si mutuam seruent concordiam.

Dominus Ioannes lator præsentium petit à me, vt fraternitati vestræ aliquam monitionem scriberem: quæ esset signum paternæ dilectionis. Possum quidem breuiter comprehendere, quæcumque vitanda sunt, & quæ appetenda, dicendo: *(a) declina à malo & fac bonum:* sed conuenientius existimo, vt de aliqua virtute nominatim religionem vestram admoneam. Hortor ergo, vt pacem seruare inter vos toto corde studeatis: quia dicitur de Deo: *(c) factus est in pace locus eius.* Ita ergo domus & templum Dei verè eritis: si *(c)* si pacem inter vos constanter habueritis. Quam hoc modo assequi & seruare poteritis: si vnusquisque non intendat, vt alius faciat suam voluntatem, sed ipse semper seruata reatitudine & voluntate Dei, alterius faueat voluntati. Inter seculares homines est contentio de propria singularum

a Psalm. 77

b Psalm. 75.

c Pax in cor- nobis viget, cum quis non suam, sed potius alterius exple voluntatē con-

adist. 30. can. postquam.

b nemp. 287. no 1108. post obitu Girard. ad que est epist. 131. sup. Henr. Hunt. tid. li. 7. hist. Rog. Honed. in Annal. Mart. Paris. in histor. c. 112. n. annu. 1072. omnia Pontif. Anselm. orat. probatū Eboracensis Archiepiscopi desunt. iuc. cessore debet. uenire Cantuariā, aut quod lubent. Cantuariensi Pontifici: et ab eo mittatur: Williel. Malmesb. li. de Pontif. Angl. in Lanfr. an. & Bio. apud Lanfranci MS. a Chro. Bed. pistola que- ue eiusdem Lanfranci MS.

gularum voluntate: vt vnusquisque dicat non sicut tu vis, sed sicut ego volo: contentio volo monachorum est: non secundum voluntatem meam fiat, sed secundum tuam. Nec debet vnusquisque expectare, vt cum facit alterius voluntatem, ille sibi similiter faciendo retribuatur: sed in hoc debet studere, vt quidquid alius faciat, ipse nunquam a bono proposito suo deficiat. Est & aliud, quod valde pacem & dilectionem inter fratres conciliat: si nullus aliquando fratri suo aliquid dicit de alio, vnde animus eius aliquo modo offendatur: sed semper (si potest) frater de fratre loquatur, vnde cor eius ad dilectionem accendatur. Hæc fratres, & filii mei charissimi, seruare. (c) De ordine quoque vestro ita solliciti esse debetis, vt non in modico illum alicubi; vel aliquando in secreto, vel in conspectu aliorum violetis. Scriptum est enim: (d) *Qui modica despiciat paulatim decidit.* Si ergo coram Deo vultis proficere, nunquam minima mandata velitis despiciere. Sicut autem qui modica despiciat, paulatim decidit: sic qui modica non despiciat, non dico paulatim, sed efficaciter proficit: fratres facite, vt possitis dicere cum Propheta: (e) *Anima mea in manibus meis semper.* In omnibus enim operibus vestris, debetis considerare, quasi anima sit in manibus vestris semper: quia quicquid vnusquisque faciat, hoc anima eius recipiet. Omnipotens Deus vos ab omni malo custodiat, & absolutos ab omnibus peccatis, in bonis operibus vos perseverare faciat. Amen. Precor, vt oreris pro me.

EPISTOLA CLII.

DOMINO ET PATRI DILIGENDO, & reuerendo, Paschali summo Pontifici, Anselmus Ecclesie Cantuariensis, debitam obedientiam cum fidelibus orationibus.

Non esse mittendum pallium Archiepiscopo Eboracensi, donec per literas insinuet.

Quoniam fortitudo & directio ecclesiarum Dei, maximè post Deum pendet ex autoritate paternitatis vestre: quando ratio exigit, ad eius libenter recurrimus auxilium, & consilium.

(a) Archiepiscopus Eboracensis, Gerardus nomine, migravit de hac vita: & alius, Thomas nomine, loco eius electus est. De quo rumor est, quia queritur ei pallium, antequam sit consecratus, & mihi faciat professionem secundum antiquam consuetudinem antecessorum meorum, & suorum. Hæc est igitur summa precum mearum in hac re, vt antequam consecratur, & mihi debitam obedientiam (sicut dixi) profiteatur, & hoc factum esse literis nostris cognoscatis, a vestra excellentia Pallium non suscipiat. Quod non idcirco dico, quod illi Pallium inuideam: sed quoniam quidam autumant, & etiam procurant: vt si hoc a vobis concessum fuerit, confidant se professionem debitam mihi posse denegare. Si enim hoc contingat, scitote, quia ecclesia Angliæ scinderetur, & secundum sententiam Domini, dicentis: (b) *Omne regnum in se ipsum diuisum, desolabitur: desolaretur, & rigor Apostolicæ disciplinæ in ea non parum debilitaretur.* Ego quoque nul-

latus remanerem in Angliâ. Non enim debet, aut possem pati: vt me in ea viuentem Primatus Ecclesie nostræ destrueretur. Hoc ipsum, & eodem affectu suggero reuerentia vestra: quia de Londoniensi Episcopo Pallium petitur, quod nunquam habuit: vt scilicet ad hoc nullatenus assensum præbeat. Quidam namque concinnant sub hac specie boni, Primatus Cantuariensis dignitatem (quemadmodum non oportet) humiliare. Mihi sanctitati vestre hoc (c) anno post Pentecosten literas per Bernardum seruientem Domini (d) Petri, Camerarii vestri: quod Rex Angliæ conuenitur, quod sustinetis regem Teutonicum dare inuestituras ecclesiarum, sine excommunicatione: & ideo minatur, se sine dubio resumpturum suas inuestituras, quoniam ille stas tenet in pace. Videat igitur prudentia vestra sine dilatione, quid inde agere debeatis; ne, quod tam bene ædificastis, irrecuperabiliter destruat. Rex enim noster diligenter inquit, quid de illo rege faciatis. Oramus Deum, vt nos lætificet de diuturna vestra prosperitate.

EPISTOLA CLIII.

PASCHALIS EPISCOPVS SERVVS seruorum Dei, dilecto fratri Anselmo, Cantuariensi Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Superiori respondet Epistola.

Literas dilectionis tuæ recepimus, per quas affabilitatis tuæ dulcedinem recognouimus. Bene autem, & sapienter egisti, quod nos de causa, & honore Cantuariensis ecclesie præmonitos & cautos reddidisti. Nos siquidem in te, ipsius beati Augustini Anglorum Apostoli, personam veneranter intuemur: & ideo honori tuo, vel ecclesie tuæ detrahere omnino refugimus. Vnde quæ rogasti, libenter suscepimus: & ad seruandum tuum, & Ecclesie tuæ honorem, custodiam & sollicitudinem tuam adhibemus. Porro, quod in eis literis significasti, scandalizari quosdam, quod [A] Regem Teutonicum dare inuestituras ecclesiarum toleramus: nec tolerasse nos aliquando, nec toleraturos scias. Expectamus quidem, vt ferocia gentis illius edomaretur. Rex verò si in patris nequitia tramite perseverauerit, beati Petri gladium, quem iam educere cœpimus, procul dubio experietur. Datum Beneuenti, 4. Idus Octobris.

ANNOTATIO IN EPISTOLA CLIII.

Quod [A] regem Teutonicum inuestituras dare toleramus.]

Eandem, quam hic Paschalis, rationem reddit Leo Carnotensis epist. 238. inquitens: Quod si Papa adhuc in Teutonicum regem debitam seueritatem non exercet: credimus, quia consulto differt secundum quorundam Doctorum iudicia, qui consulant quædam admittenda pericula, vt vitari possint meliora. Vnde Augustinus in 3. lib. contra Parmenianam Donatistam dicit: Hoc sanitas obseruat Ecclesie, vt eum quisque fratrum, id est, Christianum, mortem,

e Id crebro inculcat, vt reuera pernecessarii momenti sui progressus cupido.

d Eccl. 19. coniunge epist. 20. 125. sup.

e Psal. 118.

c hie 1108. ut scholio. gnummum epist. 149 sup. d hie Petrus Urbano I. d Paschalis fuit Camerarius ex monacho Cluniacensi. Iunge præcedenti epist.

a Iunge epist. 149. sup. obiit Gerardus ann 1108. ut ibidè animaduertimus. eius obitum planius vide apud Malmesb. in Eboracens. Archiepiscopi.

b Luc. 12.

August. contra Parmenianam Donatistam dicit: Hoc sanitas obseruat Ecclesie, vt eum quisque fratrum, id est, Christianum, mortem,

horum, intus in Ecclesia societate constituto-
rum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, vt
anathemate dignus habeatur: fiat hoc, vbi peri-
culum schismatis nullum est. Atque id cum ea
dilectione fiat, de qua ipse Apostolus alibi præci-
pit, dicens: vt cum non existimetis inimicum,
sed corripite vt fratrem. *Hactenus Iuo.*

Porro, cum epist. 149. animaduertimus hunc Ar-
chiepiscopum Eboracensem, de cuius Pallio non conceden-
do Anselmus Paschalem monuit, electum fuisse anno
1108. liquet hunc regem Teutonicorum esse Henricum
Quartum eius nominis Romanorum Imperatorem. &
Quintum Teutonicorum Regem, vt de filio loquentes vi-
amur distinctione, quam Otto Frisingensis Episcopus de
patre scribens usurpauit initio lib. 1. de gestis Fridrici A-
enobardi. cap. 1.

Ceterum si hæc Paschalis verba conferantur Abbatis
Vrpsingensis historia, videntur obscuriora. Hic enim de
Henrico Quinto scribens ait ad annum 1105. Hære-
sim præscriptam anathematizans, Apostolicæ sedis
Pontifici debitam profertur obedientiam. Et post modicum:
Consilio atque ministerio Ruothardi Moguntini, atque Gebehardi Constan-
tensis Episcopi, responsalium, scilicet Domini
Paschalis Papæ, totam Saxoniam Romanæ ec-
clesiæ reconciliauit. Rursusq; ad annum 1106. exul-
tans de ecclesiarum redditu libertate, inquit: Sic nimi-
rum, sic per tot iam annos adnubilata lux oriri
cepit nostris in partibus, orthodoxa de publica-
tur & ventilatur, diiudicatur & conuincitur, fæ-
tet, respuitur & condemnatur, & anathematiza-
tur hæresis Wigbertina, vel Heinriciana; abdi-
catis siue fugatis hæresibus, Catholici cathedris
Pontificalibus destinantur, e quibus etiam aliqui
inter ipsa festa consecrantur. Hæc Conradus à Lie-
thenau Vrpsingensis Abbas de Henrico præclara reliquit,
quæque fuissent præclariora, nisi posterioris impudentis
caligo obsuscasset: ita vt historicorum plerique non im-
merito dicant, se pietatis ne uia texisse aliquamdiu, vt
matrem, nempe Ecclesiam licentiosius vexaret postea.

EPISTOLA CLIV.

ANSELMVS BECCENSIS MODO
minister ecclesiæ Cantuariensis dilecto di-
lectori suo, (A) reuerendo Abbati
Willelmo Beccensi sa-
lutem.

*Vota nuncupata ante monasticam professionem, sine
promissione fidei in ipsa perfici, nec quem ad hæc
teneri. Coniunge epist. 33. supr.*

DE voto monachi, de quo nostrum vultis
audire consilium, qui antequam ad nostrum
ordinem veniret, vouit se nunquam amplius vi-
num bibiturum: hoc mihi videtur esse facien-
dum, quod fit à maioribus nostri ordinis, & ma-
ximè apud Cluniacum: videlicet, vt huiusmodi
vota quæ fiunt sine promissione fidei, & sacra-
mento; in voto monachici ordinis (in quo homo
quicquid ad se pertinet, & seipsum totum Deo
offert) iudicentur esse completa: & sit in dispo-
sitione prælati, vel ea seruare rationabiliter vel
mutare. Vos autem huic monacho, de quo lo-
quimur, potestis, si placet ad tempus concedere,
vt quod incepit, faciat. Quod si quando intelle-

xeritis non expedire: præcipite illi, vt faciat fiden-
ter, quod faciunt communiter fratres.

ANNOTATIO IN EPISTO-
L A M CLIV.

Reuerendo (A) Abbati Willelmo, &c.] Ille
ipse est Willelm. Becci tertius Archimandrita, de
cuius electione scribitur epist. 8. supra, ad quem recensui-
mus eiusdem Willelmi natales, pueritiam & monachi-
smum: & quidem ex Beccensi MS. quod etiamnum sup-
peditabit in maiorem breuis & aperta narrationis de eius
interitu: vt cuius sancta, fact. ciaq; primordia illic expo-
sumus, hic feliciter, etsi Beccensibus lugubrem facia-
mus eisdem finem. Anno vigesimo sui muneris, mensè
Septembri decidit in agrotationem; qua lentè seniles artus
consumens vitalem eius mortem prorogauit ad insequen-
tis anni mensem Martium. Tom enim grauior solido &
potentior cum lecto fortius, quàm Prometheus Caucaaso,
alligauit. Inter hæc Ricardus Abbas Prætelensis cano-
bii (quod Rogerius Bellomontanus Hunsfridi filius co-
stituit in fundo suo, sic enim scripulo se Willelm. Gemmet.
lib. 7. hist. ducum Normannor. cap. 22. obseruauit) con-
uulsi Willelmum, ac mox Beccenses fratres. Tunc verd
& obsecrationibus, & Ecclesiasticis Chrysmate roborat-
us est Willelmus. Boso autem Prior Beccensis. (tam enim
Baldricus, ad quem sunt epist. 7. & 8. supra, è viuis
excesserat) monuit Willelmum, vt morbundus filius cæ-
lestem quædam legaret benedictionem. Erecta igitur
manu illis bene precatus dixit: Amate claustralem vi-
tam: quia reparatio est ordinis nostri: & non que-
ratis habere obedientias in seculo, quoniam in
eis multi perdunt animas suas: & quantocius
Abbatem eligite, quia non est bonum, tale opus
differre. Hæc factus, obnixè rogauit eos suo nomine sun-
dere vota: Erat enim pro more, vt si quempiam virum
nasset integerrima vita, communionem precationum e-
iusdem cupidius ambiret. Sub hæc propter repentinum tu-
multus aliquot in Normannia excitatos Henricus Nobi-
lium & rex aduolarat ex Anglia; isque Paschalem ex-
citer solemnitatem venit Beccum, vbi Beccenses nonnulli ei
supplicarunt, vt in motu locum sufficeretur quispian
Beccensis. Ad vt Willelmi auribus insonuit, cauuit ne suam
exoraret sedem. Henricus autem cognita Willelmi in-
ualitudine, per humane inuisit, eumque alloquens hui-
residebat pro hominis obseruantia. Willelmus contra fu-
turo sui canobii prospiciens statui, supplicauit Henrico,
vt monachum mediæ ætatis, & integrioris vita præpo-
neret Becco. Quem inquit? Willelmus contra. Ecce-
siastico sanctionis vniuersis interdicitur p. apost. is, electio-
ne successoris. Dixerat hæc, & dicens dexteram ori o-
culisq; rex admouit. Quamobrem fratres Psalmos legè-
re penitentiales, sanctorumq; Litaniam: inter quæ ani-
mam exhalauit. Mox pro more cadauer sacris indutum
vestibus in Basilicam delatum, coram maxima colla-
tum est ara: quod & monachi & laici, conuicantq; lugu-
bres facturi preces ventilabant. Sed & Rex, quem supre-
mo halit antem viserat, omni carentem spiritu dignatus
est suprema vifitatione. Præter illum, nouem Abbates, cle-
ricorum monachorumque turba innuenerat, & inter hos
præcipuus venit Ioannes Lexouiensium Pontifex: qui &
suprema defuncto persoluit obsequia: Mendicorum quoq;
non defuit multitudo: in quorum gratiam, defunctiq;
opem bidu: tam large fuerunt eleemosyna distibuta, vt
nullus inanis redierit. Interea Willelm. cadauer inhu-
matum in exedra capitulari, ad dexteram Hieronymi fun-
datoris. Willelmus autem anno ætatis 25. Becci mona-
chium professus est, quinquaginta annis priuatus ibidem vi-
xit.

xix, triginta & dimidio praesuit, scilicet, 70. natus annos obiit anno 1124. Calend. Maij, & hoc fuit donatus epitaphio:

Abbas Willelmus praecleari generis ortus
Tempore primaevo fit religionis amator,
Aetatis quinis lustris iam rite peractis,
Suspirando Deum coepit contemnerè mundum.
Terrea diuifit, sed Christo totus adhaesit,
Ut nudum nudus Dñm famulus sequeretur.
Confestim Becci iuga sumpfit suauiã Christi,
Quae p quindenos constanter pertulit annos.
Anselmo post Anglorum Praefule factò,
Iste loci curam coepit fratrumq; regendam:
Quae grauitas moru, vel vita, decusq; parentu
Fecerunt clarum permultis ac venerandum:
Doctus erat, bladoq; loquens sermone placebat,
Actibus & verbis subiectos erudiebat.
A puero vitae fuerat seruator honestae,
Cordis munditiam seruans carnisq; perennem:
Beccum ter denos auxit rexique per annos:
Blandus subiectis rector, durusq; superbis.
Vir tantus, meritis morum ditatus opimis,
Nequaquam valuit nexus euadere mortis,
Aprilis sextadecima surgente dieta
Compleuit cursum vitae praesentis, & actum.
Comendans animam caelo corpusq; sepulcro
Expectat tempus, quo iudicet oia Christus.
Ecce sub hac tumba puluis sunt membra sepulta
Cui praestet Dominus veniam vitamq; rogemus.

Id vero Epitaphij Beccens. MS. insertum non vidi in memorato capituli loco: Existimari, nec falso, cum instauraretur (instauratio enim recentiore ipsa loci facies noua & quodammodo puerilis testatur) cum vel situ obducta seu rubigine, eamq; ob rem neglecta.

EPISTOLA CLV.

ANSELMVS SERVVS ECCLESIAE
Cantuariensis Thomae electo Archiepiscopo
Eboracensi.

Uniuersis Archiepiscopi munus interdicere ante promissam sibi fidelitatem pro more veteri. Adiungo epistolam 149. supra.

Tibi (A) Thoma in conspectu Omnipotentis Dei ego Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis totius Britanniae Primas, loquor loquens ex parte ipsius Dei; sacerdotale officium, quod meo iussu in parocchia mea per suffraganeum meum suscepisti, tibi interdico: atque praecipio, ne te de aliqua cura pastorali villo modo praesumas intrmittere, donec a rebellionem quam contra Ecclesiam Cantuariensem incepisti discedas: & ei subiectionem, quam antecessores tui Thomas videlicet & Girardus Archiepiscopi ex antiqua antecessorum consuetudine praestiterunt, profitearis. Quod si in his quae coepisti magis perseverare, quam ab eis desistere delegeris: omnibus Episcopis Britanniae sub perpetuo anathemate interdico, ne tibi vllus eorum manus ad promotionem Pontificatus imponat: vel si ab externis promotus fueris, ne pro Episcopo iidem in aliqua Christiana communione te suscipiant. Tibi quoque Thoma sub eodem anathemate ex parte Dei interdico, ut nunquam benedictionem Episcopatus Eboracensis suscipias, nisi prius professionem, quam antecessores tui (b) Thomas & Girardus Ecclesiae Cantuariensi fecerunt, facias. Si autem Episcopatum Eboracensem ex toto dimiseris, concedo ut officio sacerdotali, quod iam incepisti, utaris.

cessores tui (b) Thomas & Girardus Ecclesiae Cantuariensi fecerunt, facias. Si autem Episcopatum Eboracensem ex toto dimiseris, concedo ut officio sacerdotali, quod iam incepisti, utaris.

bHunc Thomam illum quem Anselmus alloquitur, fuisse

fratrualem, notauit Rogerius Honedenus, de quo plura Willelmus Malmesburien. & Matth. Parkerus in antiquit. Ecclesiae Britannicae.

ANNOTATIO IN EPISTOLA CLV.

Tibi (A) Thoma in conspectu &c.] Hanc Anselmus scripsit epistolam in nullo non noto charitatis lapide. Nam, teste Bibliothecario Malmesburien. Thomas ab Anselmo primo accusatus, ut Cantuariam veniret a se inaugurandus, sibiq; pro more obediens am firmaturus sacramento, benignus egit gratias pro inuitatione, petijtq; inducias ad tam celeberrimis operis apparatus: Secundo accusatus respondit, se rationibus suorum Clericorum abduci: Tandem per Episcopos Londonensem Rasensemq; conuentus aperte se denegauit venturum. Quomobrem quem priuatis monitionibus pellicere non quierat Anselmus postremo publicauit quasi contumaciam hoc programma: re execrando, quod etiam retulit Willelmus Malmesbur. in Eboracens. Archiep. Post haec dum Henrici S. immaturoq; Anglico um consilio Thomas conuenitur, Anselmus desessit, relinquens eum sua benedictione (quam sperauit at arrogantiu. sperantq; s. ruis doluit) priuatum. Coactus igitur tandem Episcopo Londonensi Richa do Belmizio pollicitus est & vnctus. Post quinquennium VI. Cal. Mart. desit esse in viuis eo splendidius, quod vixerat obscurius ob prudentiam sua pernicacitate caliginem. Cum enim decubisset lecto, consulti medici responderunt, nunquam conuulsum, nisi femine coitus opera. Quod respondit fatidumq; execratus phar macum conuenit. hoc planctu: Vae aegritudini, cui competit medicina: Et sic virgo electus a Domino (inquit Roger. Honeden in annualib.) vitam finiuit temporalem. Quomobrem vixit de eo, quod angelus Politianus de Michaele Verino, canipotes.

Huc poro referri similitudo eiusdem Anselmi de Bubone & pullis, quae excrat lib. 2. vita eius apud Ediner. lib. Similiud. l. 187

Sola Venus lento potuit succurrere morbo.
Ne se pollueret, maluit ille mori.

Imo virile laudandumque Thoma responsum fas est Verini aequè laborantis exprimere distichis: quorum vnus ad Petrum quendam sic direxit:

Cur Petre virginicu hortaris me ponere flores:
Non faciam; vel si hoc certa paranda salus.

Et rursus ad Praeceptorem.

Promittunt medici coitu mihi, Paule, salutem;
Non tanti vitae sit mihi certa salus.

EPISTOLA CLVI.

DOMINIS ET FRATRIBVS CHARISSIMIS & desideratissimis Domin. Abbati Willelmo & sanctae congregationi Beccensi, sub illo Deo seruienti: frater Anselmus dictus Archiepiscopus, superna semper gratia & benedictione ad bona semper dirigi, & a malis defendi.

Hic ex monacho Beccensi fuit scribitur Abbas: de cuius electione vide epist. 16. supr. & 154.

Et nihil habet antiquius, eorumq; obliturum, & non desierit esse.

Si cor meum dilectioni vestrae de vobis plenè exponere volo, magna charta non sufficere, & breuiter

si breuiter dicere propono, nequaquam affectum meum fatiat: Sed in hac dubietate consolatur me vestra conscientia, qua mihi consci estis, quantum semper vos, & quam veraciter dilexerim, & quod & quantum de vobis desiderauerim: & aliquid, quamdiu vobiscum sum conuersatus, vos proficere studuerim: & si non omnes hoc experimento, quia Deus numerum auxit, postquam a vobis discessi, cognoscitis ab illis qui sciunt & experti sunt discere. Hoc itaque nullatenus charitati vestrae sit dubium: quia sicut dilexi radicem, sic & ramos: quantumque multiplicentur, & omnes filios matris meae, & primogenitos & post me genitos, velut frater vterinus in corde meo amplector & amo. Omnes igitur precor, & obsecro: ut mei memoria & dilectio in cordibus eorum, qui eam habuerunt non tepescat, & in mentibus eorum, qui me nouerunt, accendatur & perseueret. Quamuis enim corpore sum vobis absens: nidum (a) tamen meum, [Ecclesiam dico Becci] cum omnibus pullis suis, mecum porto semper, in corde meo, & eam in orationibus, & in omni bono desiderio meo, si quid haec sunt, represento Deo. De me ergo precetur vos charitatis vestrae sinceritas, & in inspiret superna pietas, ut orationum vestrarum pro me non deficiat assiduitas. Quamuis animae vestrae flagrent bono desiderio, quia tamen bene volentes non fastidiunt audire, quod amant: precor, obsecro, moneo, consulo; quatenus ad meliora semper vos, & nunquam ab his ad qua Deus vos prouexit, deficiatis. Mutua dilectio secundum Deum in vobis semper feruet, pax & concordia seruata veritate in vestris mentibus assidue maneat, humilis obedientia in omnibus actibus vestris Deo placeat: studium religionis, & excludenda a vobis vitium exardescat. Haec inuicem monete: haec indefinenter tenete; hoc oro, hoc opto, hoc desidero de vobis; hoc ipse, a quo est omne bonum, cum sua plena & perpetua benedictione det vobis. AMEM.

EPISTOLA CLVI.

ANSELMVS DEI ORDINATIONE
Archiepiscopus Cantuariensis, ad quendam
Dominam: mundum non Christum
contenere, & Christum
plusquam mundum
diligere.

Hunc titulum reliquimus, quia plerique sic hanc epistolam
citant.

Sanctimoniam abiecto velo ad nuptias lapsam conatur erigere.

Libentissime, si possem, tecum loquerer (Soror mihi in Deo dilecta) quia charitas, qua omnem hominem volo saluum fieri, & officium mihi iniunctum exigunt a me, ut fraterno & paterno affectu diligam, & per eandem dilectione sollicitudinem de salute animae tuae geram. Sed quoniam in nobis non euenit oportunitas colloquendi; incumbit mihi necessitas scribendi, que animum de te habeam, & quid de te desiderem. Obsecro igitur te, ut non contempnas dilectionem, qua te propter Deum & honorem Dei ad salutem

D. Anselm. Tom. 4.

tuam diligo, neque reicias consilium meum. Si enim mihi acquiescere volueris; certa esto, quia valde tibi in fine placebit, & erit super te gaudium magnum angelis Dei. Si vero nolueris; scito, quia nimis tibi displicebit, & inexcusabilis eris in districto iudicio Dei. Audiui soror mea, quia diu portasti habitum sanctae conuersationis: quem quomodo reliqueris, quidue passa sis, vel quid feceris, non latet; sed multum apertum est. Considera igitur iam nunc charissima, quantum distent viriles amplexus, & carnalis delectatio ab amplexibus Christi, & a delectatione castitatis & cordis munditia. Amplexus quidem Christi (dico non corporales) sed quales per amorem & desiderium eius inter bonam conscientiam facit anima familiaris eius. Considera inquam, quae sit differentia inter has duas delectationes: non loquor nunc de legitimo coniugio. Considera inquam, quanta sit in spirituali delectatione munditia, quanta sit in carnali immunditia: quid spiritualis promittat, & quid carnalis minuetur: quanta sit in spirituali spes, & quam delectabilis expectatio Christi: quanta etiam in hac vita securitas & consolatio; quantum sit in carnali timore iudicii Dei: quanta etiam in praesenti vita est confusio. Cogita, quale sit Christum sponsum caelestis regni dotem promittentem contemnere, & hominem mortalem non nisi corruptionem & contemptibilia dantem & pollicentem, filio Dei Regi Regum praepone. Certum ille Rex Regum concupiuit speciem tuam, ut sponsae legitimae. Qualiter autem ille, quem scis, carnis tuae pulcritudinem appetuerit, soror mea: quomodo dicam foemina nobilis, quomodo dicam? Sponsa Dei virgo fueras electa: & Deo, habitu & conuersatione assignata. Quid dicam modo te esse, filia mea, Deus scit. Non ita loquor, ut gaudeam de confusione tua; sed ut gaudeat Deus, ut gaudeat Angeli de conuersione, & salubri poenitentia tua. Quid ergo dicam: Si non dico, forsitan non animaduertis: si dico, forsitan irascaris. De electa & signata & sponsa Dei, quid facta es? Erubescat esse nobilitas tua, quod erubescis audire: & ego propter nobilitatem tuam & dilectionem erubescio dicere. Ecce, filia charissima, si haec proponis in conspectu tuo; quantum dolor de cet esse in corde tuo, de tanto & tam graui casu tuo? Si enim vehementer doles, condolendo tibi valde gaudeo: Si vero non doles, non est unde gaudeam; sed multo magis doleo. Nam si doles, adhuc salutem spero; si autem non doles, quid nisi damnationem tuam expectare queo? Impossibile namque est, te villo modo posse saluari, nisi ad habitum & propositum obiectum redieris. Quamuis (a) enim ab Episcopo sacra non fueris; nec coram ipso professionem legeris: hoc solum tamen est manifesta, & quae negari non potest, professio: quia publice & secretae habitum sancti propositi portasti, per quod omnibus te videntibus Deo dicatam te esse, non minus quam professionem legendo affirmasti. Nam antequam fieret iste nunc vsitatae monachici propositi professio & sacratio: multa millia vtriusque sexus hominum solo habitu se ipsius esse propositi profertia, celsitudinem & coronam consequuta sunt. Et qui nunc habitum sine ipsa professione & sacratione assumptum reiciebant, Apostatae iudicabantur. Inexcusabilis ergo es, si detestis sanctum propositum,

P tum,

bhunc Titulum illam quem Anselmus alloquitur, sufficit. Anselm.

Huc potest referri similitudo eiusdem Anselmi de Bubone & pullis, quae citat lib. 2. ita eius apud Eadmer. lib. Similitudo. l. 187.

tum, quod diu habitu & conuersatione professus, quamuis professionem nunc uisitam non legeris, & ab Episcopo consecrata non fueris. Certè, filia charissima; adhuc te expectat Dominus, & creator, & redemptor tuus: rex ille, qui concupit speciem tuam, ut esset legitimus sponsus tuus, adhuc te expectat, & reuocat, ut sit legitima sponsa eius, & si non virgo, saltem casta. (b) Scimus enim plures sanctas mulieres, quæ post amissam uirginitatem plus placuerunt Deo, & magis illi familiares fuerunt per penitentiam in castitate; quam plures aliæ, quamuis sanctæ in uirginitate. Redi ergo mulier Christiana: redi ad cor tuum, & considera, quem potius debeas diligere, cui potius adherere: illi qui te ad tantam honestatem elegit: eligendo uocauit, uocando, habitu sponsali sibi assignauit: & adhuc, quamuis contemptus & reiectus, expectat & reuocat; an illi, per quem, (ut mitius dicam) in hoc, in quo te uides deiectam, de tanta celsitudine cecidisti: præsertim, cum ipse te iam, sicut puro, contemnat: aut sine dubio contempturus, & deserturus sit. Et utinam, sic uos inuicem contemnatis, ut uos Deus non contemnat: sic uos inuicem deseratis, ut uos Deus non deserat: sic uos inuicem reiiciatis, ut uos Deus à facie sua non proiciat: sic ab inuicem conuertamini, ut ad Deum conuertamini. Certè melius & ualde honorabilius est, & illi, & tibi; ut ab illo sis contempta, quam retèta: quia quandiu eris eius, reuocata proculdubio, ut de illo nunc taceam, tu eris Dei contempta: & si contempta ab illo, propter Deum illum contempseris, utique non contempta sed suscepta & dilecta Dei eris: uelut eius sanguine proprio redempta. Intende filia, cuius salutem desidero: Intende benignitatem eius, qui contempnus à te contemnentem reuocat, ut te in regalem suum thalamum non terrenum, sed cœlestem introducat. Intende, & concute cor tuum: dole uehementer casum tuum. Reice & conculca sacularem habitum quem assumpsisti, & resume habitum sponsæ CHRISTI quem proiecasti. Nullatenus enim te cognoscat Christus, aut suscipiet, nisi in illo habitu, quo te sibi signauit, & quo te eius sponsam esse publicè, & secretò es testata. In hoc habitu redi tu ad benignitatem eius. Accusa tu ipsa conscientiam tuam: laua lachrymis culpam tuam. Ora eum infatigabiliter, adhære illi inseparabiliter; misericors est, non te reiiciet; sed potius gaudens de reditu tuo, te benignè suscipiet. Si hoc feceris, gaudium erit de te in cœlo, & in terra omnibus sanctis Angelis, & hominibus cognoscentibus. Si uero hoc facere contempseris: omnes tibi aduersi erunt; & ego, & Ecclesia Dei faciemus, quod de tali re faciendum intelligimus. Omnipotens Deus uisitet cor tuum, & infundat in te amorem suum, filia charissima.

ANNOTATIO IN EPISTOLA CLVII.

Quamuis [A] enim ab Episcopo sacrata non fueris, nec corâ ipso professionem legeris. Id uidetur Anselmus dixisse ex uerbo D. Leonis Papa, ita cap. 13. epist. 90. ad Rusticum Narbonensem Episcopum scribentis: Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio; sed spontaneo iudicio, uirginitatis propositum atque habitum susceperunt; si postea nu-

ptias eligunt, prauaricantur: etiamsi consecratio non accessit, cuius utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent. Ante Leonem, idem apparet sensisse Innoentium Primum; cuius in hanc rem decretum Gregor. Magnus Papa protulit in epistola ad Bonifacium, uelata ab Inone Carnot. part. 3. sua Pannonia: & Petro Lombardo lib. 4. sent. dist. 38. ad hæc uerba: Hæ, quæ nec dum sacro uelamine tectæ, tamen in proposito uirginali semper se simulauerunt permanere: licet uelatæ non fuerint, tamen si nupserint aliquo tempore, his agenda penitentia est: quia sponsio earum tenebatur à Domino. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui: quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, solui sine uindicta poterit? Item: Si uirgines nondum uelatæ taliter publica penitentia puniuntur, & à cœtu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur, &c. Vbi Lombardus subiungit: Ex his apparet uirgines uel uiduas uoto continentia astrictas, siue fuerint uelatæ, siue non; nullatenus ad coniugium sortiri posse. Hactenus Innocentius: à quo cum in uirgines nondum uelatas tam si uere sit animaduersum, iure hæc, ad quam scribit Anselmus, eandem erat luitura penam. Hinc est quod Lombardus ex amissum eius expendens uerba, inferat: Non est igitur, inquit, præmittendum, quod Innocentius Papa de uiduis & puellis decreuit, quæ Christo spiritualiter nubunt, si postea publicè nupserint, non eas admittendas esse ad penitentiam, nisi hi, quibus se iunxerant, de mundo recesserint. Si enim de omnibus hæc ratio custodiatur, ut quæcumque uiuente uiro alteri nupserit, adultera habeatur: nec ei agenda penitentia licentia conceditur, nisi unus de illis fuerit defunctus: quanto magis de illa tenenda est, quæ antè se immortalis sponso coniunxerat, & post hæc ad humanas nuptias transinigravit? Hactenus Magister. Cui lubens addidissim. 17. Canonum Gangre. Concilij ab Inone superius adducti, ni uiderem hanc in mulieres Eustathianas esse promulgatum, ut illic (uelut & in cæteris) doctè animaduertit Ioan. Quintinius Hedius. Rectius adiungerentur decretum Concilij Chalcedonensis 27. q. Si qua uirgo. & Concilij Elberini Canonum 13. 14. Concil. Tolat. 4. uelati ibidem à Gratiano l. De uotam peccantem, cap. 208. lib. 6. capitul. Carol. Magni, & c. p. 237. lib. 7. & in illo quidam præcipitur utrumque, nempe uirum & feminam, separatos perpetuo relegari exilio: In hoc autem tam diu submouendos esse Christianorum cœtu, donec, inquit Christianissimus Imperator, quod illicitè perpetraverint, emendent. Quod si emendare neglexerint, à communionem uel omnium Christianorum coniugio in perpetuo sequestrati sint.

EPISTOLA CLVIII.

ANSELMVS CANTVARIENSIS fratri dilecto Spiritum sapientia, & intellectus.

An nuptia consanguineorum sint uetita: adeo ut remitti nequeant: & cur sint damnata.

Gratulor admodum, frater charissime, studiis tuis, quibus dum me exeres: dum de fidiæ somno torpentè, nec tale quid somniantem, quæstione pulsas, ut euigilem. Rogas n. me hominem, ut putas, multæ lectionis: ut tibi diligenter & dilu-

vt D. Magalena Tar sensis, de qua in praso spir. cap. 31. & 72. Cometa ac Nicosa Fa. Liola apud Hieron. 20. 1. epist. Pelagia in Martyrol. g. O. H. Thais meretrix à Paphnutio conuersa, in uitis Patrii. Maria Agypt. de qua Hildebertus Cenon in poemate Leonis in Biblioth. S. Vi. Tor. Paris.

in d... ecclesi... obedi... uirginitati... Episcoporu... b. Martih. 20... p. p... epist... Inon. Car...
i. Ioan. 4.
Charitas...
latius diffu...
sa, remane...
berior as...
fundenti...
h. vide lib. 4.
sent. dist. 20.
41. & Gra...
tian 35. q. 1.
2. & seq.
i. Concil. La...
teranen. 3. c.
20 sub Inno...
cent. III. re...
strinxit in...
ita & grad.

de diffidit rescribam, sicuti in sanctorum Patrum decretis, vel tractatibus meminerim legisse prohibitionem coniugiorum in consanguinitate: qua ratione in Ecclesia Dei tantam vim obtinuerit, ut huius excessus nulla omnino possit esse indulgentia, nisi precedente ipsius coniugii diuortio, vel cur saltem deputetur in peccatum tale coniugium. Et, ut video, non queris auctoritatem solo (si ita dicam) imperio cognoscentem, sed potius rationem rationabiliter docentem. (a) Dicerem simplicem & puram esse rationem, eorum obedire auctoritati; (quibus dictum est: (b) Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis) & Ecclesie sancte sequi consuetudinem; (c) cuius consuetudines velle conuellere, genus est haeresis. Sed, ut scias in omnibus me velle obtemperare voluntati tuae, & si forte non possim: conabor tamen, & in hoc ex aliqua tibi parte non deesse precepto hoc, (scilicet in consanguinitate non miscenda connubia, vel si mixta sunt, dirimenda) Canones pleni sunt: & multa sunt decreta Patrum; sed rationem precepti, quam exigo, fateor, me nunquam legisse memini. Sic tamen de hac re, mecum ex consideratione sanctarum Scripturarum soleo cogitare. In veteri illi populo connubia misceri de tribu in tribum non licebat. Querenti mihi, cur non? Occurrerunt illae filiae Salphaat super connubiis consulentibus Moysen, & (d) per Moysen Dominum mandatum a Domino de tribu in tribum non miscenda connubia propter vitandam suarum hereditatum diminutionem. Populus enim ille carnalis cor sursum habere nesciebat, sed ut reptile terrenum terrae toto pectore adhaerens, hereditatem solam terrenam cogitabat. Malebat singula tribus connubia inter se dando, & accipiendo inter suas se angustias cohibere, quam extra dando connubia, hereditatem quoque extra diuidere. Talis quippe erat hereditas illorum, talisque & omnis terrena hereditas: ut diuisa minuatur, & tota ad eos non perueniat. Itaque sicut Dominus in Evangelio dicit, (e) de dando libello repudii, secundum duritiam cordis eorum, responsum est eorum carnalitati. Porro Christiana pietas, non sic. Cum enim hereditas nostra sit, de quo dicitur: (f) Deus charitas est: sicut illi lege videntur suae hereditati congrua: sic & nos nostrae hereditati legem vendicare debemus. Charitas (g) enim, quo latius diuisa diffunditur, tanto vberior diuidenti remanet, & augetur. Stauit igitur Christiana religio, ut terminis consanguinitatis (h) secundum sanctorum Patrum, & Canonum decreta, vsque ad (i) sextum gradum ex omni parte pertingentibus ad charitatem conseruandam suus natalis sufficiat affectus: quem violare, etiam apud barbaros nefas ducitur. Vbi vero ille deficit, ibi demum ad charitatem religandam, ne subducat se, adnectendum esse vinculum coniugale ad prolongandos terminos nostrae hereditatis, quae est ipsa charitas, iustissimumque videtur, ut sicut apud illos sua multabatur poena transgressor legis positae pro terrena eorum hereditate conseruanda, sic apud nos non impune habeat temerator legis positae pro caelesti pane, & diuina hereditate nostra dilatanda adhuc a liud. Qui extra tribum connubia dare prohibebatur licet nos, ad proximos sanguinis accede-

re eadem lege non permittebantur. Dicit enim lex: [k] Quis homo ad proximam sui sanguinis non accedet, additque auctoritatem iubentis; Ego Dominus: & quasi exigeret causam precepti, rationem addit: [l] Turpitudinem patris, & turpitudinem matris tuae non reuelabis: quia turpitudinis est patris, vel matris tuae. Deinde ex sequenti ordine proximos illos sanguinis, ad quos non sit accedendum, nec reuelanda eorum turpitudinis, fratres scilicet, & sorores, atque alios, qui ibi describuntur. Quae causa communis potest esse, & nobis, & illis: licet preceptum commune est, & nobis & illis. Quaramus igitur, [m] quae sit haec turpitudinis, cuius reuelatio dignum efficit morte legis transgressorem? Turpe est, ubi pars parti non conuenit. In corpore autem humano ante primi hominis prauaricationem nihil erat turpe, nihil dissonum: cum harmonia illa boni creatoris manu bene ac decenter aptata adhuc permanente pars parti conueniret: Deoque anima, animae vero corpus suum per omnia subditum esset. Postquam vero prauaricatione mandati anima Deo facta est inobediens: superioris Dei rebelles inferioris corpus destitit esse obediens. Statim quippe oculi aperti sunt transgressoribus. [n] Et aperti sunt, inquit, oculi eorum: videlicet ad se inuicem concupiscendum. Et cum prius nudi essent, nec erubescerent: mox corporis sui partes versas esse sentientes in pudenda: & tegere illa festinantes, perizomata sibi fecerunt. Quod etiam nunc in pueris, vel infantibus videre promptum est: qui quamdiu concupiscentiam hanc non sentiunt, pudenda non habent: quia de aliqua corporis sui parte erubescere nesciunt. Vbi vero illius incipiunt esse expertes, iam partes illas intactas ferre non ferunt. Soluta igitur in primis illis hominibus pulcherrima illa harmonia, facta est turpitudinis non minima. Originalis poena cum originali peccato ab illis in posteros transitura. Ex hoc igitur in corpore nostro, corpore peccati; membra illa, quae huic seruiunt concupiscentiae, pudenda, vel turpitudinis, vel ignominia nominantur; exterioris turpitudinis, id est, concupiscentiae velamen semper & latebras naturaliter exigentia. Haec autem concupiscentiae turpitudinis tunc reuelatur, cum ad iudicium sui membrorum suorum sibi exhibet officium: & gestit in effectum omni illo rationalis animae vigore sic hebetato, confuso, & deiecto, & turpissima libidini carni substrato: ut merito illa hora possit audire: [o] Adam ubi es? id est, qui Deo esse similis voluisti, non vides quod deuenisti? Et quid turpius hac turpitudine, quid ignominiosius hac ignominia? quam Apostolus denotans: [p] Fugite, inquit, fornicationem: omne peccatum, quod peccauit homo; extra corpus est: Qui vero fornicatur, in corpus suum peccat: [q] id est, omnia peccata animam quidem laedunt, corpus tamen non deturpant. Qui vero fornicatur, non solum Deum offendit, & contaminat animam: sed & ipsam corporis pulchritudinem totam foedit & dehonestat. Sicut enim furi deprehenso, ferto vel igne nota inuitur aeterni opprobrii: sic natura nostrae vitio prauaricationis in toto suo corruptae, per eum, in quo tota nunc erat, & extra quem non erat, iudicium est hoc in poenam peccati sui. Quae turpitudinis in omnibus perpetuo verecundiae tegmine esset velanda, nisi ex poenis primi peccati generationi hu-

in dicitur
nisi ecclesi-
astica est tu-
m obedire
auctoritati
Episcoporum
b. Math. 10
p. potest huc
refertur epist.
1. Ioh. 1. Car
107.

1. Ioh. 1. 10.

1. Ioh. 1. 19.

1. Ioh. 1. 4.

Charitas
latius diffu-
sa, remanet
uberius dif-
fundenti.
h. vide lib. 4.
sent. dist. 40.
41. & Gra-
tiani 35. q. 1.
& 35. q. 2.
1. Concil. La-
teranen. 3. c.
30 sub Inno-
cent. III. re-
stringit in-
tra 4. gradus.

k. Levit. 24.

l. Ibidem.

m. Quamquam
sit turpitudinis
non deest gen-
da.

n. Genes. 3.

o. Ibidem.

p. 1. Corin. 6.

q. explicat.
D. Paulus
ba.

manæ esset necessaria. Cuius tamen generatio-
nis nullus amor reuelari eam permittit in illis, de
quibus lex dicit: quod proximi sint sanguinis, &
ipsius iure & instinctu naturæ eam sibi debent
inuicem charitatis reuerentiam: ut inter se his con-
tumeliis afficiendi corpora sua nulla possit esse
iusta causa, nec possit superduci aliquid hone-
stum, quod tegere possit hoc inhonestum.
Non quod negem nuptias sanctas & cubile im-
maculatum: quæ legitimè, & cum timore Dei
celebratæ pio amore matrimonium, quo nu-
bentes efficiuntur vnus spiritus: ex quo facti sunt
vna caro, & amore sancto, & desiderio genera-
tæ prolis sic contegunt honestate sui, & absor-
bent quodammodo illam humanæ generationis
pœnalem turpitudinem: ut, secundum Aposto-
lum, qui nubunt, sint quasi non nubentes. Vnde
& in Catalogo turpitudinum non reuelandarum
etiam coniugis turpitudinem Lex ponit non re-
uelandam. (r) *Turpitudinem*, inquit, *vxoris tue non*
reuelabis. Sicut igitur iam dictum est, qui extra
tribum nubere prohibebantur, eadem lege ad
proximos sanguinis accedere non permitteban-
tur: sed apud illos vix tertium gradum consan-
guinitatis transibat lex illa naturalis affectus: a-
pud nos verò, in quos tempus correctionis deuenit,
(s) quibus contexit orbem Dominus, id est,
perfectionem: qui non commouebitur: creuit
pietas, superabundauit honestas: & ad designan-
dam Euangelii perfectionem ternarius ille nu-
merus duplicatus porrexit se in senarium qui per-
fectus est numerus, & suis partibus constat: sicut
Euangelii veritas per se stat, nec eget aliquo, quo
fulciatur. Licet apud antiquos etiam viri laude
signi honestis aliquibus, causis interuenientibus, de
primo, & secundo gradu temerare præsump-
serint: ut ante legem, Abraham, Isaac, & Iacob nu-
per à cæteris gentibus segregati propter fugien-
dam cum gentibus commixtionem proximas
sanguinis sui duxerunt. (t) Sub lege verò Caleph,
Othoniel, fratri suo minori victa ciuitate Debirum
in præmium victoriæ filiam suam dedit vxorem.
Sed & Thamar, cum opprimeretur à fratre:
(u) *Noli*, inquit, *frater, sed pater me à Rege, non ne-*
gabis me tibi. Et certe rex, qui fratri sororem dice-
batur daturus vxorem, pater vtriusque: quod
cum, sicut dixi quibusdam causis interuenientibus
illi præsumerent: Christiana pietas, nihil vult
honestum iudicare, quod faciat contra honesta-
tem naturæ. Ecce, quid mihi videatur super quæ-
stione tua, si placet, benè: si displicet, facile ve-
niam obtinebo apud te.

EPISTOLA CLIX.

DOMINO ET AMICO CHARISSI-
mo, Reuerendo Abbati Willelmo Ansel-
mus seruus Ecclesiæ Cantuariensis,
salutem.

Quando (A) respondi ad quod quæsiuistis de
altari, & de Ecclesiâ: ita erat cor meum qua-
dam sollicitudine grauatum, ut non possem in-
tendere iis quæ dicebam. & nuntius vester ita fe-
stinabat, ut in aliud tempus hoc differre non pos-
sem. De quo quidem neque in decretis, neque
in canonibus memini me aliquid legisse: sed à
quodâ Episcopo audiui, quod (B) in decretis Eugenii

Papæ legitur, altare motum iterum consecran-
dum. De his cum Domino Papa Urbano locutus
sum assistentibus quibusdam Episcopis: Sed Pa-
pa (C) dicebat, mensam altaris motam nec recon-
liandam, nec iterum consecrandam, nec amplius
in altare reputandam. Alii verò dicebant tantum
reconciliandam: nullam tamen auctoritatem o-
stendentes. In hoc autem omnes concordant,
quod violato principali, tota Ecclesiâ cum altari
iterum consecranda est: nec Ecclesiâ consecran-
da est sine consecratione altaris aut principalis,
aut alicuius alterius in eadem Ecclesiâ. In his au-
tem omnes cõcordant cum quibus locutus sum,
excepta altaris mensa. Item si aliqua pars Ecclesiæ
destructa reficitur, aut noua fit altari immoto: a-
qua tantum ab Episcopo benedicta aspergenda
dicunt. Ratio autem, quam à me quæsiuistis, hæc
mihi videtur super his: Altare non fit propter Ec-
clesiam, sed ecclesiâ propter altare: & ideo viola-
to principali altari, iam non videtur esse ecclesiâ:
quia non est illud, propter quod ecclesiâ con-
struitur, & consecratur. Quapropter cum illud
fit nouum, rectè videtur cum eo consecrari, per
quod recepit, ut sit ecclesiâ. (d) De moto altari
iterum consecrando hæc quoque mihi ratio vi-
detur: Altare vicem fidei Christianæ tenet, ut sic-
ut nõ nisi in altari sacrificium nostrum offerimus;
ita non nisi recta fide sacrificia bonorum operum
offeramus, si & Deo placere volumus. Sicut igitur
fides mota à suo fundamento (quod est Chris-
tus) & à sua stabilitate iam non est fides: ita altare
siue quod de eadem materia totum, siue de alia
fiat altare nouum, & aliud quod fuerat altare, vi-
detur ideo consecrandum. Propter hanc ratio-
nem cauendum existimo. (e) ne altare gestato-
rium consecratur sine fundamento, quod multi
custodiunt, & ferè vbique custoditur: Quamuis
in Nortmannia, cum ibi eram non seruaretis, sed
nudi lapides nusquã affixi consecrarentur. Quod
ego non damno, nec tamen facere volo. Ex his,
quæ dixi, sequitur, quia si tota ecclesiâ noua fiat,
altari sine violatione manente; quoniam sine
consecratione altaris alicuius consecrari non de-
bet: aut altare aliquod est ibi renouandum, ut si-
mul cum ecclesiâ consecratur: aut aqua ab Epi-
scopo ad hoc benedicta intus & exterius simpli-
citer aspergatur. Quæ facienda de his dixerim,
ex ore & viu aliorum didici. Rationem verò ean-
dem alios habere non nego, sed ego à nullo ac-
cepi. Quapropter quod per me vel per alios sen-
tio, sanctitati vestræ postulatus simpliciter in-
nuo; donec vobis certius, aut melius patefiat.
Valet.

ANNOTATIONES IN
EPISTOLAM CLIX.

PRIOR.

Quando (A) respondi, &c.] Hinc maximè pã-
lam est Anselmum in id a gumento aliàs tractasse. Et
quod eadem fors ab eis paulò ante primum ex Angliâ discessum
(nempe anno 1097. quod alibi o. seruauimus) ut in se-
quentia monstrant Anselmi verba dicentis, fuisse tum ad-
eo molesta grauatum sollicitudine, ut vix sibi attendere
ac proculdubio propter varios angores casusq; non leues
& publicos ab Edmundo pluribus emarratos vite eiusdem
lib. 2. cap. 12. 14. 15. 19. quibus quidem cum non liceret

† *Leuit. 18.*† *Psalm. 95.*† *Iosue 18.*† *2. Reg. 13.*d sic ferè
variocinatio
Iuo epist. 32.
et 128.e altare ges-
tatorium hic
accipi pro al-
tari non fixo
vel portabili
pater: de quo
plura Ioan.
Durant. l. 1.
de rit. eccles.
cathol. c. 26.

mederi, per contumaciam Guillelmi Ruffi Anglorum regis
peruicaciam grauissime vexabatur Anselm. Porro id re-
scripti pro scribis epistole appensi hactenus me fugit, quod
tamen Bealeum vidisse liquet ex hoc titulo, & verborum
principio, de motione altaris: Quod de altari datur
occasio, &c. Sed & hanc, quam commentamur Epi-
stolam, offendi inter MS. Iuon Carnot. epist. Becensis Bi-
bliothecae, adiunctam illi ipsi, in qua eandem exponit ma-
teriam. Anselmus vero cum dicit se Urbano Papa non-
nullisq; Pontificibus audientibus cardinem huius cause
vertisse, claret se Willemo responssisse in Angliam reue-
ntum, scilicet sub finem anni 1100.

A L T E R A.

IN decretis (B) Eugenii Papae legitur, altare mo-
tum, &c.]

Nomen Papae subdititium esse coarguunt. Primo pau-
cula quae de Eugenio I. & II ad nos perueniunt ne gry-
quidem habentia; Altero, quod Burchardus lib. 2. decret.
cap. 11. Iarlandus Chrysopolitanus lib. 12. sua Cande-
Iuo Carnot. 3. part. cap. 13. rursumq; Pannonia 2. part. &
Gratia de consecrat. distinct. 1. c. si motum, Higinus Papa
tribuunt his omnino verbis: Si motum fuerit altare,
denuo consecretur Ecclesia: si parietes mutantur,
& non altare, salibus tantum exorcizentur. Ar-
tamen Iuo, qui locis modo signatis ex Higinio Papa sanctio-
nibus hanc allegat sententiam, epist. 12. producit ex Con-
cilio Meldensi relato à Burchardo. Et quidem Canonem,
de quo impraesentiarum, antecedunt duo placida Synodi
Meldensis: forsansq; Burchardinum exemplar, quo usus est
Iuo, erat ipsum idque amplissimum & locupletissimum,
de quo Ioannes Molineus Gandensis in dedicatoria Epi-
stola Iuoniani decreti, vbi testatur, quae extant Burchardi
collectanea Colonia excusa 1548. vix sextam Archetypa

attingere portionem, licet numero superet libellorum.
Erat, inquam, ferre Codex ille auctor, in quo Meldense
Concilium vice Higinii Papa citabatur, vel Higinii edi-
ctum à patribus Meldensis Synodi repetebatur. Cetero
per altare, de quo Higinus supra, intelligitur maius altare,
principale, vt Anselmus, titulatorium Ecclesiae, vt Ioannes
Flauentinus ad dictum c. si motum, vocat: eoq; moto,
Ecclesia iterum consecrandi est: glossa ibi d. m. Anselmus
in hac epist. Iuo epist. 32. qui ad quodlibet altare id ex-
tendit.

P O S T E R I O R.

Mensam (C) altaris motam, nec reconcilian-
dam, nec iterum consecrandam, nec in
altare, &c.]

Contra Alexand. III. lib. 3. decretal. tit. 40. cap. 1.
Si altare motum fuerit, aut lapis ille solummodo
superpositus, qui sigillum continet, contractus,
aut etiam diminutus, debet denuo consecrari.
His ad stipulatur Ioan. Andr. glossa in hunc titulum Ioan.
de Turrecremata, & Archidiacon. in c. si motum. de con-
secr. distinct. 1. Astessanus lib. 6. sua summa. tit. 29. & alij
constanter asserentes, quod cum superior altaris tabula,
sive mensa in qua sit consecratio, mota fuerit, vel in sua
forma mutata; aut lapidum quibus eam sustentantur &
contingentium, illiusue in quo reliquia continentur, & con-
secratio est impressa, motus fuerit, altare rursum for-
secrandum. Bernardus. ap. r. s. propositus lib. 3. sua Brev. ar. p. d.
aliter clariusq; alexandri placitum retulit, sic: Altare,
in quo tabula, cui consecrationis benedictio
pontificali ministerio adhibetur, si mota fuerit,
vel enormiter fracta, debet non immerito conse-
crari: nec negamus, quin oleum non con-
secratum, consecrato possit oleo
commisceri.

Epistolarum D. Anselmi Cantuariensis
F I N I S.



INDEX RERVM ET VERBORVM QVÆ HISCE IN OPE-

RIBVS DIVI ANSELMI OBSERVATIONE CVM
Primis digna censuimus.

- A** Aron quomodo in sacerdotium sic sublimatus Tomo 2. fol. 416.b.
- Aaron quo flore recte sacerdos esse cognoscitur tomo 2. 435.
- Abba quid sit tomo 2. 51.
- Abel exemplum iustitiae ac fidei nobis factus tomo 2. 451.d.
- Abraham, Christi figuram portat in multis tomo 1. 2.d.
- Abraham fide augmentum nominis sui accepit tomo 2. 452.a.
- Abraham quomodo sic dictus haeres mundi tomo 2. 27.c.
- Abraham & Loth hospites pio studio suscipientes, quid meruerint tomo 2. 466.d.
- Abraham fides magna tomo 2. 454.a.
- Abraham filij qui tomo 2. 27.b.d.
- Abrenuntiationis perfectam formam Matthaeus nobis dedit tomo 1. 46.
- Abstinencia duplex tomo 1. 20.b.
- Abstinencia ciborum quorundam cur a fidelibus seruetur tomo 2. 348.a.
- Accidentia propriae & improprie quae dicantur tomo 3. 12.d.
- Accidentium duplex genus tomo 3. 12.c.
- Actio omnis aut verum aut falsum significat tomo 3. 68.b.
- Actio nulla per se iniusta dicitur tomo 3. 97.a.
- Actionis tres gradus tomo 2. 314.a.
- Aculeus mortis quid tomo 2. 174.a.
- Adam quando peccator sic factus tomo 1. 113.b.
- Adam quomodo dictus sit forma futuri tomo 2. 33.c.
- Adam quemadmodum fuit forma morientium, ita & Christus resurgentium tomo 2. 166.d.
- Adam tripliciter tentatus tomo 1. 21.a.
- Adam rex tomo 1. 148.b.
- Adam ex rege regulus ibid.
- Adam primi & nouissimi comparatio tomo 2. 171.c.
- Adam & Christus quomodo dicuntur esse similes tomo 2. 33.b.c.
- Adam & Eua cur post peccatum pelliceas tunicas habuerint tomo 1. 5.b.
- Adae transgressio tomo 2. 31.c. 32.a.b.
- Adami lapsus quae mala nobis attulerit tomo 2. 498.d.
- Adae peccato cur grauetur, qui eius consilij non fuerunt tomo 3. 99.a.
- Adae saluatio tomo 3. 68.a.
- Aduentus Christi reprobis damnatio, electis saluatio tomo 2. 352.a.
- Aduentus qui sint tomo 2. 272.d.
- Adulator quis dicatur tomo 2. 95.c.
- Adulatorum peruersitas tomo 1. 43.b.
- Adulter non prolem, sed voluptatem quaerit tomo 2. 184.c.
- Adulterium quomodo perpetretur tomo 2. 467.a.
- Adulterare verbum Dei quid sit tomo 2. 184.c.
- Aegyptus quid significet tomo 2. 137.b.
- Aenigma & allegoria in quo differant tomo 2. 197.c.
- Aeuum & tempus quid differant tomo 2. 380.b.
- Aecatum mundi enumeratio tomo 1. 149.b.
- Aetates in homine sunt sex tomo 2. 193.b.
- Aetates septem, & earum singularis descriptio tomo 2. 411.c.
- Aes & cymbalum quid significant tomo 2. 155.d.
- Affectiones quatuor tomo 3. 189.d.
- Agi plus est quam regi tomo 2. 51.a.b.
- Agimnensium haeresis tomo 2. 357.d.
- Agnitio & notio quo differant tomo 2. 321.d.
- Agnus quomodo pascha dicatur tomo 2. 116.d.
- Agnus paschalis cur sumi precipiebatur de ouili, vbi oues, & caprae essent tomo 1. 61.a.
- Alabastrum quid tomo 1. 104.b.
- Alleluia quid significet tomo 2. 501.a.b.
- Amati nihil precipiendum tomo 1. 148.a.
- Amari non potest, quod non creditur tomo 3. 21.d.
- Amatur omnis res tribus ex causis tomo 3. 167.c.
- Ambigua in meliorem partem vertenda tomo 2. 85.b.
- Ambulare secundum carnem & spiritum quid sit tomo 2. 48.c.
- Ambulare super fluctus, quid tomo 1. 119.b.
- Amen quid tomo 2. 160.c. 176.c.
- Amor nimis amicorum occultius nocet quam temporalium tomo 3. 212.d.
- Amoris Christi incentiuum tomo 3. 206.
- Amore Dei omnes aduersitates facile tolerantur tomo 2. 199.c.
- Anathema quid tomo 2. 153.a. 176.b.
- Anathema quomodo a Paulo sumatur tomo 2. 58.d.
- Angelus nomen officij tomo 2. 399.c.
- Angelus malus quomodo se fecit iniustum, & bonus se iustum tomo 3. 85.c.
- Angelus malus non potuit prescire se esse casurum tomo 3. 86.b.
- sic debet gratias Deo pro bonis quae accepit & deseruit, sicut bonus qui seruauit accepta tomo 3. 85.c.
- Angelus desertor cur non possit redire ad iustitiam tomo 3. 85.b.
- Angeli testes humanorum actuum tomo 1. 103.a.
- agonizanti victo diabolo adsunt tomo 1. 22.a.
- propter nos huc mittuntur tomo 2. 401.a.
- nostra opera bona offerunt Deo tomo 1. 129.b.
- cur nostra opera Deo deferant tomo 1. 134.a.
- Angeli cur de sua iustitia laudandi, cum peccare non possint tomo 3. 357.c.
- Angeli cur filij Dei vocantur tomo 2. 398.d.
- Angeli cur nobis deputati tomo 2. 144.d.
- Angeli cur non possint restitui tomo 3. 48.d.
- Angeli Dei sunt, omnes iuste uidentes tomo 3. 50.d.
- Angeli boni ante casum malorum peccare potuerunt tomo 3. 78.
- Angeli boni quomodo confirmati sint in statu, & mali in casu sub tomo 3. ibid.
- Angelorum officium tomo 1. 152.b. & tomo 2. 480.d.
- bonorum & malorum officium tomo 2. 113.d.
- Angelorum testimonium contra nos in iudicio tomo 2. 448.a.
- Angelorum ruina quomodo reparata tomo 2. 266.a.
- Angelorum ruina quomodo supplenda tomo 2. 280.a.
- Angelorum lapsus quomodo restituendus tomo 2. ibid. ibid. a. & tomo 3. 48.c.
- Angelorum lapsus cur non reparatus, sed hominum tomo 2. 405.b.
- Angelorum religio pro cultura sumitur tomo 2. 318.b.
- Angelorum ordines qualiter distinguuntur tomo 2. 224.a.
- Angelica apparitio duobus modis fit tomo 1. 11.a.
- Angustia esse non potest, vbi fuerit charitas tomo 2. 30.b.c.
- Anima tres habet naturas tomo 3. 166.
- Anima pro homine sumitur tomo 2. 86.d.
- Anima humana cur facta sit tomo 3. 20.d.
- Anima & spiritus quomodo diuidantur tomo 2. 413.d.
- Anima uiuens & spiritus uiuificans quomodo differant tomo 2. 171.
- Anima Christi nunquam aggrauata contra uoluntatem tomo 3. 102.a.
- Anima Christi descendens in limbum, patres liberauit tomo 3. 203.b.
- Animae varia nomina tomo 3. 168.d.
- Animae somnus quid tomo 2. 287.c.
- Animae diuitiae tomo 2. 113.c.
- Animae qualitates tomo 3. 161.d.
- Animae uita & mors tomo 2. 10.a.
- Animae, duae sunt uita, & duae mortes tomo 2. 475.b.
- Animae humanae immortalitas tomo 3. 21.b.
- Animae beatorum inaequalis gloria tomo 3. 167.d.
- Animae iustorum perfectorum felicitas tomo 2. 297.d. 312.c.
- Animae perfectorum continuo transerunt ad gloriam tomo 2. 465.a.
- Animae iustorum nondum plena felicitate fruuntur tomo 3. 146.a.
- Animarum hostes tomo 2. 21.c.d.
- Animarum sanctarum attributa tomo 2. 482.a.
- Animalis hominis descriptio tomo 2. 106.b.c.
- Animalia quaedam nobis data ad poenam tomo 1. 2.b.
- Animositas quid sit tomo 2. 228.b.

I N D E X

- Antichristus illustratione aduentus Domini destruetur tom. 2. 342 d
 Antichristi nativitas tom. 2. 483. a
 Antichristi crudelitas tom. 2. 343. a
 Apollo vnde originem traxit tom. 2. 175. c
 Aprior quid significet tom. 2. 191. c
 Apostolus, nomen dignitatis & potestatis tom. 2. 352. a
 Apostoli bis missi ad prædicandum tom. 1. 50. b
 cur falsificantur tom. 1. 29. a
 cur habuerint sandalia tom. 1. 17. b
 Apostolorum electio fit quatuor modis tom. 2. 231. b
 Apostolorum missio duplex tom. 1. 84. a
 Apostolorum vitæ austeritas tom. 1. 57. b
 Apostolorum numerus non vacat mysterio tom. 1. 49. b
 Apostolorum gloria quæ fit tom. 2. 178. d. 180. d
 Apostolorum dona digniora quæ fuerint tom. 2. 54. a
 Apostolatus non est meritum, sed ministerium tom. 1. 50. a
 Appetitus & voluntatis differentia tom. 3. 161. c
 Appetitus vitiosi, & vitiosa voluntas differunt tom. 3. 181. b
 Aqua cur misceatur vino in Missa tom. 2. 440. d
 Arbores dignæ incendio triplices tom. 1. 17. a
 Architecturæ mos in Palæstina tom. 1. 21. b
 Argumentum quid sit tom. 2. 450. c
 Arma spiritualia quæ sint tom. 2. 214. b
 Armatura quæ fit induenda tom. 2. 291. d. 292. c
 Arrius quomodo in spiritu diaboli loquebatur tom. 2. 150. b
 Arrierror tom. 2. 472. b
 Arrianorum calumnia tom. 2. 150. d
 Arrogantia quorundam concionatorum tom. 2. 356. a
 Artes hominum perditorum to. 2. 21. c
 A sia interpretatur elatio to. 2. 472. a
 Astrologiæ superstitio tom. 2. 314. d
 Avaritia quid sit tom. 2. 13. d. 211. b 285. d
 Avaritia sacerdotibus vitanda tom. 2. 356. b
 Avaritia idolorum seruitus tom. 2. 286. a. 365. a
 Avari Deus, nummus est to. 2. 286. a
 Avarus hydropeo similis t. 1. 417. b
- B
- Babylon quid significet tom. 2. 350. d
 Baptismus triplex tom. 2. 418. d
 Baptismus est consummatio omnis iustitiæ tom. 1. 18. b
 multis figuris præsignatus tom. 1. 19. b
 Baptismus per mare rubrum præfiguratus tom. 2. 440. d
 Baptismus quando Christiano proficit tom. 2. 18. c
 Baptismus iterari nequit tom. 2. 278. d. 447. c
 Baptismus Christi quid sit to. 2. 36. b
 Baptismus Christi & Ioannis quid differat tom. 1. 17. a. b. 15. b
- Baptismi effectus tom. 1. 61. b. 76. d
 123. a. 128. a. & tom. 2. 26. c. 197. b
 317. a. 381. b. 389. b. 445. c. 446. c
 478. c. 507. c. d. & tom. 3. 97. a. 105. b
 180. b
 Baptismi trina immersio quid significet tom. 2. 36. c. 316. d
 Baptismi signum tantum valuit gentibus, quantum nobis baptimus tom. 2. 137. a
 Beatus quando quis dicatur esse vniuersaliter tom. 2. 26. c
 Beatitudo quæ nobis promittatur per baptismum tom. 3. 186. d
 Beatitudo hominis magna tom. 2. 26. b
 Beatitudo sanctorum tom. 2. 263. b
 Beatitudo Angelorum maior illa, quæ erat hominis in paradiso tom. 3. 183. a
 ad Beatitudinem quomodo peruenire possit homo tom. 3. 46. d
 Belial quid tom. 2. 201. c
 Benedictio vnde tom. 2. 211. b
 Beneficium Dei summum erga homines tom. 2. 213. c
 Beneficia à Deo Iudæis collata to. 2. 19. c
 Beneficia Christi nobis collata to. 2. 274. d & tom. 3. 199. b
 Beneficia Dei in peccatores tom. 2. 348. d. 349. a
 Beneficiorum Christi magnitudo tom. 2. 30. d
 Benignitas quid sit tom. 2. 285. a 322. b
 Bilibris quid sit tom. 2. 481. c
 Blasphemia quid tom. 2. 284. d. 321. c
 Blasphemare quid sit tom. 1. 45. b
 Bonus effici volenti tria sunt necessaria tom. 3. 165. c
 Bonum aliquid duobus modis dicitur tom. 3. 1. d
 Bonum aliquid esse absolute, solum & summum tom. 3. 1. c
 Bonum nihil dici posse, nisi idem voluntarium tom. 2. 394. b
 Bonum nostrum quando dicatur blasphemari tom. 2. 88. a
 Bonum perfectè nouit, qui illud à malo scit discernere tom. 3. 59. a
 Bonum imperfectum quod tom. 2. 45. d. 182. d
 Bonum omne à gratia sumit originem tom. 2. 270. d
 Boni dupliciter prædestinantur tom. 2. 264. c
 Boni per malos purgantur to. 2. 61. b
 Boni quomodo prouidenda tom. 2. 79. b
 Bona quæ & quanta sint fruuentibus Deo tom. 3. 28. a
 Bona audire de alijs, pluribus prodest tom. 3. 165. b
 Bona minora pro maioribus aliquando postponenda to. 1. 43. b
 Bona minora, qua ratione maiorem mercedem mereantur, quam bona maiora tom. 1. 60. b
 Bonitas Dei tom. 3. 198. d. 199. a
 Bonitati Dei considerare quæ nos cogant tom. 3. 192. b
 Brauium quid tom. 2. 135. c
- C
- Cæci mente qui dicantur tom. 2. 17. c
 Calceamenta quid significant to. 2. 293. b
 Calix benedictionis quis to. 2. 140. b
 Calix Moyfi quis tom. 2. 147. d
 Canum natura tom. 2. 302. d
 Capitulum quid sit tom. 2. 428. b
 Caro aduersus spiritum quomodo dicatur concupiscere tom. 2. 255. c
 Caro quanto magis mortificatur, tãto fit robustior spiritus t. 1. 163. d
 Caro quandiu mortalis est, non potest à concupiscentijs esse libera tom. 2. 45. b
 Castitas initium bonæ operationis tom. 2. 292. d
 Castitas Ioannis Euangelistæ to. 2. 471. a
 Castitas coniugalis tom. 1. 12. a
 Castitatis & continentiæ differentia tom. 2. 257. d
 Catholici mali qui to. 2. 305. b
 Cauernæ & speluncæ quid differant tom. 2. 459. b
 Celsitudo peruersa quid to. 2. 14. b
 Cenchreæ quid tom. 2. 94. a
 Centurionis humilitas & prudentia tom. 1. 42. a
 Chananeæ mulieris fides, humilitas & patientia tom. 1. 71. b
 Caritas, vestis nuptialis to. 1. 192. a
 Caritas omnium mater to. 2. 85. d
 Caritas meritum auget to. 2. 155. c
 Caritas fugat angustiam to. 2. 30. d 201. a
 Caritas sola perducit ad vitam tom. 2. 158. b
 Caritas est vinculum perfectionis tom. 2. 322. d
 Caritas, duas vitas amplectitur tom. 1. 2. b
 Caritas supereminentiſſimum locum inter omnes virtutes obtinet tom. 2. 195. b. 297. d. 322. d
 Caritas tunc ad alia surgit, cum ad se ima proximorum misericorditer attrahit tom. 2. 196. a
 Caritas cur lorica dicatur tom. 2. 336. d
 Caritas perfecta in quo consistat tom. 2. 203. d. 227. b
 Caritas Dei erga nos tom. 2. 30. d 277. b
 Caritas proximi, patientia conseruatur tom. 2. 365. c. d
 Charitatis officia tom. 2. 78. b. 196. a 255. b. 259. a. 299. a
 Charitatis ordo tom. 1. 157. c. d
 Charitatis laus atque encomium tom. 3. 165. b
 Charitatis veræ libertas to. 2. 255. a
 Charitati fides & spes deesse non possunt tom. 2. 158. a
 Cherubim quid tom. 2. 436. a
 Chirographum quid sit tomo 2. 317. a
 Chrismate cur sumus vncti tom. 2. 136. a
 Christianus nullus debet disputare quod catholica ecclesia credit & confitetur tom. 3. 34. c
 Christiani gloriatio debet esse in nomine crucifixi tom. 3. 202. b. c
 Christiani, sapientia in quo consistat tom. 2. 323. a
 Christiani in duas partes diuiduntur tom. 1. 134. c.
 Christiani falsi in quibus Iudæis similes tom. 1. 134. b
 Christiani cur modò tam malè uiuant tom. 2. 217. c
 Christia-

I N D E X

- Christiani prius Nazaræi vocati sunt tom. 1. 15. a
 Christiano salubre est, venerari & amplecti infirma saluatoris to. 3. 204. a
 Christianorum nomen quando coeperit tom. 2. 367. c
 Christianorum vera charitas to. 2. 347. a
 Christianorum falsorum pax to. 3. 161. d
 Christianorum falsorum peruersitas tom. 2. 114. a
 Christus nomen officij est tom. 1. 1. a
 Christus nomen est sacramenti tomo 2. 6. a
 Christus cur vocetur verbum tomo 1. 16. a
 Christus quare dicatur filius Dauid & Abraham tom. 1. 1. b
 Christus cur dicatur Dei virtus & sapientia tom. 2. 102. c
 Christus cur dictus sit homo secundus, & Adâ nouissimus to. 2. 171. d
 Christus quare dictus fuit petra tomo 2. 172. b
 Christus qua ratione dicatur securus tom. 1. 17. a
 Christus cur à Paulo homo appelleretur tom. 2. 35. b
 Christus quando dicatur deesse ecclesie tom. 1. 146. b
 Christus quomodo dictus sit diuinus tom. 2. 99. d
 Christus quomodo est vnigenitus & primogenitus tom. 2. 311. b
 Christus quando lapis offensionis & petra scandali fuerit Iudæis tom. 2. 65. c
 Christus venit septuagesima & septima ætate tom. 1. 125. a
 Christus non miser est, quamuis incommodorum nostrorum participes sit tom. 3. 58. c
 Christus quando homini loquatur tom. 281. d
 Christus cur non responderit mulieri Chananæ tom. 1. 71. a
 Christus quare orauerit to. 3. 199. d
 Christus quomodo ascendisse & descendisse dicatur tom. 2. 279. d
 Christus sua virtute resurrexit to. 2. 67. b
 Christus qua & cuius necessitate se humiliauerit vt assumeret humanam naturam tom. 3. 197. d
 Christus quare factus terrenus tomo 2. 171. d
 Christus quomodo natus de Maria & Spiritu sancto tom. 1. 10. b
 quare voluerit nasci de desponsata virgine tom. 1. ibid.
 Christus quare ad baptismum accesserit tom. 1. 18. a
 Christus pro peccatis oblatus est tom. 2. 197. d
 Christus cur sit mortuus pro nobis tom. 2. 30. d
 Christus quomodo spontè sustinuerit mortem tom. 3. 45. b
 Christus quomodo dicatur factus obediens tom. 3. 198. b
 Christus quomodo debuit vel non debuit pati tom. 3. 62. b
 Christus primitiæ dormientium tom. 2. 166. d. 167. b
 Christus cur mortuus sit & resurrexit tom. 2. 196. b
 Christus quomodo nec mori nec resurgere gratis potuit to. 2. 165. c
 Christus secundum quam naturam mortuus sit tom. 3. 58. a
 Christus pro Angelis non est mortuus tom. 2. 266. a
 Christus intus diues, foris pauper tom. 2. 207. d
 Christus cur pater misericordiarum vocetur tom. 2. 177. c
 Christus quomodo similitudo carnis peccati fuit tom. 2. 48. a
 Christus cur laudandus sit de sua iustitia, cum peccare non potuit tom. 3. 57. d
 Christus omnes virtutes to. 2. 84. a
 Christus cedrus tom. 1. 143. b
 Christus per figuram vitulus to. 2. 439. a
 Christus cæreco cõparatur propter tria tom. 1. 131. a
 cur flori comparetur tom. 1. 157. b
 cur comparetur hinnulo to. 1. 158. b
 Christi attributa tom. 2. 479. a
 Christi fuga quid nos doceat to. 1. 14. a
 Christi mors & resurrectio quid significent tom. 2. 29. c
 Christum indui quis dicatur tom. 2. 84. a
 Christum offendere per bona opera & negare differuat to. 1. 90. b
 Christum multi sequuntur multis de causis tom. 1. 41. a
 in Christo quomodo non dicantur duæ personæ esse, sicut duæ naturæ assumptæ tom. 3. 39. c
 Cibi communes qui dicebantur tom. 2. 87. c
 Circumcisio cur signum dicatur tom. 2. 26. d
 Circumcisio vera quæ sit to. 2. 18. b
 Circumcisio cordis quæ sit to. 2. 19. a
 Circumcisio Christi quid significet tom. 2. 316. d
 Circumcisionis vtilitas tom. 2. 18. b
 Circumcisionem quare Petrus permittebat tom. 2. 237. b
 Clauium ecclesie potestas tomo 1. 74. b
 Clericus habitare cum muliere nõ debet propter duo tom. 1. 32. b
 Clericis interdictum coniugium tom. 1. 45. a
 Clericis quibus Dei mysteria non proponenda tom. 1. 39. a
 Coena quid sit, & vnde dicatur tomo 2. 142. a
 Coena Domini cum discipulis & Iuda proditore tom. 3. 205. b
 Coenæ Dominicæ triplex ferculum tom. 1. 132. b
 Cogitationes malæ à diabolo non immittuntur tom. 1. 71. a
 Cognitio sui, primus humilitatis gradus tom. 3. 158. a. 191. a
 Cognitio infelicitatis, summus est ad beatitudinẽ accessus to. 2. 47. a
 Cognitio alieni peccati multa mala parit tom. 3. 159. c
 Colloquia prauorum hominum noxia tom. 1. 110. a
 Comestiones quid sint tom. 2. 83. d. 257. a
 Compunctionis duo sunt genera tom. 1. 27. a
 Concinatoris honesta vita to. 1. 25. a
 Concinatoris vita vt doctrinæ respondeat quam necessarium to. 2. 199. a
 Concinatoris doctrina quædo parum fructus adferat to. 2. 136. b. c
 Concinatoris sermo cum qualitate auditorum formandus to. 2. 232. b
 Concinatoris finis tom. 183. d. officium tom. 2. 197. b
 Concinatoris boni conditiones to. 1. 25. a. 50. a. 51. b. & tom. 2. 196. a. 231. a. b. 328. c. d
 Concinatoris boni officium to. 2. 215. d. 314. b. 377. c
 Concinatoris falsi conditiones tomo 2. 184. b. 190. d. 219. c. 296. c. d. 329. b
 Concinatoris mali proprietates tomo 2. 112. a
 Concinatori quod vitium maxime cauendum tom. 2. 374. c
 Concinatori sapientia seculi obijcienda tom. 101. b
 Concitatores mali comparantur concubinæ tom. 1. 166. b
 Concitatores qui falsi fratres dicendi tom. 1. 40. a. b
 Concinatorum legatio & dignitas tom. 2. 197. c
 Concinatorum intentio quæ esse debeat tom. 2. 362. a. b
 Concupiscentia carnalis omnium delictorum est origo tom. 2. 46. e
 Concupiscentia cur dicatur peccatum tom. 2. ibid. e
 Concupiscentia an sit peccatum tomo 3. 180. b
 Concupiscentia aliquando in malam partem sumitur tom. 2. 321. a
 Confessio tertius gradus humilitatis tom. 3. 171. b
 Confessio duplex est tom. 1. 5. a. 57. a
 Confessio pura est, si eam sequitur voluntaria persuasio tom. 3. 158. c
 Confessionis effectus tom. 1. 5. 2. & tom. 2. 460. b
 Confessionis necessitas tom. 3. 158. c
 Confessionis sacramentalis efficacia tom. 1. 146. b
 Confitendum sacerdotibus to. 2. 147. a
 Coniugatorum continentia, donum Dei tom. 2. 123. c
 Coniugium vide Matrimonium.
 Conscientia propria est sufficiens vnicuiq; ad testimonium to. 2. 17. a
 Conscientia impiorum magna poena est, piorum verò est gaudium magnum tom. 2. 178. d
 Consentire quid sit tom. 2. 14. c
 Consilium & præceptum quid differant tom. 2. 126. c
 Conspersio quid sit tom. 2. 116. d
 Consolamur in passionibus Christi tom. 2. 90. a
 Consolatur nos Deus varijs modis tom. 2. 177. c
 Consolatur nos Deus vt alios consolemur tom. 2. ibid.
 Contemplatio est merces fidei tomo 2. 194. c
 Contentio quid sit tom. 2. 14. a. 228. b. 236. d
 Continentia donum Dei to. 2. 51. a. 14. b
 Continentia & castitas coniugatorum tom. 2. 123. c
 Contumelia quid tom. 2. 12. d. 14. b
 Cordis ostium duas valuas habet tom. 2. 284. a
 (†) 2. Cor.

I N D E X

- Cordis immunditiae genera sunt tria tom. 3. 160.c
 Corde mundi qui sint tom. 1. 27.b
 Corinthus caput Achaiae & Graeciae decus tom. 2. 99.b. 177.a
 Corinthij literarum graecarum studiosi erant, & Philosophiae amatores tom. 2. 130.c
 Corpus castigare quid tom. 2. 136.b
 Corpus quale dederit discipulis Christus tom. 1. 106.a
 Corporis mystici consummatio tom. 2. 459.d
 Corporis Christi praesentia in sacramento altaris tom. 1. 118.a
 Corporis exercitatio in quo consistat tom. 2. 358.d
 Corruptio quo affectu fieri debeat tom. 2. 175.d. 181.c
 Correctionis fraternae modus tom. 2. 345.b.c. 362.c. 373.d
 Corripiendi peruersos modus tom. 2. 202.c. 258.c.d
 Corrigendi modus tom. 1. 77.b. 79.a & tom. 2. 337.b. 339.d
 Corrigendi pusillanimes modus tom. 2. 341.a
 Corrumpi nolentes, deteriores efficiunt tom. 1. 86.a
 Correctio quibus commissa tom. 1. 39.a
 Corona Christi fuit de iuncis marinis tom. 3. 201.d
 Creatura noua quae sit tom. 2. 261.b
 Creatura rationalis, cur non possit per se de malo conuerti ad bonum, sicut potest de bono ad malum tom. 3. 80.b
 Creaturae non verè sunt tom. 1. 120.a
 Credere ex auditu quid sit tom. 2. 68.c
 Credere eum, credere ei, & credere in eum quomodo differunt tom. 2. 26.a
 Credentium propriè est, sequi Christum tom. 1. 82.b
 Non credunt perfectè, qui quod credunt loqui nolunt tom. 2. 192.b
 Crimen quid sit tom. 2. 357.a. 381.b
 Crux duobus modis tollitur tom. 1. 75.a
 Crux Christi cur in fronte figatur tom. 2. 67.d. 260.d
 Crucis etymologia tom. 3. 190.d
 Crucis Christi mensuratio tom. 3. 209.b.c. & seq.
 Crucis Christi latitudo, longitudo, altitudo & profunditas quid significant tom. 2. 277.a
 Crucis Christi inimici qui tom. 2. 305.a
 Cuculla quando profit monacho tom. 2. 18.c
 Cultus idolorum quando apud Romanos fuerit introductus tom. 2. 12.a
 Cupiditas honoris mundani tom. 3. 161.d.c
 Curiositas vestium & ciborum fugientia tom. 2. 345.a
 Curiositatis vitium maximè fugiendum tom. 2. 333.b
 Curiositatis definitio, diuisio, & genera tom. 3. 140.c
 Cymbalum & aes quid significant tom. 2. 155.d
- D
- Demones Christi natiuitatè ignorauerunt tom. 1. 12.b
 an intelligant cogitationes tom. 1. 35.a
 cur volucres caeli dicantur tom. 1. 63.a
 quare petierint intrare porcos tom. 1. 44.b
 Debitum quod Deo debemus tom. 3. 46.d
 Debitum quomodo reddatur Deo tom. 1. 152.a
 Debitores qui dicantur tom. 1. 35.b
 Decretum quid sit tom. 2. 272.b
 Defuncti qui possunt aliorum merito iuari tom. 2. 195.b
 Delectatio quinque sensuum corporis quando bona & mala sit tom. 3. 138.a
 Delectationis malae genera quot sint tom. 3. ibid.
 Delectationes tres sunt tom. 3. 167.d
 Delibatio quid tom. 2. 71.d
 Delictum quid sit tom. 2. 258.c
 Delictum quomodo differat à peccato tom. 2. ibid. & 269.b
 Demas, silens interpretatur tom. 2. 378.a
 Denarij centum, peccata in hominibus significant tom. 1. 152.a
 Descendere de nauis quid tom. 1. 120.a
 Detractio quid sit tom. 2. 128.b
 Detractio quantum noceat tom. 3. 165.b
 Detractio genus homicidij est tom. 1. 30.b
 Detractionis descriptio tom. 3. 165.d
 Detractionis vitium tom. 3. 139.b. 164.d
 Detractionis vitium quam graue sit tom. 2. 255.c
 Detractores qui, tom. 2. 14.a
 Detractores quando tolerandi, tom. 2. 215.b.c
 Detractores, hostes animarum, tom. 2. 21.d
 Deus maior est, quam cogitari potest, tom. 3. 26.c
 Deus cur principium & finis dicatur, tom. 2. 472.d
 Deus quot modis loqui dicatur, tom. 1. 120.a
 Deus tribus modis interrogat, tom. 1. 121.b
 Deus tribus modis sentitur, tom. 3. 167.b
 Deus qualiter cooperatur tom. 2. 55.c
 Deus quando tangat creaturam suam tom. 1. 139.b
 Deus quando dormire dicatur tom. 1. 43.b
 Deus quomodo sit sensibilis, cum non sit corpus tom. 3. 24.d
 Deus cur inuisibilis dicatur tom. 2. 349.b
 Deus quomodo sit omnipotens, cum multa non possit tom. 3. 24.d
 Deus quomodo sit misericors & impossibilis tom. 3. 25.a
 Deus cui vult miseretur, & quem vult indurat, quomodo intelligatur tom. 2. 61.d
 Deus quomodo totus iustus & summe iustus parcat malis, tom. 3. 25.
 Deus quomodo omnia bona opera & mala faciat tom. 3. 194.a. 195.a
 Deus in quibus habitet tom. 2. 202.a.b
 Deus quomodo in omnibus tom. 2. 279.a
 Deus quando omnia in omnibus, sit tom. 2. 168.d. 170.d
 Deus non est in loco aut tempore, sed omnia sunt in illo tom. 3. 27.b
 Deus est aene & vltra omnia etiam aeterna tom. 3. ibid.
 Deus à creatura nõ cognoscitur, nisi quatenus vult se reuelare tom. 1. 139.a
 Deus quomodo & cur videtur & nõ videtur à quærentibus eum tom. 3. 26.b
 Deus quid in iacob diligebat, & in Esau odio habebat tom. 2. 60.c
 Deus per malos purgat bonos tom. 2. 63.b
 Deus quomodo iuste puniat, & iuste parcat malis tom. 3. 25.d
 Deus non horret peccatum tom. 3. 169.c
 Deus quare neget gratiam libenter suscepturis tom. 1. 56.b
 Deus verus in promissionibus tom. 2. 338.d
 Deus vnde & quomodo assumerit humanam naturam tom. 3. 56.b
 Deus de virgine iusta conceptus est, non ex necessitate, sed quia sic decebat tom. 3. 101.c
 Deus cur sit incarnatus tom. 3. 101.b
 Deus qualiter de massa peccatrice assumpsit hominem sine peccato tom. 3. 60.a
 Deus in qua persona hominem assumpserit tom. 3. 56.d
 Deus qua ratione dicatur humiliatus pati tom. 3. 44.c
 Dei descriptio tom. 1. 139.b
 Dei attributa quomodo exponenda tom. 3. 205.c.d.
 Deitatis nomen creaturis est incommunicabile tom. 2. 12.d
 Deum quis dicatur inuocare tom. 2. 98.a
 Deum qui negat & confiteatur tom. 2. 384.c
 in Deo non est necessitas vel impossibilitas tom. 3. 61.d
 in Deo nec in aeternitate eius nullae sunt partes tom. 3. 26.d
 Dextra iustorum quid sit tom. 2. 99.d
 Dextra & sinistra Dei quid sint tom. 2. 268.b
 Diabolus quid tom. 2. 386.c
 Diabolus cur draco dicatur tom. 2. 490.b
 Diabolus cur dicatur habuisse iustitiam aduersus hominem tom. 1. 44.a
 Diabolus in qua rectitudine dicatur non stetit tom. 3. 182.d
 Diabolus quomodo peccauerit, & voluerit similis esse Deo tom. 3. 79.d
 Diabolus quomodo se voluerit facere similem Deo tom. 3. 39.b
 Diabolus per septem ducit hominem ad peccatum tom. 2. 498.a
 Diabolus nullam iustitiam habuit aduersus hominem tom. 3. 44.a
 Diabolus non patientia, sed iustitia à Christo est victus tom. 2. 32.a
 Diabolus quibus expellatur tom. 2. 136.b
 Diaboli conatus tom. 3. 168.c
 Diaboli astutia tom. 2. 238.c
 Diaboli superbia tom. 1. 22.a
 Diaboli malitia tom. 1. 78.a. & tom. 2. 481.b.c. 485.a
 Diaboli venatio tom. 3. 169.c
 Diaboli potestas quanta tom. 2. 292.c
 349.d. & tom. 3. 151.a.b
 Diaboli officium quod sit tom. 2. 491.a
 Diaboli qua ratione Angeli dicantur tom. 2. 482.d
 Diabolum reconciliari esse impossibile tom. 3. 64.c.d
 Diaconi officium tom. 2. 280.b
 Dialecticæ haeretici tom. 3. 31.a
 Dialecticæ

I N D E X

Dialectica qui abutantur to. 2. 389. d	Ecclesia quando in statu perfecto erit tom. 2. 280. d	Euæ saluatio tom. 3. 60. d
Dies Dominica quid significat tom. 2. 473. a.	Ecclesia Christi corpus quotidie in Missa sumit tom. 2. 290. a	Euangelium qualiter dicitur virtus Dei tom. 2. 9. d
Dies salutis quid sit tom. 2. 198. c	Ecclesia de manifestis culpis iudicatur tom. 2. 118. b	Euangelium cur in Missa legatur tomo 2. 280. b
Dies purgationis quotidie impletur tom. 1. 128. b	Ecclesia Romana primatum tenet inter omnes Ecclesias tom. 2. 4. a 8. b. 342. b	Euangelium Christi in Indeos venit non propter merita operum legis tomo 2. 2.
Dies Domini qui vocatur to. 2. 108. d	Ecclesia & synagoga quomodo differant tom. 2. 327. a. 475. a	Euangelium, prophetia & lex vnum sunt, licet tria in superficie visa tomo 1. 141. b
Dies malos duæ res faciunt tom. 2. 288. a. b	Ecclesie descriptio tom. 3. 256. a. b	Euangelij definitio tomo 2. 9. d
Dierum sex, significatio tom. 1. 136. b	Ecclesie perturbatores tom. 2. 163. c	Euangelij etymologia tomo 2. 6. b
Diffidentia leprosi tom. 1. 41. b	Ecclesie ministrorum potestas to. 1. 74. b	Euangelij veritas quæ dicatur to. 2. 238. a
Dilectus & diligibilis quomodo differant tom. 2. 392. a	Ecclesie doctorum officium tom. 1. 86. b	Euangelistæ opus tom. 2. 377. c
Dilectio duos habet ramos to. 1. 2. a	Ecclesie mos in offerendis candelis vnde proflexerit tom. 1. 131. a	Euangelistæ cur animalibus comparantur tom. 2. 479. a
Dilectio sanctorum sola in fide diligit tom. 2. 391. b	Ecclesiam Dei qui destruant tom. 2. 388. a	Euangelistarum dura conditio to. 1. 53. b
Dilectio Dei tribus fit modis to. 3. 169. b	Ecclesiam quando Christus deserere dicitur tom. 1. 69. b	Euangelizare maius est quam baptizare tom. 2. 100. c
Dilectio Dei erga nos quibus declaratur tom. 3. 42. d	Ecclesiasticorum ingerentium se in munitia Ecclesiastica maledictio tom. 2. 416. a. b	Euangelizandi finis quis debeat esse tom. 2. 133. c. d. 134. a
Disciplinam Domini negligere quid tom. 2. 461. b	Elati qui dicantur tom. 2. 14. b	Eucharistia sacramentum duobus modis manducare & bibere debemus tom. 2. 148. d
Discipulorum trium qui transfigurationi adfuerunt mystica significatio tom. 1. 136. b	Electus omnis, aut confessor aut martyr tom. 1. 129. b	Eucharistia sacramentum ieiunare est sumendum tom. 2. 147. a
Discretio in admonitionibus seruanda tom. 2. 153. d	Electio Apostolorum fit quatuor modis tom. 1. 231. b	Eucharistia sacramentum qui indignè sumant tom. 2. 148. c
Dissentio quid sit tom. 2. 228. b. 236. d	Electis quid sit commune to. 2. 150. d	Eucharistia sacramentum dignè sumendum fructus tom. 2. 140. b. c. 423. d
Diuitiæ veræ quæ sint tom. 2. 367. a	Eleemolyna quo fine facienda to. 2. 34. b & tom. 2. 78. a	Eucharistiam indignè sumētis poena tom. 1. 106. a
Diuitiæ maiores quæ sint to. 2. 207. c	Eleemolyna ex quibus facienda tomo 1. 135. b. & tom. 2. 284. b. 344. d	Exaltationis quindecim sunt genera tom. 3. 139. d
Diuitiæ bonitatis Dei in quo manifestentur tom. 2. 15. b	Eleemolyna quomodo fiat à murmurantibus tom. 2. 211. c	Excommunicatio cur data tom. 1. 65. a. 159. a
Diuitiæ iniquitatis quæ appellantur tom. 1. 136. b	Eleemolynæ effectus tom. 1. 58. a	Excommunicatio quomodo fieri debeat tom. 1. 79. b
Diuitiarum morbus & vermis est superbia tom. 2. 166. b	Elementa quæ dicantur tomo 2. 319. a. c. d	Exemplum & exemplar quid differant tom. 2. 429. d
Diuitiarum tria sunt genera to. 1. 37. b	Elementa quasi elementa dicuntur tom. 2. 245. c	Exempla plus docent, quam verba tomo 2. 386. a
Doctrina Christi & Philosophorum quid differat tom. 1. 154. b	Elementa mundi quid intelligantur esse tom. 2. ibid. b. c	Ex ipso, & de ipso, quomodo differant tom. 2. 75. d
Doctrina sanctorum Patrum quantum recipienda tom. 2. 109. a. b	Eloquentia concionatori necessaria tom. 2. 382. d	Ex ipso, per ipsum, & in ipso quomodo hoc intelligatur to. 2. ibid.
Dolor secundus gradus humilitatis tom. 3. 158. b	Ephelus quid sit tom. 2. 261. d	Ex, per, & in, præpositiones quid significant tom. 2. ibid.
Dolorem magnum quis patiatur tom. 2. 181. d	Ephelus quomodo interpretatur tom. 2. 262. c	Ezechias cur fleuerit tom. 1. 7. b
sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt tom. 2. 107. d	Episcopus nomen est operis, non honoris tom. 2. 353. c	
Dolus quid to. 1. 45. a. & to. 2. 14. d	Episcopatu indigni tom. 2. 354. b	
Dominus quædo dicatur rationem ponere tom. 1. 153. a	Epistola quid significet tom. 2. 1. 1.	
Donum maius quam delictum to. 2. 34. a	Epistola ad Romanos cæteris profundior tom. 2. 2.	
Donum Spiritus sancti cur pignus dicatur tom. 2. 180. d	Epistola ad Romanos scopus ibid.	
habeat tom. 2. ibid.	Epistola ad quid fidelibus missæ tomo 2. 1.	
Dona Spiritus sancti, cur septem dicantur tom. 1. 1. d	Epistola Pauli sunt quatuordecim quæ leguntur tom. 2. 1. quare non sint sic scriptæ sicut compositæ ibid.	
Donorum spiritualium gradus to. 2. 151. a. b.	Epistolarum ordo materia & intentio ibid. 4.	
	Epistolas quindecim scripsit Paulus ibid. decem scripsit ad Ecclesias ibidem quatuor ad discipulos ibid.	
E	Error Heluidij tom. 1. 66. b	
Ebrietas quid sit tom. 2. 257. a	Error Græcorum tom. 3. 125. a	
Ebriosus mysteria Dei non proponenda tom. 1. 39. a	Errantium multitudo non est patrocinium erroris tom. 1. 51. b	
Ecclesia multis nominibus designatur tom. 1. 25. a	Esau & Iacob quorum figura sint tom. 2. 50. b	
est mons Syon tom. 1. 143. b	Esse ex aliquo tribus modis dicitur tom. 3. 3. a	
Ecclesia cur regnum cælorum vocetur tom. 1. 151. b. c	Esse per se, & ex se quomodo intelligatur tom. 3. 3. c	
Ecclesia qualiter dicatur virgo & sponsa tom. 2. 217. b.		
Ecclesia qua ratione dicatur corpus Christi tom. 2. 278. d		
Ecclesia turbari, non mergi potest tom. 1. 119. a		
Ecclesia qualiter semper habeat inimicos tom. 2. 204. b		
Ecclesia bonos & malos habet to. 2. 286. c. 342. b. & to. 3. 373. a. 448. b.		

I N D E X

- Fides parum aut nihil valet sine operibus tom. 1. 118.2
 Fides scilicet charitate iustificat to. 2. 371. c
 Fides & spes sine charitate esse possunt tom. 2. 158.2
 Fides qualiter ab exordio iustificat tom. 2. 25. d
 Fides viua quæ sit, & quæ mortua tom. 3. 21.2
 Fides est voluntatis, non necessitatis tom. 2. 181.2
 Fides diuinitatis confessio, & religionis solidum fundamentum to. 2. 8. c
 Fides Patrum veteris testamenti tom. 2. 192.2
 Fides parentum liberat pueros à diabolo in baptismo tom. 1. 71.2
 Fides Chananzæ magna tom. 1. 71.2
 Fidei descriptio tom. 2. 8. c
 Fidei perfectæ effectus tom. 1. 77. b
 Fidei alienæ virtus tom. 1. 45. b
 Fidei dissensio quid pariat to. 1. 53. b
 Fidei firmitatem qui non habeant tom. 3. 36. c
 Fidei domesticus quis dicatur to. 2. 160. b
 Fidei nequit subesse falsum tom. 2. 217. b. c. 343. c
 Fidei solius iactatores reprehenduntur tom. 1. 147. b
 Fidei questiones altissimæ quibus fugienda tom. 3. 35. b. c
 Fidei honorum Christianorum sinceritas tom. 2. 253. c
 Fidei malorum Christianorum & demonum conuenientia to. 2. ibid.
 Fidem fictam quis habeat to. 2. 347.2
 Fidem nemo potest habere suis meritis præcedentibus tom. 2. 25. d
 per Fidem vix aliquis certus de sua salute tom. 1. 421. c
 Fidelibus duo sunt necessaria to. 1. 29.2
 Fiduciam pro spe sumi to. 1. 407. c
 Figuræ cur sit venerandæ to. 32. b
 Finis omnium bonorum quis sit tom. 2. 167. b
 Filius assumpsit naturam humanitatis in unitatem personæ non naturæ tom. 3. 38. c
 Filius cur assumpsit humanitatem, non pater aut Spiritus S. tom. 3. 38. d. 57. a
 Filij Abrahæ qui sint tom. 1. 18. b
 Filij promissionis qui dicuntur tom. 2. 59. c
 Filij seculi, & filij lucis, qui tom. 1. 135.2
 Filij dissidentia qui dicantur to. 2. 269. d. 286. c
 Filij noctis & tenebrarum qui sint tom. 2. 336. b
 Filij quatenus obedire debent parentibus tom. 2. 290. b
 Filium Dei quis conculet to. 2. 448.2
 Filiorum officium tom. 1. 51. d
 Flere cum quibus iubemur to. 2. 79.2
 Fornicatio vnde dicatur to. 2. 285. c
 Fornicatio vnde proueniat to. 2. 236. c
 Fornicatio quomodo perpetretur tom. 2. 467.2
 Fornicatio quam graue crimen sit tom. 2. 115. d. 121. c
 Fornicatio quomodo fagienda tom. 2. ibid. b
 Fornicatio cur primo inter opera carnis ponatur tom. 2. 2. 6. c
 Fornicatio duplex tom. 2. 121. d
 Frigidus quis sit tom. 2. 478.2
 Fructus vnde dicatur tom. 2. 257. b
 Fuga perseverantiæ non est contraria tom. 1. 71.2

G

 Galatia quæ regio sit tom. 2. 230. d
 Galatia interpretatur transmigratio tom. 2. 231. d
 Gaudia contraria quæ sint to. 2. 306.2
 Gaudere cum quibus iubemur to. 2. 79.2
 Generationem Christi cur comparet Mattheus descendendo, Lucas vero ascendendo tom. 1. 1. b
 Gentiles quomodo Deum nouerunt tom. 2. 11.2
 Genua cur flexi soleant in oratione tom. 2. 276.2
 Gerasa quid tom. 1. 44.2
 Gestæ Christi ab infantia to. 3. 204. d
 Gladij duo in Ecclesia tom. 1. 108. b
 Gloria Apostolorum quæ sit tom. 2. 178. d. 180. b. c
 Gloria pseudoapostolorum tom. 2. 180. b. c. 216. b. 219. b
 Gloria resurgentium inæqualis tom. 2. 170. d
 Gloria veteris & noui testamenti probatio tom. 2. 187. b
 Gloriæ vanæ cupiditas cauenda tom. 2. 258. b
 Glorificatio Christi in morte to. 3. 207.
 Glorificare Dominum quid sit to. 2. 122. b
 Gradus actionis tres tom. 2. 314.2
 Græci qui fuerint dicti tom. 2. 9. b
 Græci quare dicuntur sapientes tom. 2. ibid. c
 Gratia gratis datur, non redditur tom. 23. b. 61. d
 Gratia simul est cum libero arbitrio tom. 3. 177.
 Gratia præuenit liberum arbitrium tom. 2. 291. c
 Gratia & pax non sunt semper à Deo tom. 2. 8.2
 Graua Dei est remissio peccatorum tom. 2. 198.2
 Gratia præueniens & cooperans tom. 2. 165.2. 295. c. d
 Gratia maioris est auferre quod nõ debetur, quàm reddere quod exigitur tom. 2. 126. b. c
 Gratia agenda pro beneficijs à Deo exhibitis tom. 3. 199. b
 Gratiam prius Apostoli acceperunt postea apostolatam tom. 2. 7. c
 Gratias agere Deo quid sit tom. 2. 8. b. 11. c. 86. b
 Gula est porta & initium voluptatum tom. 1. 20.2

H

 Hæresis vnde dicatur tom. 2. 390.2
 Hæresis causa quæ sit tom. 2. 281. b
 Hæresis & schisma quomodo differant tom. 2. 390. b
 Hæresis Arrij & Ebionis to. 2. 472. b
 Hæresis Originis extinguitur to. 1. 66.2
 Hæresis Nouati tom. 2. 419. c
 Montani tom. 2. ibid.
 Hæreses Iudæorum duæ fuerunt tom. 1. 16.2. 93.2
 Hæreticus quis dicendus tom. 2. 146.2. 383.2. 390.2
 Hæreticus volens violare scripturas, quid faciendum tom. 1. 34.2
 Hæretici, vanus populus to. 2. 475. e
 Hæretici, falsi pastores, tom. 1. 156.2
 Hæretici negantes Christi humanitatem, tom. 2. 196. d
 Hæretici peruersè exponunt scripturas, tom. 2. 372.2
 Hæretici membra satanz, tom. 2. 293. c
 Hæretici tecti maximè cauendi, tom. 1. 40.2
 Hæretici nõ habent fidem, to. 2. 380. c
 Hæretici temerarij reprehenduntur tom. 2. 341.2
 Hæretici cur vulpi comparentur, tom. 1. 159. b
 Hæretici cur scorpionum comparentur, tom. 2. 485. d
 Hæretici zizania sunt, tom. 1. 65.2
 Hæretici, spinæ & tribuli, to. 1. 64. d
 Hæretici quidam cur excommunicentur, tom. 1. 65.2
 Hæretici & malè Catholici quomodo differant, tom. 1. 65.2
 Hæretici dialecticæ, tom. 3. 36.2
 Hæreticorum origo, tom. 2. 146. b
 481. b
 Hæreticorum diuersitas, tom. 1. 85.2
 Hæreticorum conatus, tom. 2. 375. d
 Hæreticorum inquietudo, to. 2. ibid. b
 Hæreticorum malicia, tom. 2. 347. c
 Hæreticorum iactantia, tom. 2. 367. c
 383.2
 Hæreticorum astutia, tom. 1. 155. e
 Hæreticorum consuetudo, to. 1. 19. b
 Hæreticorum certamen, to. 2. 365. b
 Hæreticorum fides qualis, tom. 2. 347.2
 Hæreticorum doctrina qualis, tom. 2. 384. b. c
 Hæreticorum doctrina summè fugienda, tom. 2. 281. b
 Hæreticorum vana scientia, tom. 2. 375.2
 Hæreticorum subtile ingenium in exercitatione scripturarum, to. 1. 32.2
 Hæreticorum numerus quando abundabit, tom. 2. 374. d
 Hæreticos esse cur proficit, to. 2. 146. b
 Hæreticis non proponenda Dei mysteria, tom. 1. 39. b
 Hæreticis tolerantia aduersitatum non prodest, tom. 2. 276. b. c
 Heri & hodie quid significant, to. 2. 468.2
 Hermas scriptor fuit libelli qui Pastoris appellatur, tom. 2. 95.2
 Herodes primitiæ persecutorum, tom. 1. 14. b
 Herodes gerit personam persecutorum, tom. 1. ibid.2
 Herodes gerit personam hypocritarum, tom. 1. 13. b
 Herodes ex alienigenis fuit primus rex Iudæorum, tom. 2. 18. d
 Herodis præceptio præsumptuosa, tom. 1. 13. b
 Herodis homicidium propter iuramentum non excusatur, to. 1. 67.2
 Homicidium quid sit, & vnde dicatur, tom. 2. 13. d
 Homicidij tria sunt genera, tom. 3. 179. d
 Homo vetus quid, to. 2. 37. b. 197.2
 Homo

I N D E X.

- Homo interior & exterior quid sit, tomo. 2. 192. c
- Homo primus qua ratione dicatur terrenus, tomo. 2. 172. a
- Homo ex tribus constat, tomo. 2. 338. b.
- Homo quid commune habeat cum creaturis, tomo. 2. 10. d. 313. a
- Homo per Christum saluatur ex necessitate, tomo. 3. 54. b
- Homo factus est iustus vt beatus esset, tomo. 3. ibid. d
- Homo si non peccasset, non moretur, tomo. 3. 55. a
- Homo omnis quando mendax dicitur, tomo. 2. 19. d
- Homo cur, cum non habet reuerentiam, magis dicitur liber, to. 3. 46. c
- Homo vt perfecte restituatur, quid requiratur, tomo. 3. 222. a
- Homo quamdum non reddit Deo debitum, saluari nequit, nec excusatur impotentia, tomo. 3. 53. b
- Homo quod Deo abstulit peccando, reddere nequit, tomo. 3. ibi. a
- Homo nihil iuris in se habet, propter septem, tomo. 3. 211. c. d
- Homo bonus qua ratione dicatur angelus, & homo malus, diabolus, tomo. 3. 51. a
- Hominis dignitas, tomo. 2. 11. a
- Hominis veteris vitia, to. 2. 197. a
- Homines quatuor dominus ad vitam reuocauit, tomo. 1. 150. b
- Homini duo necessaria, tomo. 1. 39. b
- Homines malignae mentis, cui sint similes, tomo. 1. 152. c
- Homines plures sunt futuri sancti quam sunt angeli mali, tomo. 3. 49. a
- Hominum duo genera, to. 1. 68. b. 69. a
- Hominum tres ordines, tomo. 3. 162. b
- Hominum genera tria sunt, quae terreno imperatori seruiunt, tomo. 3. 153. d
- Hominum pessimorum artes, to. 2. 21. d
- Hominum carnalium incostit. to. 2. 179. d
- Honor parentum in quibus consistat, to. 1. 70. b.
- Honoris mundani cupiditas, to. 3. 161. c. d
- Honorare & inhonorare Deum, quis dicatur, tomo. 3. 48. b
- Hospes quis dicatur, tomo. 2. 453. b
- Hostia quid sit, tomo. 2. 285. b. c
- Hostia placabilis Deo tomo. 1. 57. b
- Hostia viuens quae, tomo. 2. 76. b
- Hostiae cauda cur posita in sacrificio, tomo. 1. 52. a
- Hostiarum veteris legis vsus, to. 2. 76. b
- Humanus dies qui dicatur, tomo. 2. 112. b.
- Humanae naturae status quot. to. 3. 162. a
- Humilis vnde dicatur. to. 2. 278. a
- Humilitas Christi, tomo. 1. 78. a. b
- Humilitas Petri laudatur, to. 2. 237. c
- Humilitas Pauli, tomo. 2. 5. c. d
- Humilitas centurionis, tomo. 4. 2. a
- Humilitas vera fidelium, to. 2. 337. d
- Humilitatis custodes, tomo. 3. 159. c
- Humilitatis Christi excellentia, tomo. 2. 311. d
- ad Humilitatis culmen volenti ascendere, quid faciendum, to. 3. 159. b.
- Humilitatis gradus, to. 3. 158. a. & seq.
- Hypocritis pseudoapost. to. 2. 179. a
- Hypocritarum mos, to. 2. 233. b. c
- Hypocritarum duo genera, to. 1. 34. b. I.
- Iacob binonius, tomo. 1. 2. b. & cur, tomo. ibid. b
- Iacob Christum praefiguravit, to. 1. 4. a
- Iacob quare ponatur ante Petrum & Ioannem, to. 2. 236. b. c
- Ictus oculi quid sit, tomo. 2. 173. a
- Idiotia quid sit, tomo. 2. 160. c
- Idolium quid tomo. 2. 131. b
- Idolum quid, tomo. 2. 130. a
- Idolorum seruitus quid, to. 2. 256. d
- Idolorum cultus fugiendus, to. 2. 140. b
- Idolothytum vnde dicatur, to. 2. 130. c
- Ieiunium generale, quod. to. 1. 78. a
- Ieiunium magnum quod, to. 2. 387. b
- Ieiunium frenum gulae, tomo. 1. 20. a
- Ieiunij virtus, tomo. 2. 136. b. c
- Ieiunij duplex genus, to. 1. 37. a. 47. a
- Ieiunij se sponte maceravit Paulus, tomo. 2. 222. c
- Iephthe votum temerarium. to. 2. 457. a
- Ierusalem supernae commendatio tomo. 3. 144. b
- Ierusalem visio pacis interpretatur, tomo. 2. 251. d. 299. d
- Iesus est proprium nomen, to. 2. 5. d
- Iesus proprium nomen fuit Meschig, tomo. 1. 1. a
- Iesu traditio, illusio, crucifixio, to. 3. glorificatio in morte, tomo. 3. 206
- Ignis quatuor officia habet, tomo. 2. 466. b
- Ignis perpetuus quare in veteri lege positus erat iuxta altare, to. 1. 18. a
- Ignominia quid sit, & vnde dicatur, tomo. 2. 13. b
- Ignorantia non cadit in Christum, tomo. 3. 58. d
- Ignorantia docta quomodo in nobis existat, tomo. 2. 54. d
- Ignorantia, quodlibet peccatum vocari potest, tomo. 2. 356. b
- Imago Dei quid sit, tomo. 1. 27. b
- Imaginum vsus, to. 2. 239. c
- Immortalitas & incorruptio differunt, tomo. 2. 173. d
- Immunitia quid sit, tomo. 2. 256. c
- Impius quis dicendus, tomo. 2. 26. a
- Impiorum poena in hoc saeculo, to. 2. 339. c
- Impietas quid significet, to. 2. 10. c
- Impoenitentiae peccatum diabolicum tomo. 1. 34. a
- Impudicitia quid sit, tomo. 2. 256. c
- Incarnatio Christi, tomo. 2. 197. b
- Incarnationis Christi mysterium occultum, tomo. 2. 294. a
- Incarnationis mysterium latet sanctos, tomo. 2. 96. d
- Incidere in manus Dei quis dicatur, tomo. 2. 448. c
- Infantes an ab ipsa conceptione habeant peccatum, tomo. 3. 98. c
- In infantes cur & quomodo descendat peccatum, tomo. 3. 102. c. d
- Infantes sine baptismo hinc descendentes damnantur, tomo. 3. 104. a
- Infantes percepto baptismo cur ad altare portentur, to. 1. 130. b
- Infantibus non personaliter impunitatur Adae praeparatio, tomo. 2. 102. a
- Infernus obstructus tribus vestibulis, to. 3. 203. b
- Inferni poena inaequalis, to. 3. 103. b. c
- Infidelis quis sit, tomo. 2. 202. a
- Infidelem esse, & in fide infirmari sunt diuersa, tomo. 2. 84. b
- Infideles qui ab inferno trahuntur, to. 2. 174. c
- Infideles an iudicabuntur, to. 1. d.
- Infidelitas, mors animae, to. 2. 10. a
- infidelitas, fornicatio est, to. 2. 124. b
- Inflatio quid sit, tomo. 2. 228. b
- Inimicus quando vincend. to. 2. 80. a
- Inimici quomodo diligendi, to. 3. 4. a & tomo. 3. 166. d
- Inimici crucis Christi, qui, tomo. 2. 305. a
- Inimicorum tria sunt genera, to. 1. 34. a
- Inimicitiae quid sint, tomo. 2. 256. d
- Iniquitas quid sit, tomo. 2. 26. b
- Iniuria patienter toleranda, to. 1. 33. a. b
- Iniustitia quid sit, tomo. 3. 80. d. 85. a
- Iniustitia quid significet, tomo. 2. 10. c
- Iniustitia est in voluntate, tomo. 3. 193. d
- Inobedientia quid sit, to. 2. 462. a
- Inquinamentum carnis & spiritus quid sit, tomo. 2. 203. a
- Inquisitores seculi qui dicantur, to. 2. 101. c
- Inspicientia plena quae sit, tomo. 2. 220. a. b
- Inspicientis est proprias iactare virtutes, tomo. 2. 226. b
- Inspicientes qui dicantur, tomo. 2. ibid.
- Inuentores malorum qui, tomo. 2. 256. d
- Inuidia quid sit, tomo. 2. 13. d. 256. d
- Inuidet qui bonis alterius, diabolis consentit, tomo. 3. 144. b
- Ioanes quomodo Helias, tomo. 1. 65. b
- Ioannes non fuit inferior meritis Apostolis, tomo. 1. 17. b
- Ioannes Baptista non fuit liber a peccato originali, tomo. 3. 101. a
- Ioseph magis propheta quam Pharaon tomo. 2. 159. b
- Ira quid sit, tomo. 2. 256. d
- Ira Dei quid, tomo. 2. 328. a. 330. a
- Ira Dei magna, quae, tomo. 1. 133. a
- Ira Dei quomodo reuelatur, to. 2. 10. b.
- Ira quae a Christo prohibeatur, tomo. 1. 30. b
- Irae vasa quae dicantur, tomo. 2. 63. b
- Irae locum dare quando quis dicatur, tomo. 2. 79. a
- Iram quis sibi thesaurizet, tomo. 2. 15. c
- Iracundiae etymologia, tomo. 2. 283. d.
- Isaac Christi personam in multis locis portauit, tomo. 1. 2. b
- Iudaeus verus quis dicatur, tomo. 2. 18. d
- Iudaeus cur gentili in culpa praefertur tomo. 2. 16. a
- Iudaeus & gentilis aequiparantur in poena & gloria, tomo. 2. 15. d
- Iudaei post aduentum Christi in grauiora peccata praecipitati, tomo. 1. 62. a

I N D E X

Judicari persequi sint Christum tom. 3.	45. a	Judæi quando plenè conuertendi, tom. 1.	52. b	Judæi cum gentilibus fuerunt dig niores, tom. 2.	19. b. c	Judæi Romanenses quomodo mur murauerunt cõtra Paulum, t. 2. 4	346. d	Judæorum neutralitas, ibi.	19. c	Judæorum iustificatio, tom. 2. 19. c	19. c	Judæorum consuetudo, to. 1. 52. a	52. a	Judæorum festa complera, t. 1. 121. a	121. a	Judæorum infidelitas quomodo profit, tom. 2.	70. d	Judex debet esse æquus in vltione peccatorum, tom. 2.	20. c	Judicium Dei occultum, to. 2. 184. a. b.	184. a. b.	Judicium Dei districtum, tom. 2. 16. d. 17. a	16. d. 17. a	Judicium Dei districtum de quo libet opere, t. 2.	195. a. b	Judicium temerarium cauendum tom. 2.	159. a. b	Judicium extremum cur differa tur, tom. 2.	445. a	Judicij extremi modus, t. 1. 103. a. b	103. a. b	In iudicio duo ordines eruat, to. 1 ibid.	103. a. b	Judicare semetipsum quis dicatur tom. 2.	89. a	Judicare de alterius conscientia quis non potest,	t. 2. 85. a	Judicare inter diem & diem, & indicare omnem diem, quid sit, tom. 2.	86. a	Judicare non debet quis aliquem de eo, quod & ipse facit, tom. 2.	15. a	Juramentũ ociosum generat per iurium to. 1.	32. b	Jurare per creaturas, quare Moy ses prohibuerit tom. 1. ibid.	32. b	Iustificatio quæ est ex fide, facit pacem cum Deo tom. 2.	29. d	Iustificatio mentis & carnis est du plex tom. 2.	22. d	Iustificatum sequuntur opera, sed non precedunt iustificandum to. 2.	24. b	Iustificari minimè apud Deum, & non iustificari, quomodo dif ferant to. 2.	66. d	Iustitia quid sit tom. 2. 26. b. 43. d. & tom. 3.	70. b. d	Iustitia duplex tom. 2.	66. d	Iustitia vita animæ tom. 2.	269. b	Iustitia Dei quid tom. 2.	9. d. 10. a	Iustitia Dei quomodo sumatur to. 2.	66. b	Iustitia pro omni virtute accipi tur. to. 2.	39. d	Iustitia in quo teneatur to. 2. 270. d	270. d	Iustitia non per legem sed per gra tiam habetur tom. 2.	23. a	Iustitia qualiter sit observatio mæ datorum Dei to. 2. 212. d. 283. c	212. d. 283. c	Iustitia episcopi & laici in quo differt tom. 2.	382. b	Iustitiæ pulchritudo ac delectatio qualis sit tom. 2.	39. c	Iustitiam originalem pro peccato originali Christus habuit tom. 3 101. d	101. d	Iustus magis cupit inimicum cor rigi quam puniri tom. 2.	79. d	Iustus quomodo dicatur ex fide vivere tom. 2.	70. a. b	Iusti qualiter debent suas virtutes predicare tom. 2.	221. b	Iusti cur tribulantur in hoc sæcu lo, tom. 2.	340. b	Iustorum esca tom. 1.	133. b	Iustorum patientia tom. 2.	293. c	In iustis requies domini to. 1. 142. a	142. a	Iuuenis tribus ad probitatem per uenit tom. 3.	164. a	L.	Laus humana fugienda to. 1.	66. a	Leprosi qui, tom. 1.	146. b	Leprosi nouem nesciuntur à domi no, tom. 1.	147. a	Lex cur sit data to. 2.	242. c	Lex à gratia distinguitur tom. 2.	186. c	Lex cur in lapideis tabulis data Iudæis tom. 2.	185. c. 186. d	Lex qualiter sit obseruanda, to. 2. 22. c. d	22. c. d	Lex quomodo dicatur per fidem statui, & non destrui to. 2. 24. c. d	24. c. d	Lex quomodo subintrasse dicatur tom. 2.	35. c	Lex vbi non est, nec præuaricatio tom. 2.	27. d. 35. c	Lex impossibilis obseruatu sine gratia tom. 2.	38. c	Lex, prophetia, & euangelium v num sunt, licet tria in super ficie visa, to. 1.	142. b	Lex scripta à Moysè cur sit data, t. 1 62. a	62. a	Lex vetus tria habet tom. 1.	29. b	Lex vetus qua ratione dicatur lex Dei, & lex Moyfi tom. 3.	97. a	Lex fidei & factorum in quo diffe rant to. 2.	24. a	Legis finis tom. 2. 22. c. d. 27. d. 31. c. 42. c. d. 47. b.	22. c. d. 27. d. 31. c. 42. c. d. 47. b.	Legis opus tom. 2.	16. c	Legis consuetudo to. 2.	442. c	Legis impossibilitas tom. 2.	47. d	Legis imbecillitas to. 1.	130. a	Legis implerio impossibilis, to. 2. 240. d	240. d	Legis veteris & nouæ differentia tom. 2.	47. d	Legis nouæ & veteris discrimen to. 1.	30. b	Lege quis legitimè vtatur, tom. 2. 348. a	348. a	sub Lege quis sit tom. 2.	256. b	sub Lege esse & in Lege esse, diffe runt, tom. 2.	135. a	Leges quatuor sibi inuicem repug nantes & dimicantes to. 2. 46. d	46. d	Liber vitæ quid sit tom. 2.	477. a	Liber vitæ est memoria Dei, tom. 2.	306. a	Libertas triplex tom. 3.	169. c	Libertas Pauli laudatur to. 2. 237. b	237. b	Libertas quare sit culpabilis, & seruitus laudabilis tom. 2. 39. d	39. d	Libertas in quibus sit to. 3.	47. c	Libertas arguendi quomodo amit tatur to. 2. 114. b. 120. c. 133. c. 179. b. 218. d. 308. a. 353. d	114. b. 120. c. 133. c. 179. b. 218. d. 308. a. 353. d	Liberum arbitrium to. 2. 39. d. 365. b. 183. d. 235. c. 270. d. 291. c.	39. d. 365. b. 183. d. 235. c. 270. d. 291. c.	Liberum arbitrium quid tom. 3.	73. c	Liberum arbitrium qualiter de dit dominus tom. 2.	327. d	Liberum arbitrium & præscientia Dei non repugnant to. 3.	171. 358. a	Liberum arbitrium simul est cum gratia to. 3.	195. c. d	Liberum arbitrium habet homo tom. 1.	36. a. 49. a	Liberum arbitrium non in omni bus habemus tom. 3.	193. a	Liberum arbitrium Adam non a misit tom. 1.	148. b	Liberum arbitrium quale fuerit post lapsum tom. 3.	72. d	Liberi arbitrij diuisio tom. 3.	77. b	Liberi arbitrij perfecta definitio quæ sit to. 3.	ib. a	Liberari de corpore mortis, huius & exire de corpore, quomodo differant tom. 2.	46. b	Libidinis mater, superfluitas esca rum tom. 2.	120. d	Lingua quid significet tom. 2. 159. a	159. a	Lingua ad quid fuerint data to. 2. 161. c	161. c	Linguarum vsus tom. 2.	49. c	Linus primus Romanæ sedis epif copus tom. 2.	379. c	Loci conditio tom. 3.	9. d	Longanimitas quid sit tom. 2. 257. c	257. c	Luxuria, idolorum seruitus, tom. 2. 256. d	256. d	M.	Maceria quid sit, tom. 2.	271. d	Macedoniorum hæresis tom. 2. 150. d	150. d	Macedonum laus tom. 2.	208. b	Malum quomodo videatur esse a liquid tom. 3.	81. a	Malum pro malo quando redda tur, tom. 2.	337. c	Malum pro malo qui reddit, gra uius peccat, quam qui infert t. 2. 79. b	79. b	Malum vnde veniat in angelũ qui bonus erat tom. 3.	81. c	Malum quod est peccatum siue in iustitia, nihil est tom. 3.	97. c	Mali quomodo in ecclesia, tom. 2. 286. c	286. c	Mali quando tolerandit. 2. 16. 4. a	16. 4. a	Mali qui è medio tollendi, tom. 2. 254. d	254. d	Mali quomodo prædestinentur t. 2. 264. c	264. c	Mali cur affluant diuitijs in hac vi ta tom. 2.	209. a	Mali qua in forma Christum vide bunt to. 2.	340. b	Mali coinquant duobus modis to. 2.	287. a	à Malo liberari quid sit tom. 1. 26. 2	26. 2	Malorum inuectores qui sint to. 2. 13. c	13. c	Malis quatenus non communican dum to. 2.	345. b. 344. c	Malignitas quid sit, & vnde diffe rata malitia tom. 2.	14. a	Malitia quid sit tom. 2.	13. d	Malitia & miseria dies faciunt malos tom. 2.	288. a	Maledictionis sententia qua men te proferatur à sanctis viris to. 2. 254. c	254. c	Maledictum aliud est quod scri ptura approbat, & aliud quod damnat tom. 2.	79. a	Mandatorum Dei vna est vtilitas tom. 1.	94. a	Manichæorum hæresis tom. 2. 358. a	358. a
--	-------	--	-------	---	----------	--	--------	-------------------------------	-------	--------------------------------------	-------	-----------------------------------	-------	---------------------------------------	--------	---	-------	--	-------	---	------------	--	--------------	--	-----------	---	-----------	---	--------	--	-----------	--	-----------	---	-------	--	-------------	--	-------	--	-------	--	-------	--	-------	--	-------	---	-------	--	-------	--	-------	--	----------	-------------------------	-------	-----------------------------	--------	---------------------------	-------------	--	-------	---	-------	--	--------	--	-------	--	----------------	---	--------	--	-------	--	--------	---	-------	--	----------	--	--------	--	--------	-----------------------	--------	----------------------------	--------	--	--------	---	--------	-----------	-----------------------------	-------	----------------------	--------	--	--------	-------------------------	--------	-----------------------------------	--------	--	----------------	---	----------	--	----------	--	-------	--	--------------	---	-------	---	--------	---	-------	------------------------------	-------	---	-------	--	-------	---	---	--------------------	-------	-------------------------	--------	------------------------------	-------	---------------------------	--------	---	--------	---	-------	--	-------	--	--------	---------------------------	--------	--	--------	--	-------	-----------------------------	--------	--	--------	--------------------------	--------	---------------------------------------	--------	---	-------	-------------------------------	-------	--	---	--	---	--------------------------------	-------	--	--------	---	-------------	--	-----------	---	--------------	--	--------	---	--------	---	-------	---------------------------------	-------	--	-------	---	-------	---	--------	---------------------------------------	--------	--	--------	------------------------	-------	---	--------	-----------------------	------	--------------------------------------	--------	---	--------	-----------	---------------------------	--------	--	--------	------------------------	--------	---	-------	---	--------	---	-------	---	-------	--	-------	---	--------	-------------------------------------	----------	--	--------	---	--------	--	--------	--	--------	---------------------------------------	--------	--	-------	---	-------	---	----------------	---	-------	--------------------------	-------	---	--------	---	--------	--	-------	--	-------	---------------------------------------	--------

I N D E X.

- Manichæorum error** tom. 2. 37. c
Manna panis angelorum vocatum est tom. 2. 137. a
Manuetus vnde dicatur t. 2. 278. a 257. c.
Manuetudo to. 2. 257. c
Manus expansæ quid signant to. 2. 69. b
Maria cur aliquando mulier nuncupetur tom. 1. 55. a
Maria virgo fuit absque peccatis tom. 2. 596. b
Maria caruit omni peccato tom. 1. 12. b
Martyrium duplex tom. 1. 75. d
Martyrij sanctorum fructus tom. 2. 368. d
Martyrem verum quid faciat to. 1. 29. a
Martyres Dei qui habendi tom. 2. 391. a
Martyres innocetes ad infernum descenderunt tom. 1. 14. b
Martyres sub antichristo signa nō facient, sed tortores tom. 1. 120. b
Martyrum vox tom. 2. 192. b
Martyrum causa tom. 2. 57. c
Martyrum confessio tom. 2. 67. c
Martyrum suorum sanguine Deus vindicat tom. 1. 15. a
Massa peccatrix quomodo non sit tota peccatrix tom. 3. 100. d
Materia rerum vniuersarum an sit tom. 3. 3. d
Matrimonium quādo dissolui possit tom. 1. 81. a
Matrimonij impedimēta to. 1. 32. b
Matrimonij separatio quo ad thorum tom. 1. 2. b 97. a
Medicamenta famis, sitis & fatigationis quæ sunt tom. 2. 54. b
Melota quid sit tom. 2. 459. a
Membra quare arma vocantur to. 2. 38. b
Mendacium est aliquid aliter dicere, quā animo sentitur to. 1. 45. a
Mendacij mala tom. 2. 217. b
Mendacij duæ potestates tom. 3. 53. b. 61. a
Mendax omnis homo, quomodo exponatur tom. 2. 19. d
Mendax nō est iudicandus, qui falsum dicit quod putat esse verum tom. 2. 179. c
Mens dura reuocatur terrore to. 2. 15. b
Mercedis est maioris quod nō cogitur, sed offertur tom. 2. 126. b. c
Mercedē prophetæ accipere quid sit tom. 1. 54. a
Mercenarius quis dicendus tom. 1. 131. & tom. 2. 301. d
Mercenarij conditiones tom. 2. 296. d. 315. b. 337. c.
Mercimonia an monachum deceat tom. 2. 370. b
Meritum humanum to. 2. 19. b
Meritum pastoris prouectum cōfert gregi tom. 2. 275. d
Meriti inæqualitas tom. 2. 15. c. d. 241. d.
Merita propter bona parentum filijs multa beneficia impenduntur tom. 3. 104. a
Meschia quid significet tom. 1. 1. a
Miles Dei non implicatur negotijs secularibus tom. 2. 370. 2. a. b
Militare secundum carnem qui dicuntur to. 2. 214. a. b
Minister sacramēti potest esse miles tom. 2. 100. c
Ministerium suum quando quis dicitur reddere honorabile, & quando vituperabile tom. 2. 71. b
Miraculum maius est, cum Deus reddit rectitudinem desertam, quā cum mortuo reddit vitam tom. 3. 46. b
Miracula cur fiant tom. 2. 161. c
Miraculorum Christi testis, qui tom. 1. 88. b
Miseria hominis tom. 3. 204. a. b
Miseriæ quas Deus accepit pro homine tom. 3. 204. e
Misericordia multiplex to. 2. 78. b
Misericordia Dei quā magna, & quā iusta sit tom. 3. 64. c
Misericordiæ Dei ante perpetrationem culpæ nunquam cogitanda tom. 3. 160. b
Misericordia Dei magna erga genus humanum to. 3. 204. b
Misericordia Dei quomodo acquiratur tom. 1. 27. b
Misericordia duas habet partes t. 1. ibidem.
Missæ sacrificium pro quibus quotidie fiat tom. 2. 447. c.
Missæ ordo quibus verbis ostendatur tom. 2. 350. b
in Missæ sacrificio qua ratione Christus offeratur tom. 2. 441. a
in missa quotidie ecclesia lumit corpus Christi tom. 2. 290. a
Mitis quis sit tom. 1. 26. b
Modestia quid, & vnde dicatur to. 2. 217. d. 306. b. 322. b.
Monachus perfectus tria debet habere tom. 3. 156. a
Monachi ofācium tom. 3. 157. a
Monachi professi quam magna sit spes tom. 3. 153. b
Monachi corona, tonsura, & vestes quid denotent tom. 3. 157. a
Monachus verus, tom. 3. 170. a.
Montani heresis, tom. 2. 419. c
Mors per vnum regnavit, quomodo intelligitur, tom. 2. 34. c
Mors Christi omnium acerbissima, tom. 2. 300. a
Mors Christi quibus proficit, tom. 2. 197. c. d
Mors Christi non fuit in anima, sed in carne sola, tom. 1. 61. a
Mors Christi quomodo præualeat numero & magnitudini peccatorum omnium, tom. 3. 59. b. c
Mors Christi quomodo deleat peccata eorum qui eum occiderunt, tom. 3. ibid. c
Mortis Christi effectus, tom. 1. 61. a
Mortis Christi vis, to. 3. 60. c
Mortis Christi fructus, to. 2. 312. c.
Mortis regnum quod sit, to. 2. 33. b
Mortem filij quomodo voluerit pater tom. 3. 45. d. 46
Mortuus Christus ex sua potestate tom. 3. 58. a
Mortui tres à domino resuscitati, tom. 1. 48. b
Mortui in anima quomodo dicantur resurgere, tom. 2. 7. b
Mortui quomodo ad nouissimam tubam sunt resurrecturi, to. 2. 173. b
Mortuū se esse peccato existimās apud semetipsum an possit quandoque peccare, to. 2. 38. a
Mortuorum nomine quid intelligatur, to. 3. 173. b
Mortale cur in definitione hominis philosophi posuerint, to. 3. 58. a
Mortalitas non pertinet ad puram hominis naturā, tom. 3. 58. a
Moyse cur faciem velabat, cū loqueretur filijs Israel, tom. 2. 188. b
Mulier ad imaginem Dei facta, tom. 2. 145. a
Mulier viro subijcitur duabus de causis, to. 2. 163. b
Mulieris pulchritudo & gloria est comam nutrire, tom. 2. 145. b
Mulier qua ratione saluetur per filiorū generationem, tom. 2. 353. a
Mulieris insolētia viro est opprobrium, tom. 2. 163. b
Mundi figura quādo perfecte pētereat, tom. 2. 127. c
Mysterium quid sit, tom. 2. 172. d
Mysterium incarnationis later sanctos, to. 2. 96. d
Mysterium incarnationis & passionis latuit mundi sapientes, tom. 2. 10. c
Mysteria Dei quibus proponenda, tom. 1. 39. b. 142. a

N.

Nabuchodonosor omnes persecutores ecclesiæ designat, to. 1. 14. b
Nardus quid, tom. 1. 104. b
Natio quid sit, tom. 2. 480. c
Natura in quo est communis, ab eo nullus est immunis, to. 2. 34. c
Natura summa quomodo dicatur iusta, tom. 3. 7. a
Natura summa quomodo sit in omni & in nullo, loco, tom. 3. 9. a
Natura summa qualiter sit tota in omnibus, & in singulis locis, vel temporibus, tom. 3. 8. c
Natura summa nullis mutabilis est accidentibus, to. 3. 10. b. c
Natura originalis & personalis quæ sit, tom. 3. 95. a
Natura humana qualiter sit corrupta, to. 3. 96. a
Natura humana nunquam in Christo fuit sine diuina, tom. 3. 102. a
Necessitas duplex, tom. 3. 55. b. 62. a. b.
Nequā dicitur hoc secul. t. 2. 232. a
Nequitia vnde dicatur, tom. 2. 13. d. 292. b
ex Nihilo facta esse omnia quomodo intelligatur, tom. 3. 4. b
Nomen Christianorum quando primum cæperit, to. 2. 367. b. c
Nominum veterum patrum interpretatio, tom. 1. 125. a. b. & sequ.
Nouati heresis, t. 2. 419. c
Nouitas vitæ, tom. 2. 36. d
Nox quid significet, tom. 1. 119. b
Numerus septenarius vniuersitatem exprimit, tom. 2. 57. b
Numerus quinquagenarius multa continet sacramenta, tom. 2. 175. b
Numeri quinquagenarij significatio, tom. 1. 134. b

(t) 5 Numeri

I N D E X.

- Numeri quadragenarij significatio, tom. 1. 128. b
- Numeri septuagenarij significatio tom. 1. 124. b
- Nuptiarum bonum est tripartitū, tom. 1. 123. a
- O.**
- Obedientia vera quando fit, tom. 3. 46. b.
- Obedientiā sola virtus est, quæ hominem Deo conciliat, tom. 2. 462. a
- Obedientiā perfecta humanæ naturæ quæ fit, tom. 3. 198. b
- Obedientiæ virtus, tom. 2. 358. b.
- Obedientiæ præmium, to. 2. 120. d
- non Obedientes parentibus feris indomabiliore, tom. 2. 14. b
- Obediendi quatuor modi, tom. 3. d. 167. c
- Obedire Deo quis dicatur, tom. 3. 48. a
- Oblationis etymologia, tom. 2. 285. b. c.
- Ocio vacans, res alienas concupiscit, tom. 2. 333. c
- Odibiles Deo qui dicantur, tom. 2. 14. a
- Odor Christi bonus est veritatis prædicatio, tom. 2. 183. d
- Olei descriptio, tom. 1. 144. a
- Omne, non semper plenarium vniuersitatem significat, t. 2. 345. c
- Onesimus pontifex & martyr, t. 2. 394. c.
- Onesimus quomodo fuerit baptizatus, tom. 2. 393. c.
- Operarius subdolos quis dicatur, tom. 2. 219. c.
- Operationis bonæ quàm fit necessarius vsus, to. 3. 166. d
- Opera misericordiæ & charitatis tom. 1. 103. b.
- Opera misericordiæ cur fiunt, t. 2. 78. b
- Opera misericordiæ spiritualia, præstantiora corporalibus, t. 1. 43. a
- Opera misericordiæ quibus non profint, tom. 2. 353. b
- Opera trinitatis sunt inseparabilia, tom. 2. 346. b.
- Opera bona quo fine faciendā, t. 1. 31. b
- Opera bona Deo curæ sunt, tom. 2. 20. a
- Opera bona quod facimus, progressibus ad Deum properamus, tom. 1. 157. b
- Opera bona sunt meritoria, tom. 2. 115. c. 166. c. 208. d. 336. d. 339. d. 353. b
- Opera sine fide non sunt meritoria, tom. 2. 21. b. 25. a. 66
- Opera vitæ præsentis, semen sunt futuræ messis, tom. 2. 259. c. d
- Opera tenebrarum quæ sunt, to. 2. 83. c
- Operum legis sine gratia imbecillitas, tom. 2. 21. a
- Operum bonorum præmium to. 2. 165. a. b. 291. b. & to. 3. 212. d. 301. a. 145. a
- Operum bonorum laus est querenda tom. 2. 233. b. 300. c
- Operum bonorum necessitas t. 2. 415. c
- Operibus sanctis Deus delectatur tom. 2. 20. c
- Operibus bonis semper insistendum to. 2. 389. c. 72. d. 203. b
- Operibus bonis detrahere, diabolicum est tom. 1. 60. a
- Opus omne à Deo inchoandū to. 2. 287. a
- opus nullum bonum, quod non ex radice charitatis proficiscitur tom. 2. 51. b.
- Opus quod secundum Deum fit, caret peccato, tom. 1. 146. a
- Orans cur semper non exaudiatur tom. 1. 77. b
- Oranda quæ sunt tom. 1. 34. 35.
- Orandi modus quis tom. 2. 160. a
- Orandum vbi, & quomodo fit t. 1. 34. a
- Orandum pro quibus fit to. 1. 34. a & tom. 2. 350. a
- Orare qualiter debeat, qui voluerit exaudiri tom. 3. 191. d
- Orare in carne quid fit to. 2. 293. d
- Oratio quandoque mala potest esse tom. 1. 69. a
- Oratio generalis in quibus consistat tom. 1. 78. a
- Oratio sine intermissione quomodo intelligatur tom. 2. 337. d
- Oratio & obsecratio quomodo differunt tom. 2. 293. d. 306
- Orationis vis tom. 2. 350. c. 396. b
- Orationis bonæ conditio tom. 2. c. 293. d.
- Orationis dominicæ septem petitionum ratio tom. 1. 26. a
- Orationi vacare semper, qualiter nequit humana fragilitas tom. 2. 8. d
- Orationes longæ qua intentione fieri prohibeantur tom. 1. 35. a
- Orationibus in secretis quare verba prominentur tom. 1. id a
- Oravit quod Dominus ter, cuius nos admoneat tom. 1. 108. a
- Ordinis genera duo sunt viro religioso convenientia to. 3. 156. d
- Originale peccatū t. 2. 32. c. d
- Originale peccatum quid tom. 3. 96. c. 104. d
- Originale vade denominetur to. 3. 95. c.
- Originale peccatum omnibus æquale tom. 3. 104. d
- Originalis peccati quantitas to. 3. 102. a
- Osculum est signum pacis tom. 2. 176. b. 236. c
- Osculandi mos in Ecclesia vnde sumptus tom. 2. 95. b
- Ostium quid fit tom. 2. 175. b. 183. b.
- Ozias cur lepra percussus to. 1. 7. b
- P.**
- Palæsthorum consuetudo tom. 1. 52. b
- Palæsthorū mos in festiuis diebus tom. 1. 37. a
- Panis fidelium quis fit tom. 1. 27. b
- Papa & prælatorum dignitas to. 1. 29. a
- Parabola quid tom. 1. 65. a. b & t. 2. 437. b
- Parentum honor in quibus consistat, tom. 2. 560. a
- Parentum nomine qui comprehenduntur. ibid.
- Paries quid fit tom. 2. 271. d
- Pascha cur transitus vocetur to. 1. 104. a
- Pascha quomodo vocatur agnos tom. 2. 116. d
- Passio desiderij quid tom. 2. 332. c.
- Passionis Christi fructus tom. 2. 239. a. 317.
- Passionis Christi effectus t. 1. 43. a.
- Pastor qualis eligi debet t. 2. 354. d
- Pastores mali qui sunt tolerandi tom. 1. 29. b
- Pastores nequissimi quibus similes tom. 1. 5. b
- Pastorum officium tom. 2. 307. c
- Patiens nemo potest esse nisi in aduersis tom. 2. 30. a
- Patientia quid fit tom. 2. 257. c
- Patientia simulata tom. 2. 156. b
- Patientia sustentaculū omniū virtutum tom. 2. 471. b
- Patientia sextus humilitatis gradus tom. 3. 158. d
- Patientia iustorum to. 2. 301. b
- Patientiæ summæ iudicium tom. 2. 9. c
- Patientiam seruare quid tom. 2. 156. b.
- Patmos interpretatur fretum to. 2. 473. a
- Patres veteris testamenti quomodo fuerint saluati tom. 1. 15. b
- Paulus dicitur mirabilis tom. 2. 5. b. c. 99. c. 231. b.
- Paulus summus Angelus tom. 1. 4. a
- Paulus qualiter minimus Apostolorū est dictus tom. 2. 164. d
- Paulus quare primo fit vocatus Saulus tom. 2. 5. a
- Paulus quomodo omnibus debitor tom. 2. 9. c
- Paulus cur crimina contra naturā tam euidenter expressit tom. 2. 13. b.
- Paulus maiorem gratiam accepit, quàm cæteri Apostoli tomo. 2. 225. b.
- Paulus cur non dixerit, si complātati sumus morti eius, sed similitudini mortis eius tom. 2. 36. d
- Paulus an coniugem habuerit t. 2. 103. c. d
- Paulus quomodo abundantius cæteris Apostolis dicitur laborasse tom. 2. 164. d
- Paulus quomodo non iudicandus mendax tom. 2. 179. c
- Paulus cum percussus liberam voluntatem habuit tom. 1. 36. a
- Paulus sua peccata planxit tom. 2. 165. a
- Paulus oratione Stephani fuit conuersus tom. 2. 350. c
- Paulus Titum Græci eloquij interpretem habuit tom. 2. 183. b
- Paulus & Iacobus conciliantur t. 2. 25. c.
- Pauli autoritas tom. 2. 248. a. 309. a.
- Pauli potestas tom. 2. 116. b
- Pauli magnanimitas tom. 2. 393. d
- Pauli humilitas tom. 2. 274. d
- Pauli libertas laudatur to. 2. 237. c
- Pauli inopia tom. 2. 219. a
- Pauli exemplo possunt viuere labore manuum suarum prædicatores & sacerdotes to. 2. 165. b
- Pauli nomen cur familiarius quàm Sauli tom. 2. Pauli Epistolæ, vide Epistolæ. 5. b

I N D E X.

- Pauperes qui dicantur tom. 2. 212.b
 Pauperes quomodo aquabuoc diuites in regno Dei tom. 2. 209.a
 Paupertas euangelica quid requirat tom. 1. 26.a
 Paupertas Christi tom. 3.
 Paupertas Christi quid nobis attulerit tom. 2. 366.d
 Pax quatuor modis agitur tom. 3. 175.d
 Pax temporalis bonis & malis communis tom. 2. 350.d
 Peccans quomodo fiat seruus peccati tom. 3. 46.b
 Peccans in Deum, omnem creaturam contra se excitat tom. 3. 158.a
 Peccantes quantum flere debeant tom. 1. 114.a
 Peccandi potestas non pertinet ad libertatem arbitrij tom. 3. 72.a
 Peccantium voluntarie poena tom. 2. 447.d
 Peccare quid sit tom. 3. 46.d. 198.a
 Peccare in Spiritum sanctum quid sit tom. 1. 60.a
 Peccare in Christum, & in Christo, distinguantur tom. 2. 131.c
 non Peccare & benefacere quomodo differant tom. 2. 126.d. 128.c
 Peccatori quando communicetur tom. 2. 287.a
 Peccatorem vendi quid tom. 1. 151.d
 Peccatores qui difficile corriguntur tom. 2. 419.d
 Peccatores fouere in peccatis, adulatorum est tom. 1. 43.b
 Peccatorum purgationum duo genera tom. 1. 17.b
 Peccatum duplex tom. 3. 103.b
 Peccatum ad mortem quod sit tom. 1. 34.a
 Peccatum est voluntarium tom. 2. 45.d
 Peccatum est stimulus mortis tom. 2. 43.c
 Peccatum omne mendacium tom. 3. 162.c
 Peccatum nullum impunitum tom. 2. 149.b
 Peccatum ut appareat, quid significet tom. 2. 44.c
 Peccatum cur & quomodo descendat in infantes tom. 3. 102.c
 Peccatum separat nos a Deo tom. 2. 197.c. 317.b
 Peccatum, mors anime tom. 2. 269.b
 Peccatum regnare in mortem quid sit tom. 2. 35.d
 Peccatum adueniente mandato quomodo reuixerit tom. 2. 43.b
 Peccatum qualiter per legem cognoscitur tom. 2. 42.c
 Peccatum qui dissimulant tom. 2. 116.c
 Peccatum initium habuit a foemina tom. 3. 43.a
 Peccatum quo damnatur genus humanum, cur magis Adæ quam Euz imputetur tom. 3. 98.d
 Peccatum Adæ & infantium, multum differt tom. 3. 102.c
 Peccatum patris quomodo nullus portet, sed suum tom. 3. 104.d
 Peccatum quod poenitentia lameto non diluitur, peccatum est, simul & causa peccati tom. 2. 12.b
 Peccatum non est, nisi in voluntate rationali tom. 3. 96.b.c
 Peccatum quanti sit poderis tom. 3. 52.b
 Peccatum mortale quomodo fiat veniale tom. 3. 59.c
 Peccatum quomodo differat a delicto tom. 2. 269.b
 Peccatum causa nostræ damnationis tom. 3. 59.c.d
 Peccatum quodlibet ignorantia vocari potest tom. 2. 436.b
 Peccatum originale, vide Originale
 Peccati nomine quid intelligatur tom. 2. 42.d
 Peccati incommodum tom. 2. 476.d
 Peccati consensus fugiendus tom. 2. 203.b
 Peccati odium & amor tom. 3. 163.c
 Peccati malitia & foeditas tom. 3. 170.d
 Peccati ad mortem grauitas tom. 1. 110.b
 Peccati seruitus non aufert libertatem arbitrij tom. 3. 46.c
 Peccati initium quemadmodum a muliere fuit, ita initium generationis a viro est tom. 2. 32.c
 Peccata quando dicantur venire vsque ad coelum tom. 2. 500.a
 Peccata, sacrificia vocantur tom. 2. 197.d
 Peccata sunt causa hæresis tom. 2. 281.b
 Peccata dimittere, solius Dei tom. 1. 45.b
 Peccata post baptismum grauiora quam ante tom. 1. 62.a
 Peccata leuia non contemnenda, tom. 1. 110.a
 Peccata parenti quomodo noceant animabus filiorum tom. 3. 102.c
 Peccata in lege quomodo dimittebantur tom. 2. 23.c
 Peccata quando ante oculos Dei sunt recta tom. 2. 26.b
 Peccata parentum post Adam non computantur in originali peccato filiorum tom. 3. 105.c.d
 Peccata semel dimissa an redeant, tom. 1. 152.b
 Peccato viuere quid tom. 2. 36.b
 Peccato Adæ cur grauentur qui eius consciij non fuerunt tom. 3. 99.a
 Peccatorum prætorum recordatio quam habeat vtilitatem tom. 2. 483.a.b
 Peccatis alienis non communicandum tom. 1. 41.a
 in Peccatis principaliter tria sunt damna tom. 3. 95.b
 Penula quid sit tom. 2. 379.b
 Peccauit homo dupliciter tom. 3. 53.c
 Perfectus quis dicatur tom. 2. 30.a. 280.d
 Perfecti qualiter indigent misericordia tom. 2. 304.c
 Perfectio vitæ in tribus virtutibus consistit tom. 1. 2.b
 Perficere bonum quid sit tom. 2. 46.a
 Peripsema quid sit tom. 2. 114.c
 Periurare per creaturas non licet propter tria tom. 1. 33.a
 Persecutio bonorum nunquam cessat tom. 2. 376.b. & seq.
 Persecutionis tres sunt partes tom. 1. 28.b
 Perseuerandum in fide ecclesie tom. 2. 304.d
 Persuasio quartus humilitatis gradus tom. 3. 158.c
 Petra scandali & offensionis quis dicatur tom. 2. 65.b.c
 Petrus quid significet tom. 1. 144.b
 Petrus vicarius Christi tom. 1. 74.b
 Petrus quare sit princeps Apostolorum tom. 1. ibid.
 Petrus quare circumcissionem permittebat tom. 2. 237.b
 Petrus in quo admirandus tom. 1. 110.a
 Petrus Marcum Græci eloquij interpretem habuit tom. 2. 183.b
 Petri auctoritas tom. 1. 74.a.b
 Petri humilitas laudatur tom. 2. 237.c
 Petri poenitentia tom. 1. 110.a
 Petitiones quomodo distinguantur tom. 1. 35.a
 Petitionum materia tom. 1. ibid.
 Phariseorum duplex error tom. 1. 46.a
 Phariseis molesta fuit doctrina Christi tom. 2. 70.b
 Philippis Hebraicè quid significet tom. 2. 295.a
 Philosophi qualem habuerint sanctitatem tom. 2. 262.c
 Poderis quid sit, tom. 2. 473.c
 Poena peccati qualis & quatenus maneat post baptismum tom. 3. 180.b
 Poenitere & poenitentiam agere differunt tom. 1. 16.
 Poenitentia duplex tom. 3. 164.e
 Poenitentia vera quæ tom. 2. 182.a
 Poenitentia falsa tom. 1. 110.a
 Poenitentia ante baptismum tom. 1. 17.b
 Poenitentia non differenda tom. 2. 464.a. 40.a
 Poenitentia quomodo agenda tom. 2. 228.c
 Poenitentia pro qualitate criminis iniungenda tom. 1. 48.b
 Poenitentia necessitas tom. 2. 448.c
 Poenitentia effectus tom. 1. 228.c. & tom. 2. 445.c
 Poenitentia contemptus peior, quæ error ignorantia tom. 1. 116.a
 Poenitentia tempus post mortem Antichristi electis concessum tom. 2. 336.a. 342.d
 Poenitentia tempus datur Iudæis post passionem domini tom. 2. 330.a
 Poenitentia habitum Ioannes gelsius tom. 1. 16.a
 Poenitentiam volens agere, quod debeat fugere tom. 1. 15.b
 Pontificis auctoritas tom. 3. 33.d
 Pontificis officium tom. 2. 429.a
 Pontificis Christi ministerium tom. 1. 143.a
 Potestas prædicandi & absoluendi cur data sacerdotibus tom. 2. 215.a
 Potestati diuinæ primò est obediendum tom. 2. 80.d
 Potestates quid sint tom. 2. 291.a.b
 Præceptorum noui & veteris testamenti differentia tom. 2. 430.b
 Præcipiendi quatuor modi tom. 3. 101.c
 Prædestinatio quid sit tom. 2. 55.d. 264.a
 Prædestinatio sanctorum tom. 2. 56.a
 Prædestinatio nihil necessitatis infert libero arbitrio tom. 3. 194.c.d
 Prædestinatus filius Dei quomodo intelligitur tom. 2. 6.c
 Prædesti-

I N D E X.

- Prædestinare & eligere quomodo differant tom. 2. 264.c
 Prædicationis dignitas, tom. 1. 51.c
 Prædicatione euangelij qui saluatur & pereant tom. 2. 183.d
 Prædicator nomen est autoritatis tom. 2. 352.a
 Prædicator typus fidelium esse debet tom. 2. 315.b
 Prædicatoris officium tom. 2. 107.a
 Prædicatoris boni conditiones tom. 2. 9.b
 Prædicatores aliquando domini vocantur tom. 2. 130.b
 Prædicatores sancti cur comparentur columbæ tom. 1. 157.b
 Prædicatorum duæ differentiæ tom. 1. 100.a
 Prædicatoribus vitæ necessaria ministranda tom. 2. 176.a
 Prælati sine testimonio duorum vel trium non possunt condemnare tom. 2. 229.d
 Prælatorum officium tom. 2. 287.b
 337.b
 Præmium discretio tom. 2. 15.c
 241.d
 Præputium aliquando pro peccato carnis ponitur tom. 2. 316.d
 Præscientia Dei & liberum arbitrium non repugnant tom. 3. 192.d
 73.d
 Præsumptio cauenda tom. 2. 139.c
 Præsumptionis vitium fugiendum tom. 3. 34.c
 Præuaricatio quid sit tom. 2. 402.a
 Preces sanctorum necessaria ad aliquid impetrandum tom. 1. 71.b
 Presbyterorum honos ac reuerentia tom. 2. 337.b
 Primogenitus quis dicatur tom. 2. 56.a
 Principes qui dicantur, tom. 2. 291.a.b
 Probatio ante sumptionem eucharistiæ necessaria tom. 2. 148.a
 Prædigiū, virtus & signum, quomodo differunt tom. 2. 92.a
 Præmissionum noui & veteris testamenti differentia tom. 2. 430.c
 Prophetæ quo sensu mala inimicis sint imprecari tom. 1. 34.a
 Prophetia, lex & euangelium, vnum sunt, licet tria in superficie visa, tom. 1. 141.b
 Prophetiæ triplex genus tom. 1. 11.b
 Prophetiæ utilitas tom. 2. 158.b
 161.c
 Proprietates trium personarum in diuinis tom. 2. 117.a.b
 Proscripti qui dicantur, tom. 2. 239.d
 Proximum dicitur omnis homo tom. 2. 283.c
 Proximus dupliciter est intelligendus tom. 1. 2.b
 Prudentia sibi ipsi non arroganda, tom. 2. 79.b
 Prudentia carnis & prudentia spiritus quid sit, tom. 2. 48.d
 Prudentiæ propriæ non fidendum tom. 3. 34.c.d
 Psalmi literis prænotati, per Echi- cam nos ducunt ad Theologiam tom. 2. 319.d
 Psalmorum liber lex vocatur tom. 2. 21.b
 Pusillanimitas vnde nascatur tom. 3. 209.c. 210.a
 Publicani qui dicuntur tom. 1. 34.b
 46.a
 Pueri innocentes primitiæ martyrum tom. 1. 14.b. 15.a
 Pueri iudicantur secundum propria gesta corporis tom. 2. 195.b
 Pugnatores non damnantur, sed victi tom. 2. 47.c
 Purgatorius ignis tom. 1. 60.a
 Purgatorij ignis grauitas tom. 2. 110.b
 Q
 Quæstiones summæ atque altissimæ de fide quibus tanquam inutiles fugienda tom. 3. 35.a
 Qualitatum animæ & corporis similitudo tom. 3. 162.b
 R
 Rapina quid sit tom. 2. 299.b.c
 Reconciliatio mutua quomodo fieri debeat tom. 1. 31.b
 Reconciliatio fit ex inimicitijs tom. 2. 31.c. 197.c
 Rectitudo meriti boni mater est tom. 3. 138.d
 Rectores mundi qui sint tom. 2. 292.b
 Redargutionis utilitas, tom. 2. 287.b
 Redemptio hominis sola per Dei personam fieri potuit tom. 3. 43.b
 Redemptio humani generis cur sit occultata & tam diu dilata tom. 3. 197.c
 Redemptio & remissio quomodo differant tom. 2. 265.a
 Redemptionis humanæ inuentio tom. 2. 23.b
 Redemptionis humanæ quæ sit virtus & vbi tom. 3. 197.b
 Regis officium quod sit, tom. 3. 157.a
 Regnum mortis quid sit tom. 2. 33.b
 Regnum cælorum cur terrenis rebus simile dicatur tom. 1. 66.a
 Regni duplex acceptio tom. 2. 167.b
 Religionis formam in quo Christus nobis reliquerit tom. 1. 88.a
 Religiosorum cœtus, populus honorificatus tom. 1. 143.b
 Reliquiarum vificationis consuetudo tom. 1. 67.b
 Remedium contra delectationes peccati tom. 2. 293.c
 Res vnam tripliciter loqui possumus tom. 3. 5.a
 Reprobis quis dicatur tom. 2. 229.c
 Requies triplex tom. 2. 411.a
 Restaurare & instaurare quomodo differunt tom. 2. 266.a
 Res vniuersæ quomodo sint per summam substantiam tom. 3. 3.c.d
 Resurgere propriè quid sit tom. 2. 172.d
 Resurget homo cum corpore, in quo viuit in hac vita tom. 3. 55.a
 Resurrectio vocatur generatio tom. 2. 7.a
 Resurrectio nostra vocatur regeneratio tom. 3. 399.a
 Resurrectionis Christi fructum tom. 2. 303.d
 Resurgentium conditio tom. 2. 280.d
 Resurgentium ordo quis sit tom. 2. 167.a.b
 Rixa quid sit tom. 2. 256.d
 S
 Sabbatismus quid tom. 2. 412.c
 Sabbatum quid tom. 2. 318.a
 Sabbatum perpetuum obseruare qui dicantur, ibid.
 Sacerdos vicarius Christi est tom. 2. 144.d
 Sacerdotis officium in lege quod fuerit tom. 3. 157.a
 Sacerdotis & Doctoris officium quæ ætate assumendum tom. 1. 123.a
 Sacerdotes dii appellantur tom. 2. 130.b
 Sacerdotes quales eligendi tom. 2. 423.c
 Sacerdotes volentes habere vxores Iudaicæ institutionis sunt, non Christianæ tom. 2. 423.c
 Sacerdotum dignitas tom. 2. 472.d
 495.a. 381.c. 424.b
 Sacerdotum dignitas & officium tom. 1. 42.b
 Sacerdotum potestas tom. 1. 79.b
 Sacerdotibus confitendum tom. 1. 147.a
 Sacramentum quid tom. 2. 474.a
 Sacramentum qualiter sit res occultata tom. 2. 357.b
 Sacramentum, & virtus sacramenti differunt tom. 2. 137.a
 Sacramentum remissionis quare in aqua Christus voluerit fieri tom. 1. 18.b
 Sacramenti baptismi figuræ tom. 1. 19.b
 Sacramenta fluxerunt à vulnere lateris Christi tom. 2. 137.b
 Sacramenta mali sacerdotes pessime administrare tom. 1. 50.a
 Sacramentorum dignitas tom. 1. 51.a
 Sacramentorum veteris & noui testamenti differentia tom. 2. 430.c
 Sacrificium est Deo offerendum per manus sacerdotis tom. 2. 8.b
 Sacrificium altaris cur in limo terreno celebretur tom. 1. 115.a
 in Sacrificio omni quatuor considerantur tom. 2. 427.d
 Sacrilegium quid sit tom. 2. 17.d
 Saluator ad reliquias Israëli reuertitur tom. 1. 122.a
 Salus propria cum alterius interitum non est querenda tom. 2. 126.a
 Salus propria sic querenda, vt communis non delectatur tom. 2. 359.c
 Salutem proximi negligens, crudelis existit tom. 2. 79.c
 Sancti honorandi tom. 2. 184.a
 Sancti orant pro nobis tom. 2. 459.d
 Sancti quomodo Deum videbunt tom. 3. 167.b
 Sancti & non alij cum Christo surrexerunt tom. 2. 7.a
 Sancti laboriosius dormiunt, quam vigilat tom. 1. 141.a
 Sancti cur comparentur columbæ tom. 1. 165.c
 Sancti cur comparentur capræ & ceruo tom. 1. 158.b
 Sanctorum prædestinatio tom. 2. 56.a
 Sancto

I N D E X

- Sanctorum alæ tom. 1. 139. b
 Sanctorum somnus tom. 1. 141. a
 Sanctorum intercessio quantum va-
 leat apud Deum tom. 2. 58. d
 Sanctorum consolationes sunt, bo-
 na opera aliorum tom. 1. 158. b
 Sanctorum conuersatio cauta esse
 debet tom. 2. 307. a
 in Sanctis duplex status tom. 1. 55. b
 Sanctitas quid tom. 2. 283. c
 Sapere plus quam oportet, est super-
 bire tom. 2. 77. a
 Sapientes qui se dicere volunt, insi-
 pientes appellari debent tom. 2.
 11. d
 Sapientia carnis quæ sit to. 2. 179. a
 Sapientia seculi abijcienda concio-
 natori, tom. 2. 101. b
 Sapientia & scientia quomodo dif-
 ferant tom. 1. 36. b. & tom. 2. 75. a.
 151. b. 265. b. 315. a
 Sapientie supernæ opera publica ac
 secreta quæ sint, tom. 2. 75. a
 Sapientiam elucidare quid tom. 1.
 146. a
 Satanas quid tom. 2. 96. a. 219. d
 Satisfacere pro peccato quid sit, to-
 mo 3. 47. a. b
 Satisfacere non potest homo de cõ-
 tumelia, quam Deo fecit, tran-
 grediendo legem tom. 3. 52. d
 Satisfactio quando Deo sit grata, to-
 mo 1. 159. a
 Satisfactio debet esse secundum men-
 suram peccati tom. 3. 51. d
 Satisfactio nis necessitas tom. 3.
 102. c. d
 Satisfactionem homo per se nõ po-
 test facere tom. 3. 52. b
 Satisfactionem, per quam saluatur
 homo, non potest facere nisi solus
 Deus, tom. 3. 55. d
 sine Satisfactione peccati homo sal-
 uari non potest tom. 3. 51. c
 Satum quid sit tom. 1. 65. b
 Saulus, peccatus interpretatur tom. 2.
 5. b
 Saulus rex superbus & infrenis to-
 mo 2. 5. a
 Saul quare ad idololatriam redierit
 tom. 2. 140. b
 Scandalum vnde dicatur tom. 2.
 65. c.
 Scandalum nobis dantes cauendi to-
 mo 1. 79. a
 Schisma cur cauendum tom. 2.
 278. c.
 Schisma & hæresis quomodo diffe-
 rant tom. 2. 390. b
 Schismata non debere esse Paulus
 admonet tom. 2. 99. b
 Scientia quorum sit tom. 1. 27. b
 Scientie tres partes tom. 3. 166. c
 Scribæ qui sint tom. 2. 101. c
 Scribis & sacerdotibus qui similes
 sint tom. 1. 177. a
 Scriptura sancta niui comparatur
 tom. 1. 140. b.
 Scripturæ diuinæ mos tom. 2. 99. a
 authoritas tom. 2. 128. a
 Scripturæ sanctæ quæ sint tom. 2.
 6. c
 Scripturæ quæ authoritatem habeat
 tom. 2. 377. b.
 Scripturæ familiaris modus lo-
 quendi tom. 2. 366. c. & tom. 3.
 98. b
 Scripturarum lectio quam utilita-
 tem habeat tom. 2. 76. d
 Scripturarum intelligentia in qui-
 bus consistat tom. 2. 98. c
 Scripturas à Iudæis recepimus to. 2.
 19. c
 Scurrilitas quid tom. 2. 285. d
 Seculum vnde dicatur tom. 2.
 398. a.
 Seculum præfens quare dicatur ne-
 quam tom. 2. 232. a
 Seculum seculorum quid sit tom. 2.
 277. c.
 Sedere ad dextram cur Christus di-
 catur tom. 2. 399. c
 Seditio quid sit tom. 2. 228. b
 Seductores qui tom. 2. 377. b
 Seductores, hostes animarum to. 2.
 21. d
 Seniores, presbyteri dicuntur to. 2.
 359. c
 Seniores & iuuenes morum qui sint
 ibid. d.
 Sensuum corporis obiecta tom. 3.
 138. b
 Seruile opus quis dicatur facere to-
 mo 1. 57. b
 Seruire liberaliter quando quis di-
 catur tom. 2. 40. a
 Seruus est nomen humilitatis to. 2.
 5. c.
 Seruus nequam quos representet
 tom. 1. 102. a
 Serui hominum qui dicantur tom. 2.
 125. d
 Seruitus tribus modis fieri debet to-
 mo 1. 33. b
 Seruitus cur laudabilis tom. 2.
 39. d
 Seruitus Dei apud Græcos & Hebræ-
 os tom. 1. 22. a
 Seruitutis duo sunt genera tom. 2.
 5. c
 Seruūt homines Deo tribus de cau-
 sis tom. 3. 167. c
 Signum quid sit tom. 2. 26. d
 Signum, prodigium & virtus quo-
 modo differunt tom. 2. 92. a. b
 Signa & prodigia quid differant to-
 mo 1. 149. a
 Signaculum quid dicatur tom. 2.
 27. a
 Simeon cur homo dictus tom. 1.
 130. a
 Simeonis vlnæ quid significant to-
 mo 1. ibid. b
 Simplicitas excludit hypocritism to-
 mo 2. 78. a
 Simplicitas, quasi sine plicatione
 tom. 2. 96. a
 simplicitas & hilaritas quomodo
 differant tom. 2. 78. b
 Sina quid tom. 2. 251. d
 sion speculatio dicitur tom. 2.
 73. c.
 Smyrna interpretatur canticum to-
 mo 2. 475. a
 sodomiam cur Paulus tam euiden-
 ter expressit tom. 2. 13. b
 sollicitudo Pauli pro ecclesijs to. 2.
 222. c
 sollicitudo qualis requiratur qui
 præfunt ecclesiæ tom. 2. 78. a
 sollicitudines sunt duæ tom. 1. 38. a
 sors omnis animæ quid tom. 2. 287. c
 sors vocatur hæreditas tom. 2.
 310. b
 spes qua ratione dicatur vna to. 2.
 278. c.
 spes cur dicatur galea tom. 2.
 293. c. 336. d
 spes credentium in quo consistat
 mo 2. 164. a
 spes & spiritus sanctus quomodo
 nos dicantur adiuuare tom. 2.
 54. c
 spei descriptio tom. 2. 30. b
 sperat frustra qui non credit to. 1.
 2. d
 sperare contra aliquid insperatū,
 maius est quam simpliciter spe-
 rare tom. 2. 28. c
 sperandæ res quæ sint tom. 2.
 450. b
 spiritus sanctus dominus vocatur
 tom. 2. 288. d
 spiritus sanctus quatenus detur
 sanctis tom. 1. 128. a
 spiritus sanctus cur detur homini-
 bus tom. 1. 17. b
 spiritus sanctus qualiter dicitur
 contristari tom. 2. 284. c
 spiritus sanctus qua ratione confe-
 ratur in baptismo & confirma-
 tione tom. 1. 17. b
 spiritus sanctus cur columbæ com-
 paratur, tom. 1. 159. a
 spiritus sanctus cur incolumbæ spe-
 cie super Christum descendit to-
 mo 1. 122. b
 spiritus sancti dona tom. 1. 19. b
 spiritus sancti appellatione cha-
 ritas designatur tom. 2. 55. b.
 343. a
 spiritus Christi vbi inhabitat to. 1.
 49. c. d
 à spiritu sancto quare non dixit
 Paulus tom. 2. 8. a
 spuant in faciem Christi qui to. 1.
 112.
 stadium quid tom. 2. 613. c. d
 stadium quot passibus constet, &
 vnde dicatur tom. 2. 135. d
 stater quid sit tom. 1. 78. b
 stellæ mysticæ quid significant to-
 mo 2. 28. d
 stigmata quid sint tom. 2. 261. d
 Stipendium vnde dicatur tom. 2.
 40. b
 Stipendia quare non exegerit Pau-
 lus tom. 2. 218. c. d
 Stulticia Phariseorum & Scribarū
 tom. 1. 70. a
 Stultiloquium quid tom. 2. 285. d
 Subdolos operarius quis dicatur to-
 mo 2. 219. c
 Suggestio duplex in homine tom. 1.
 30. b
 Superbi qui dicantur tom. 2.
 14. b
 Superbia vermis diuitiarum tom. 1.
 22. a
 Superbia est mater contentionis &
 emulationis tom. 2. 85. d
 Superbia est vallis maxima, bestijs
 vitiorum plena tom. 3. 157. c
 Superbia ex bene gestis plerunq; na-
 scitur tom. 2. 339. b
 Superbia in diuitijs est timenda to-
 mo 2. 306. c
 superbiæ etymologia tom. 3. 138. a
 superbiæ proprium quod sit tom. 3.
 165. a
 superbiendum nõ est de donis Dei
 tom. 2. 225. b
 supergredi & circumuenire diffe-
 runt, tom. 2. 332. d
 superio-

I N D E X.

- Superiores in honore habendi to. 2. 138.c
 Superiorum officium tom. 2. 181.a
 Superiorum mala vita qui offendatur tom. 2. 199.a
 Superstitio vestium & ciborum non querenda tom. 2. 344.d
 Sufurratio quid sit tom. 2. 228.b
 Sufurrones qui sint tom. 2. 14.b
 Substantia summa non est per nihil aut ex nihilo tom. 3. 3.a
 Substantia summa nulla iuuate causa ducta est ad esse tom. 3. ibid.
 Substantia summa nulla loci vel temporis continentia cingitur tom. 3. 9.d
 Substantia summa quomodo melius possit intelligi esse semper, quam in omni tempore tom. 3. 9.a. & quomodo melius possit intelligi esse vbiq; , quam in omni loco tom. 3. 10.a
 Substantia omnis mutationis accidentium susceptibilis tom. 3. 10.a
 Substantia creata multo aliter sunt in seipsis, quam in nostra scientia tom. 3. 14.a
 Synagogæ & ecclesiæ discrimen tomo 2. 475.a
- T.
- Tabernaculum Euangelij vnum, in quo lex & prophetæ morantur tom. 1. 141.a
 Templum quantum in honore habendum tom. 1. 88.a
 Templi Dei longitudo, latitudo, sublimitas & profunditas tomo. 2. 276.d. & seq.
 In Templo qui hodie columbas vendant tom. 1. 88.a
 Tempus redimere quid tomo 2. 288.a
 Tempus & æuum quid differant tomo 2. 380.b
 Temporis conditio tom. 3. 11.d
 Tenebræ exteriores & interiores quid tom. 1. 103.a
 Tentari & in tentationem induci differunt tom. 1. 26.b
 Tentatio duplex tom. 2. 331.a
 Tentatio nulla cogit inuitum peccare tom. 3. 74.a
 Tentatio cui non assentitur, non est peccatum tom. 2. 225.c
 Tentatio humana & dæmoniaca quomodo differant tom. 2. 139.c.d
 Tentatio humana est aliud sapere, quam res se habet, ibid.
 Tentationum tria genera tom. 1. 20.a
 Tepidi qui sint tom. 2. 477.d
 Testamentum nouum sine veteri nõ prodest tom. 2. 1.
 Testamentum nouum quare dicatur æternum tom. 2. 470.b
 Testamentum vetus fuit calix Moyfi tom. 2. 147.d
 Testamenti veteris & noui congruitas tom. 1. 1.a
 Testamenti veteris & noui differentia tom. 2. 187.b. 426.d. 430.c. 432.b. d.
 Testamenti vtriusque falsi expositores qui tom. 1. 37.a
 Testis falsus quis dicendus tomo 1. 193.b
- Testes quomodo considerandi tom. 2. 362.b
 Testes duobus modis delinquere possunt, ibid. c
 Testium duo sunt genera tomo 2. ibid. b.
 Thesaurum quis in terra ponat tomo 1. 37.b
 Thessalonica, vrbs Macedonia tom. 2. 326.d
 Throni qui dicantur tom. 2. 317.c
 Timor quadruplex tom. 1. 26.a. b
 Timor quomodo fuerit in Christo tom. 1. ibid. b
 Timoris utilitas tom. 1. 143.b
 Timo virtutum custos tomo 2. 72.c.
 Timor iudicij extremi tomo 2. 447.c.
 Timoris seruilis & filialis descriptio tom. 2. 72.b. c
 Timotheus interpretatur beneficus tom. 2. 349.c
 Timotheus cur Ephesi relictus tom. 2. 346.d
 Timothæi autoritas tom. 2. 175.c
 Traditio Christi tom. 3. 205. d. 206. a
 Translatores septuaginta veraces tom. 1. 124. a. b
 Translationis 70. interpretum autoritas tom. 2. 80. a
 Transsubstantiatio panis & vini tomo 2. 423. d. 426. a. 446. b
 Tribunal, solium & cathedra, quomodo differant tom. 1. 111. b
 Tribulatio sine patientia inutilis tomo 2. 473. a
 Tribulationes fidelium tomo 2. 30. a
 Tribulationum utilitas tom. 2. 54. c. d. 177. d. 193. a. 339. b. 421. d
 Tributum quid sit, & vnde dicatur tom. 2. 82. a
 Trinitatis diuinarum personarum ostentio tom. 2. 11. b
 Tristitia pia quæ sit tom. 2. 277. a
 Tristitia huius seculi quæ sit tom. 2. 204. d
 Tristitia quæ secundum Deum est, qualiter operatur poenitentiam in salutem tom. 2. 204. d. 205. a
 Triumphus Dei quid sit tomo 2. 183. c.
 Tubæ nomine quid intelligatur tomo 2. 173. b
 Turbo quid tom. 2. 464. b
 Turpitude quid sit tomo 2. 285. d
- V.
- Vanitates dici possunt, quæ mutantur & transeunt tom. 2. 53. a
 Vasa fictilia & lignea quid significet tom. 2. 191. b
 Vasa iræ quæ dicantur tom. 2. 63. b
 Vestigal quid, & vnde dicatur tomo 2. 82. a
 Vela templi celicina ad peccatū pertinent tom. 1. 125. a
 Venialia in quibus puniantur to. 1. 51. b.
 Verbum Dei adulterantes tomo 2. 184. c. 190. a
 Verbum otiosum quid tom. 1. 60. b
 Verecundia duplex tom. 3. 159. d
 Verecundiæ tria genera tom. 3. 163. d
 Verecundæ mentes quomodo sint arguendæ tom. 2. 99. a
- Veritas quid sit, tom. 3. 69. b
 Veritas in quo teneatur to. 2. 286. d
 Veritas Dei quid sit tom. 2. 10. c
 Veritas vna est in omnibus veris tomo 3. 71. a
 Veritas non habet principium vel finem tom. 3. 65. b
 Veritas in quibus sit to. 3. 65. c. 66. b. 67. a.
 Veritatem Dei in iniustitia qui detinent tom. 2. 10. c
 Veritatem relinquere deterius, quàm permittere nasci scandalum tomo 2. 237. b
 Vestigia creatoris quæ sint tomo 2. 11. a
 Vestimenta Christi tom. 1. 140. b
 Viæ ad creatorem quæ sint tomo 2. 11. a
 Viæ vitæ tria impediunt tomo 1. 39. b. 40. a
 Victoria contra diabolum qualis esse debeat tom. 3. 64. b
 Viscera pro dilectione ponuntur in scripturis tom. 2. 296. a. 394. a
 Visio triplex est tom. 2. 471. a
 Vir principaliter est ad imaginem Dei creatus tom. 2. 145. a
 Vir perfectus quis sit tom. 2. 280. d
 Vir mulieris est origo tom. 2. 144. d
 Vir nulli subiicitur nisi Christo tomo 2. 143. e
 Vires humanæ quanti valores to. 2. 178. b. 219. d. 229. b
 Virgo post cõsecrationem si nupsert, adultera est & iniusta tom. 2. 126. d
 Virgines cur Christus plus amet ibid. c.
 Virginitas melior coniugio tom. 3. 63. c
 Virginitas mentis quæ sit tomo 1. 217. a
 Virginitas amissa quomodo recuperetur à coniugatis tomo 2. 349. a
 Virginitas cur maiori præmio coronabitur tom. 2. 396. a
 Virginitatis status quàm nobilis tomo 2. 126. c. d
 Virtus quælibet sine exercitio, quasi plumbea lancea est tom. 3. 169. d
 Virtutes arma sunt iustitiæ tom. 2. 199. d
 Virtutes & vitia quando proprie habeantur tom. 3. 163. b.
 Virtutis duo sunt genera 157. b
 Virtutum theologicarum cõnectio tom. 2. 158. a
 Virtutum Christi dignus præco difficile inuenitur tom. 2. 184. b
 Virtutum seminariū facturū, quid præuidere debeat tom. 3. 157. a
 Vita præsens quinq; ob causas molestijs corporalibus exposita tomo 1. 49. b
 Vita præpositorum non mordenda tomo 1. 131. a
 Vita Christi quomodo soluatur pro peccatis hominum tomo 3. 82. a
 Vita alia theoricæ, alia practicæ tomo 2. 183. d
 Vita doctrinæ respondere debet tomo 2. 471. d
 Vita sine minoribus peccatis non potest duci tomo 2. 38. d. 139. c
 Vita mala fide caret tomo 2. 362. b
 Vitæ nouitas tomo 2. 36. e
 Vitam

I N D E X.

Vitam aliorum curiose inquirere malum tom. 2.	333. b. 344. c	tur audacia tom. 2.	194. b	Voluntati propriæ omnia vitia deferuiunt tom. 3.	142. c
Vitium vnumquodque tribus consummitur. tom. 3.	142. c	Voluntas nostra quomodo sit potens contra tentationes, licet videatur impotens tom. 3.	76. d	Voluntate recta nihil liberius tom. 3.	76. a
Vitij consuetudo quæ sit to. 3.	157. d	Voluntas propria soli Deo conuenit tom. 3.	138. a	Voluntates duæ in Deo tom. 1.	36. a
Vocatio Dei tom. 1.	134. a	Voluntas propria, superbia dicitur tom. 3.	137. d	Voluntates & actiones malas quomodo faciat Deus tom. 3.	85. d
Vocatio diuina conditionem non mutat, sed mores tom. 2.	125. d	Voluntas propria hominis quæ dicitur tom. 3.	39. b. 137. d	Vorum Iephthe quale fuerit tom. 2.	457. a
Vocatio, iustificatio, & magnificatio quomodo in nobis fiunt, tom. 2.	56. b	Voluntas Dei quæ dicitur to. 3.	188. b	Votum sine peccato non omittitur tom. 2.	366. d. 361. b
Vocis & verbi differentia to. 1.	16. b	Voluntas Dei multipliciter dicitur tom. 3.	188. b	Vti & frui quid differant tom. 2.	367. a
Voluntas dicitur æquiuocè tripliciter tom. 3.	181. c	Voluntas hominis quando bona fit tom. 3.	189. a	Vtilitas anteponenda est voluntati tom. 2.	179. d
Voluntas tripliciter intelligitur tom. 3.	137. b	Voluntatis tria sunt genera in subditis tom. 3.	155. d	Vxor viro viuente qualiter sit ligata tom. 2.	41. b
Voluntas in quantum est, bonum est, & nulla res mala est tom. 3.	85. c	Voluntatis beatorum & Dei conformitas tom. 3.	159. b. c	Vxorem habentes non habere, quomodo intelligatur tom. 2.	127. b
Voluntas quomodo fortior sit quæ tentatio, etiam cum ab illa vincitur tom. 3.	75. a	Voluntatis rectitudinem Deus nequit auferre tom. 3.	75. d	Vxores antiquorum Patrum plures quid nobis significarint tom. 2.	381. c.
Voluntas deponendi corpus voca-		Voluntatis propriæ tria sunt genera tom. 3.	138. a		

F I N I S.





BRITISH LIBRARY

